CAII SILII ITALICI

PVNICORVM

LIBRI SEPTEMDECIM

VARIETATE LECTIONIS


ET

COMMENTARIO PERPETVO

ILLVSTRAVIT

IO. CHR. THEOPH. ERNESTI

PROF. LIPSIENS.



ACCEDIT INDEX VBERRIMVS

VOLVMEN II

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCXCII

SVPPLEMENTVM DISQVISITIONIS DE CARMINE SILIANO.

Non potest praefationis, quam posteriori huic volumini addimus, aptior aut utilior destinatio esse, hac, ut, si quae ab iis, qui superiora iudicarunt, non satis percepta fuerint, aut minus ad mentem nostram accommodate iudicata, ea ulterius explicemus, et sententiae nostrae veluti terminos monstremus, ultra quos non optamus quemquam in iudicando evagari. Ac profecto memini, cum disquisitionem de carmine Siliano scripsissem, animum meum non obscuro aliquo metu affici, ne forte nonnulli in illis offendant vel haereant, quae ibi de ἐπιδεῖξει Silii poetica dixeram. Quemadmodum enim vel diligentissimo accidere solet, ut sententiae, quam animo concepit, demonstratio, ex illius quadam novitate, et veluti cruditate, aliquid vel obscuritatis vel difficultatis trahat; ita vel acutissimo iudici, forte ideo quod acutus esse vult, et se acutum sentit, evenit saepenumero, ut his, quae alter nove et dubitanter et verecunde dixit, aliquid admisceat vel subiiciat de suis, quod illius alterius sententiam mutet, et veluti ultra positam metam exturbet. Quid igitur? Nempe sententia illa mea, qua carmen Silianum dicebam esse ἐπίδειξιν, seu translato ex rhetorica consuetudine nomine, exercitationem poeticam, ita est accepta et explicata a doctissimis iudicibus nonnullis, ut partim viderer illo nomine omnem carminis characterem significasse, partim cogi-

tasse de exercitatione scholastica quadam, quae et chria appellari solet. Dolebam, cum haec legerem, me non fuisse adeo vatem aut sagacem, ut augurarer, eo trahi ab aliquo sententiam posse. Sed iam ut dolorem illum meum aliquo saltem modo consoler, nihil mihi reliquum est, nisi ut, quomodo orta apud animum meum illa sententia sit, quibus causis nitatur, et quem illi sensum tribui velim, unice et presse declarem.

Omnis de carmine Siliano disquisitio, priori volumini praemissa, neutiquam eo consilio a me scripta erat, ut, carmen illud epicum esset, nec ne, disceptarem, aut inquirerem. Est enim hoc poëseos genus ita vel manifestum signis suis, vel terminis definitum, ut in carmine Siliano facile posset agnosci. Inutilis autem opera videbatur, post praeceptorum atque exemplorum illius generis tantam varietatem ita omnes carminis nostri veluti angulos excutiendi, ut quid illis simile aut dissimile sit, accurate cognosceremus et ponderaremus. Quamobrem, quae ibi de hac quaestione attigimus, eo tantum valebant, ut iudicaretur et refutaretur recentiorum quorundam, inprimis Francogallorum, molesta cupiditas, qui dum carmen Silianum modulo Iliados et Aeneidos metiri instituebant, vel falsa laude Silium extollerent, vel iniqua reprehensione mulctarent. Quaerebam, quo animi affectu, quo veluti spiritu, poetico an vulgari, quo denique consilio, rei commendandae causa, an potius sui memor, Silius scripserit; et quaerebam haec, adductus voce Plinii iunioris, qui cum iudicasset Silium *maiore cura quam ingenio* carmina scripsisse, paucis verbis omnem Siliani carminis vim et indolem acutissime omnium designasse mihi videbatur. Nam ego quoque, in quamcunque me partem legendo iudicandoque verteram, ubique minus in Silio ingenii quam curae, seu, ut quo haec pertineant brevi praeoccupem, minus a natura factum poetam, quam arte et

studio

studio simulatum deprehendebam. Sed haec eo modo quo singula cogitavi, breviter et veluti per compendium declarabo.

Primum dubitari non potest, summas poetici ingenii virtutes partim in inventione vel delectu argumenti, partim in tractationis arte idonea cerni. Quamvis autem inventionis laus non potest eo omnis pertinere, ut poeta res antea non auditas, nec a quopiam alio commemoratas comminiscatur (nam et Homerum et Virgilium et summos poetas alios ex aliis hausisse carminum argumenta videmus) tamen in delectu, ornatu et omni tractatione argumenti aliunde hausti innumera sunt, quae inventricem poetae artem arguant et commendent. Sed quocunque modo inventionis poeticae laudem et vim circumscribas, nullam eius partem Silio tribuo. In argumento carminis totus e Livio pendet. Equidem illius delectum non damno: nam nihil habebat historia Romana bello Punico secundo illustrius, nihil et rerum gestarum et hominum magnitudine splendidius. Neque nego, ita affectum Silium fuisse argumenti praestantia, ut prae aliis hoc lubentius amplecteretur. Sed vereor, ne huic rei nimium tribuant, qui totum hoc delectus consilium ad quendam ἐνθουσιασμὸν referunt, et correptum repente furore poetico animum hominis cogitant. Quicunque scribit, argumentum suum, si sanus est, amet necesse est. Et Silius erat Romanus, homo non tardi ingenii, immo alacer animo, generosis sensibus imbutus, patriae etiam, ut videtur, amantissimus; et res agebatur domestica, magna, cuius memoriam qui instauraret, is haud dubie existimabatur operae pretium fecisse. Mirumne est, si is argumento illi suo favebat? Sed nec qui ita favet, statim ἐνθουσιάζει, et potest aliquis rei favere, non quia bona est res, sed quia consilio suo et commodo respondet. Verum illa universa ratio, qua in scribendo carmine, et

in tractando argumento uſus Silius eſt, mihi videtur non huius enthuſiaſmi tantum, ſed omnino ingenii poetici, quale naturae beneficio venire ſolet, opinionem et laudem tollere. Quodſi omnis carminis ambitum uno veluti obtutu intueor, qui eſt modus iudicandi minime fallax, agnoſco hominem ſumma doctrina inſtructum, eloquentem, artis poeticae omnis, quae quidem literis et ſtudio comparatur, et amantem et peritiſſimum, lectione veterum poetarum, inprimis Homeri et Virgilii penitus imbutum, qui hiſtoriam belli Punici ſecundi carmine univerſis doctrinae poeticae documentis atque artificiis inſtruendo enarrandi conſilium cepit. Iam fontem, ex quo materiem carminis hauriret, Livium, non modo utcunque ſecutus eſt, ſed in omni rerum geſtarum modo, veritate, ordine, ita univerſe uſurpavit, ut a codice Liviano ante oculos evoluto nunquam videatur diſceſſiſſe. Neque aliter fieri poterat ab eo, qui hiſtoriam belli illius ab initio usque ad finem adumbrare profitebatur. Sed quaeri poteſt, an poeticum ingenium valde adhibeat vel commendet, qui ita ſe intra terminos ſcriptoris, unde haurit, continet, ut fere non alio quam vertentis in aliam linguam munere fungatur. At in tractatione tamen artem poeticam declaravit. Recte. Erat hoc doctrinae, ut ſciret, quid vim poeticam, quid formam epicam caperet, quid non. Itaque multa omiſit, quae ad hiſtoriam proprie pertinebant, multa latius et ornatius extulit, quae in hiſtorico paucis verbis commemorata, aut vulgari ſermone narrata erant, atque omnino ſingula, quae narranda erant, tanquam veſtitu quodam epico et poetico induere anniſus eſt. Quae ratio quamvis contraria videtur veritati hiſtoricae, et nexum illum maxime tollit, quo res geſtae inter ſe aptae et iunctae ſunt, eam tamen conſilio poetico, et libertati illi, quam poetis tribuimus, facile condonamus. Sed maior poetae culpa cernitur in iis, quae de ſuo addidit, quibusque maiorem fere carminis partem explevit. Non

loquor

loquor de communibus ornamentis, ſermoni poetico propriis, et veluti perpetua poetarum conſuetudine ſancitis, ut de imaginum, characterumque delineationibus, comparationibus, epiſodiis etiam brevioribus, (nam vaſtum illud de Scipionis ad inferos deſcenſu, libro decimo tertio inſertum, manifeſte ornandi et imitandi, fortaſſe etiam certandi, ſtudium prodit) et de reliquo eloquentiae poeticae apparatu. Sed, ut aliquot exemplis brevitatem dicendi meam adiuvem, quonam primum referamus Deos illos, quorum opera et machinationibus in omni carmine uſus eſt? Non exiſtimo quemquam fore, qui Homeri aut Virgilii auctoritatem adferat, ut Silii conſilium laudet. Homericos Deos qui tollit, totum divini poetae carmen deſtruat neceſſe eſt; tanta illorum cum omni carminis conſilio et vi et virtutibus coniunctio eſt. In vera hiſtoria, quae et eſt ab aetate heroica mythicaque remotior, nec fabulae obſcuritatem eam aut ambiguitatem habet, quae phantaſiae poeticae inprimis favet, in tali igitur hiſtoria, accurate etiam et eleganter a multis aliis tradita, ſi quis Deos advocat, quid, quaeſo, eum, praeter imitationis ſtudium et doctrinae ἐπίδειξιν, ſecutum eſſe dicamus? Nempe qui ſtudioſe hoc agit, ut carmini ſuo omnia formarum epicarum genera conciliet, fortaſſe non male illas Deorum partes adhibet; ſed quaeritur, an is ea re ingenium poeticum valde commendet? Quamobrem, etſi carmen Lucani, qui a Deorum opera ſe abſtinuit, caret illa phantaſmatum et colorum varietate, quam adferre machinarum illarum uſus ſolet, tamen in hac ipſa abſtinentia poetae gravius aptiusque iudicium agnoſco.

Porro, illuſtre poetarum artificium eſt, ut quae in vulgari rerum geſtarum narratione univerſe et indefinite dicuntur, ea ſingulis partibus definiant, et certis nominibus appellent. Quod quidem artificium cum in omni-

bus compositionis poeticae generibus dominatur, tum in genere epico inprimis magnam ad gravitatem suavitatemque carmini conciliandam vim habet. Sed maxime in eo iudicando intelligimus, quantum inter fabulam poeticam et veram historiam discriminis intersit. Qui in Homero aut Virgilio amplas illas cladum scenas, populorum, navium, militumque recensus et nomina legit, quae omnia ad illud definiendi artificium, de quo modo diximus, pertineat, nonne is ubertatem felicitatemque phantasiae poeticae, nonne graphicam inventricemque poetae artem potius admirabitur, quam veritatem rerum gestarum quaeret? Non patimur solum nos, sed cupimus etiam illudi, ubi intelligimus fabulam tractari, aut ubi historiae vetustas et obscuritas nostrum de rerum gestarum modo, ordine, veritate iudicium excludit. Iam quoties in Silio illas ipsas cladum procliorumque scenas, populorum, terrarum, oppidorum, militum recensus lego, non possum non hominis doctrinam, eloquentiam, imitandi, ornandi, variandi artem eximiam agnoscere et probare; sed semper mihi praesto est haec cogitatio, veram historiam tractari, cui, quantamcunque etiam poetae veniam demus, illa tamen ratio contraria sit; semper imitatorem, qui variandi et ornandi periculum fecit, citius cogito, quam poetam, qui sui vim ingenii carmine fuderit; atque illae cogitationes, quoniam illusioni repugnant, minuunt eam delectationem, qua legendis Homeri Virgiliique carminibus afficior. Sed de hoc genere hactenus.

Vnum addo tractationis poeticae, qua Silius usus est, exemplum, ex quo, nisi fallor, Pliniani illius iudicii veritas, et methodus poetae ἐπιδεικτικη, perspicue intelligi poterit. In libro decimo septimo inde a versu 237. tempestas a Neptuno in mari excitata describitur, qua Hannibal a Roma repetenda abstractus fuerit. Locus est satis amplus et splendidus, gravi oratione

ne et poetico ornatu instructus, ut artem et diligentiam auctoris facile agnoscas. Delectabimur hoc loco, si eum solum, et a caeteris rebus seiunctum, tanquam quoddam emblema poeticum, contemplati fuerimus. Sed de hoc contemplandi modo nunc sermo nobis non est; de apta argumenti totius tractatione et de ingenio poetico loquimur. Iam scimus Silium in vera historia versari; poetae condonamus, ut historiam suam ornet, magisque hoc ornatu commendet; sed hunc ornatum nullibi ita adhibuerat, ut prorsus mendax et falsus reperiretur. Vestigia historiae et Livii sui sequitur, modo ita ut plane iis inhaereat, modo ita ut, sua libertate usus, latius ea explicet, et veluti distendat. Enimvero in Liviana narratione omni ne levissima quidem mentio extat alicuius periculi navalis Hannibali in itinere versus Africam obiecti, unde poeta ansam effingendae tempestatis arripere ornandi gratia potuisset. Quid igitur? Nempe iterum documento mihi est hic omnis locus, quomodo maiori cura quam ingenio Silius scripserit. Omnibus ornamentis, quae carmen epicum capit, rite usurpatis et veluti exhaustis, deerat carmini imago tempestatis maritimae coloribus poeticis ficta, et aemula quidem, si fieri posset, eius imaginis, quam Virgilius Aen. I, 84. sq. expresserat. Ergo iuxta artem elocutionis, et dexteritatem quandam imitandi et variandi imagines, etiam studium poetae laudabimus, quo ita se expedivit, ut huic imagini saltem aliquis locus esse posset. Sed vereor, ut multi ingenium illius valde extollant, qui cum sibi ornandam sumsisset historiam et recentiorem, et veram, et claris literarum monumentis celebratam, prae nimia ornandi cura, veritatis historicae studium negligebat. Ego ita existimo: si fas sit vel fingere animo tempus eiusmodi, quo historia de bello Punico secundo, deletis omnibus auctoribus, qui eam accurate enarrarunt, fabulae poeticae similitudinem traxerit, eiusque ambitus omnis ex solo Silii carmine cognosci

ſci poſſit, tum igitur demum puto eam huius carminis admirationem futuram eſſe, ut pari cum ingenio atque cura Silius ſcripſiſſe iudicetur.

Videor mihi ſatis perſpicue declaraſſe, quid mihi voluerim, cum nuper carmen Silianum ἐπίδειξιν eſſe, vel a poetae ἐπιδείξει maxime ortum contenderem. Inprimis opto, ut, qui haec legerint, iam intelligant, omnem illius nominis vim non ad characterem carminis vel claſſem, cui adſcribatur, definiendam, ſed ad poetae ipſius conſilium, animum et ingenium deſignandum valere. Quare etiam atque etiam dico alienam a mente mea ſententiam illorum, qui exercitationem ſcholaſticam (Schulübung) a me deſcribi exiſtimarunt. Hos credo inductos forte in hanc ſententiam iis, quae tum illuſtrandi potius et comparandi gratia de rhetorum ſcholis et declamationibus, fortaſſe uberius quam neceſſe erat, diſputaveram. Si qui autem fuerint, qui opinarentur, omnem hanc ſententiam mihi non praemeditato ortam, ſed *caſu* et repente excidiſſe, hi, cum hoc ſupplementum cognoverunt, fortaſſe aliter ſentient.

C. SILII ITALICI

PVNICORVM

LIBER XI.

ARGVMENTVM.

Post cladem Cannensem multi Romanorum socii ad Poenos deficiunt; etiam Capua, cuius civitatis luxuries et perditi mores describuntur, deficit auctore Pacuvio quodam, qui adhortatus Capuanos, ut ius suum, quo Consul alter ex Campanis eligeretur, tenerent, legatos Romam mittit, qui id postularent. Sed hi gravissimis conviciis repulsi a Senatu, totos se ad Hannibalem conferunt. Solus Decius Campanos increpat, iniuriae eos et periurii accusans, sed frustra. Interim Hannibal copias ad Capuam admovet. Ibi cum audivisset Decium sibi repugnantem, iratus in urbem penetrat, Deciumque acerbe obiurgatum, catenis vinciendum iubet. Quo facto Hannibal, explorata civitate, ad epulas se confert, omnisque miles se dat hilaritati et laetitiae. Inter haec Pacuvii filius, sobrius, et patris consilium repudians, ad eundem accedit, eique consilium suum aperit Hannibalis occidendi. Quo audito pater attonitus filium, quibus potest argumentis precibusque absterret, atque ad epulas traducit. Mago autem Carthaginem profectus, nuntium fert Cannensis victoriae. Decius Carthagini destinatus, tempestate ad Cyrenas appellitur, ibique a Ptolomaeo rege vinculis liberatur, apud quem deinde diem obiit supremum. Haec dum Capuae geruntur, Venus occasionem Poenos plectendi arripiens, luxu eos et deliciis emollire atque enervare studet. Alloquitur itaque Cupidines suos, ut id opus in Hannibale et militibus Poe-

nis exequantur. Varia genera luxus describuntur. Interea Mago Carthaginem advenit, ubi magno plausu et gaudio civium acceptus est. Victoriam Cannensem nuntiaturus et Campum et proelia breviter describit. Tum Hanno, quem acerbe Mago allocutus erat, eodem animo respondet, pacem cum Romanis pangendam esse; sed mox contra sentientium turba eum interpellit.

Nunc, age, quos clades insignis Iapyge campo
Verterit ad Libyam populos Sarranaque castra,
Expediam. Stat nulla diu mortalibus usquam,
Fortuna titubante, fides. Adiungere dextras
Certavere palam rumpenti foedera Poeno,
Heu! nimium faciles laesis diffidere rebus:
Saevior ante alios iras servasse repostas,
Atque odium renovare ferox in tempore Samnis.
Mox levis et sero pressurus fata pudore
Bruttius, ambiguis fallax mox Appulus armis.
Tum,

VARIAE LECTIONES.

7. In Cod. Oxon. legebatur versus: *Scenior ante oculos alios iras servasse repostas*, pede redundante. 8. *revocare* Putean. 9. *fata* e Colon. pro *facta* vulg. quod ed. Lefeb.

1 - 3. Populos recensebo, qui post cladem Cannensem ad Poenos defecerunt. Cum hoc toto loco cf. Liv. XXII, 61. quem, quoad momenta historica, poeta expressit, addito tamen, ut solet, verborum quodam ornatu, quo carmen distingueret. Illum quidem expedias licet ex lib. I, 51. et 72. — Ad vers. 3. omnes laudarunt similem Virgilii sententiam ex Aen. X, 861. Sed dubito, an hunc potissimum versum, cum imitandi consilio extulerit. Res ipsa talem sententiam suadebat. — 6. *nimis fac.* — *diffidere*, nimis ad desperationem proni. *Laesae res*, adversae, trepidae, affectae. Mira apud poetas huius notionis varietas extat.

7. seqq. De *Samnitibus*, et *Bruttiis* vid. lib. VIII, 564. sq. — *in tempore*, data occasione, opportune. Bruttiorum *serus pudor* eo pertinet, quod

Tum, gens, Hirpini, vana, indocilisque quieti,
Et rupisse indigna fidem. Ceu dira per omnes
Manarent populos foedi contagia morbi.
Iamque Atella suas, iamque et Calatia adegit,
Fas superante metu, Poenorum in castra cohortes.
Inde Phalanteo levitas animosa Tarento
Ausonium laxare iugum. Patefecit amicas
Alta Croton portas, Afrisque ad barbara iussa
Thespiadum docuit submittere colla nepotes.
Idem etiam Locros habuit furor. Ora vadosi

11. *quietem* vulg. lect. omnium fere librorum, praeter Colon. ubi legebatur *quieti*. Lefeb. *quietis* edidit, ex loco simili lib. XII, 726. ubi est *indocilem pacisque modique*, quasi certum esset, Silium has dicendi formas nunquam variasse. Ita pro lectione Colon. adferri possit lib. I, 237. *nec Cereri terra indocilis*. Deinde in Mediolan. est *gens Irpinum*. 12. *dura* Putean. cum priscis edd. 14. *Calatia adegit*. Ita MSS. et priscae edd. pro vulg. *Gallatia abegit*.

quod ultimi cum Romanis in gratiam redierunt. — 10. *ambiguis armis*, quatenus dominos mutarunt Appuli, pro quibus pugnarent. Omnino enim, qui deficiunt populi, arma ambigua gestant, fallaces sunt. In sequentibus etiam defectionem variatis sententiis designat, dum Hirpinos *vanos*, *inquietos*, h. e. inconstantes vocat, et sic deinceps, in quibus variandis non levia ingenii, quamvis luxuriantis, vestigia apparent. 12. *indigna rupisse f.* gens est, turpissime fidem rumpens, turpissimo periurio usa adversus Romanos. — 15. *Fas* est ipsa fides, quam Attellani et Calatini, ut socii, Romanis debebant.

16-29. Livius XXII, 61. ait: „Defecere ad Poenos Graecorum fere omnis ora, Tarentini, Metapontani, Crotonienses, Locrique, et Cisalpini omnes Galli.“ Iam poeta suo modo hunc locum amplificavit et ornavit, additis nonnullis, quibus singulorum populorum vel origo, vel indoles significaretur. Erat haec poetica ratio, usu et exemplis principum poetarum firmata, et a caeteris omnibus servata. — Iam regionis illius, quae Graecia magna, a coloniis in eam inductis, appellata est, quamvis certi termini a veteribus non sunt constituti, tamen certum est, populos istos, quos Livius et cum eo Silius nominavit,

Litoris, Argivos maior qua Graecia muros
Servat, et Ionio luitur curvata profundo,
Laetas res Libyae et fortunam e more secuta,
Iuravit pavitans Tyrio sua proelia Marti.
Iam vero, Eridani tumidissimus accola, Celtae
Incubuere malis Italûm, veteresque doloris
Tota se socios properarunt iungere mole.
Sed fas id Celtis, fas impia bella referre
Boio-

22. *lavitur* coni. Burmann. 23. *e more*. Sic Barthius emendavit, pro *in Marte*, ut Cod. Oxon. — Marsus et plerique cum secuti *in morte* ediderunt. In paucis aliis est *errore*. 26. *iterum, veterisque doloris*. Vulgata lectio, quam solus Dausqueius defendebat. Modius et Barthius e scriptis libris restituerunt *Italum*, et *veteresque doloris*. 28. *fas sit Celtis*. Edd. Parm. Rom. 1. et Mediol. *fas, Di, Celtis*. coni. Heins.

vit, cum aliis quibusdam eo relatos fuisse. Maxime autem hoc nomine dictus est tractus orae maritimae a Tarento usque ad Locrorum sedes pertinens. v. Ptolom. III, 1. Strab. VI. init. Iust. XX, 2. Coloniae graecae per omnem Italiam sparsae erant, sed nuspiam maiore numero, quam in illo tractu, inductae. cf. Cellar. Geogr. It. pag. 511. seq. Virgil. III, 398. de illo tractu: *cuncta malis habitantur moenia Graiis*. — De Tarento *Phalanteo* supra dictum est ad lib. VII, 665. *Levitas animosa*, est infesta, malitiosa. — Mox *Crotoniates* nepotes Thespiadum vocat longius repetito nomine, quatenus Hercules, cuius ex Thespii filiabus quinquaginta filii Thespiades dicti sunt, Crotonis condendae auctor fuit, vel quia illorum Thespiadum colonia a Miscelo conditore illuc traducta fuit. Historiam late narravit Ovid. Met. XV. init. cf. Diod. Sic. IV, 29. et V, 15. Strab. VI. pag. 252. seq. — 21. *Argivos muros*, graecas colonias ad oram maris Ionii sitas 24. *iuravit sua proelia*, defecit ad Poenos, militesque illis suppeditavit. — 25. *Celtae*, Cisalpini Galli Padum accolentes, *incubuere malis It.* pro vulg. infesti Romanis defecerunt. Mox iidem *veteres doloris* dicuntur, ut vetere adversus Romanos odio imbuti, de quo v. lib. I, 624. De formula autem Silio propria vid. ad lib. VI, 615. — 28. *Fas id Celtis* h. e. ignosci Celtis potest, quod defecerunt. Nempe male olim a Romanis habiti fuerant; itaque nunc *impia bella*

Boiorum fuerit populis. Capuaene furorem,
Quem Senonum genti, placuisse? et Dardana ab ortu
Moenia barbarico Nomadum sociata tyranno
Quisnam, mutato tantum nunc tempore, credat?
Luxus, et insanis nutrita ignavia lustris,
Consumtusque pudor peccando, unisque relictus
Divitiis probrosus honor, lacerabat hiantem
Desidia populum, ac resolutam legibus urbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat.
Nec vitiis deerant vires. Non largior ulli
Ausoniae populo (sic tum fortuna fovebat)
Aurique argentique modus: madefacta veneno

 Assy-

31. *Nomadum* ex emendatione Gronovii et Heinsii. Valde variabant libri, et coniecturae virorum doctorum, ut *nondum, iam tum, nunquam, tandem, demum, dudum.*

bella referebant, quatenus se nunc in Romanis ulciscebantur.

30. *Capuaene* etc. Quis credat Capuam adeo defecisse? Illam *Dardanis moenibus* designat, ut a Capy, Troiano nomine, dictam, in quo quidem sequitur Livium IV, 37. qui tamen addit: *verius a campestri agro dictam.* Sic et Plin. III, 5. Sed Virg. A. X, 145. *Capys, hinc nomen Campanae ducitur urbi.* cf. Lucan. II, 393. Sueton. Caes. 81. et Heyn. Excurs. ad Virg. A. VII. pag. 129. — *barbarico Nom. tyr.* Hannibali.

33 seqq. Luxus Campanorum describitur. Praeivit Livius XXIII, 2. et 4. Sed quae hic in universum narrat, ea Silius pro more per partes varias luxuriae persequitur. *Insana lustra* dicit longum tempus luxuria exercenda consumtum, ut Livius l. l. *Capuam luxuriantem longa felicitate et indulgentia fortunae.* — *Consumtus pudor peccando*, assuetudine longa peccandi omnis pudor et verecundia ita absumta est, ut impudenter peccarent. *Probrosus honor* divitiarum est, cum hae ideo magni aestimantur, quod materiam praebent libidini et peccatis. *Hiantem desidia*, fortius quam desidiosum, ignavum ex luxu, qui oscitantes et languidos reddere solet. Recurrit voc. inf lib. XII, 75. Graecorum χάσκοντας iam Heinsius contulit. — 40. *Venenum* purpureum succum dicit, et *Assyrium*, pro Syrio vel Phoenicio, ut docuit Servius ad Virg. Georg. II, 465. *alba*

Aſſyrio manibus veſtis, medioque dierum
Regales epulae, atque ortu convivia ſolis
Deprenſa, et nulla macula non illita vita.
Tum populo ſaevi Patres, plebeſque Senatus
Invidia laeta, et collidens diſſona corda
Seditio. Sed enim interea temeraria pubis
Delicta augebat, pollutior ipſa, ſenectus.
Nec, quos vile genus deſpectaque lucis origo
Foedabat, ſperare ſibi et depoſcere primi
Deerant imperia ac patriae pereuntis habenas.
Quin etiam exhilarare viris convivia caede
Mos olim, et miſcere epulis ſpectacula dira

Cer-

41. Lefeb. edidit *maribus* ex coniectura Gronovii, ut poeta Campanos traducat, apud quos ipſi etiam viri purpureis veſtibus utebantur, quae vix feminis concedendae erant. cf. inf. lib. XV, 116. et XIII, 353. De ſenſu lectionis vulgatae *manibus* vid. nott. Heinſ. coniiciebat *iam bis*, ut purpura dibapha innueretur. 44. ſeqq. Hunc locum Barthius, verſibus aliquot tranſpoſitis, in verum ordinem cogendum exiſtimabat. Nimirum ita ratiocinabatur: Silium de luxu conviviorum et caede in iisdem uſitata ſimul locutum eſſe: deinde vero venire ad iuvenum ſenumque crimina, mox aegrum ſtatum reipublicae ipſius Capuanae, et inde narrare, qua ceperit occaſionem aggrediundi dominii Hannibal. Itaque poſt verſ. 43. poſuit verſus 51-55. *Quin etiam — menſis.* Non quidem plane vituperanda eſt haec Barthii emendatio;

alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno Deinde *veſtis madefacta*, pro tincta, imbuta. Cum autem addit eam veſtem *manibus* fuiſſe, puto verum vidiſſe Marſum, qui tunicas manicatas intelligit, cultum muliebrem et viris indecorum, quo nomine Cicero Catilinarios perſtrinxit Orat. II, 10. ubi Muretus locum Gellii XII, 7. laudavit. Sed vid. V. L. — 42. *convivia ortu ſolis depr.* antelucanas coenas Cicero l. l. dixit.

44-50. Capuae inter Patres et plebem ſeditio orta. cf. Liv. XXIII, 2. — *ſaevi*, infeſti. *plebes laeta invidia*, prompta ad invidiam Senatui faciendam, adverſaria Formulae color paſſim obvius et Silio fere proprius — 48-50. Homines viliſſimae conditionis, obſcurorumque natalium ad imperium civitatis adſpirabant. Similem verborum ornatum ſaepius explicavimus.

51-54. In vitiis Campanorum

Certantum ferro; saepe et super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.
Has, astu aggressus, quo verteret acrius aegras
Ad Tyrios, mentes, quia nulla sorte daturam
Certus erat Romam, neque enim impetrata volebat,
(Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen)
Hortatur summi partem deposcere iuris,
Atque alternatos sociato Consule fasces:
Et, si partita renuant sedisse curuli,
Aequatumque decus geminasque videre secures,

datio; sed haec ordinis subtilitas, opinor, in poeta non est sollicite desideranda. Minus etiam necessarium fuit, ut editor Francogallicus versum 58. post versum 54. insereret. Nam sensus loci, qui iam aliquam difficultatem habebat, hoc modo etiam fit obscurior. Caeterum vers. 55. Barthius corrigebat *hac* pro *has*, et reliqua sic distinguebat: *quia nulla sorte daturam Certus erat Romam (neque enim impetrata volebat) Pacuvio (fuit haud obscurum crimine nomen) Hortatur* etc. In vers. 56. Les. ed. *quae* ex Cod. Tell. Put. Rom. 1. et 2.

rum et hoc erat, quod caedibus gladiatorum inter epulas pugnantium delectabantur. Eum morem tradidit Liv. IX, 40. Athenaeus IV, 13. et Lipsius Saturn. I, 6. — vid. V. L.

55. seqq. Pacuvii, hominis nobilis et popularis facinus describitur, quo ultionis Romanorum callide occasionem quaesivit. In quo quidem loco ornando Silius non satis accurate versatus est. Nam quae Livius inde a cap. II. libri 23. fusius narrat, partim contraxit, partim ex duabus de Pacuvio narrationibus, illam potius carmine expressit, de cuius veritate ipse Livius dubitat in fine cap. 6. *Romam*, inquit, *legatos missos esse a Campanis, in quibusdam annalibus invenio, postulantes, ut alter Consul Campanus fieret, si rem Romanam adiuvare vellent.* Hanc sententiam ornandam sibi delegit Silius, caeteris omissis, quibus narratur Pacuvius senatoribus in curia inclusis, populo suasisse, ut pristinis senatoribus reiectis, novum senatum crearent. Quae creatio tamen non bene cessit, et intermissa est. cf. Liv. cap. 3. — 56. 57. *quia — volebat*, h. e. quia certo persuasum sibi habebat, *Romam* nullo pacto *daturam esse* partem summi iuris (e vers. 59.), nec passuram esse, ut alter Consul Campanus fieret;

Vltorem ante oculos atque ora adſtare repulſae.
Ergo electa manus greſſu fert dicta citato.
Antiſtat cunctis praecellens Virrius ore,
Sed genus obſcurum, nullique furore ſecundus.
Qui poſtquam coetu Patrum ingentique Senatu
Impia dementis vulgi, ac vix tota, profudit
Conſulta, et tumidis incendit vocibus aures;
Concordi fremitu renuentum effunditur aſper
Toto e concilio clamor. Tum quiſque fatigat
Increpitans, vocumque tremit certamine templum.
Hic Torquatus, avum fronte aequaviſſe ſevera
Nobilis, Heu! Capua portantes talia dicta
Romuleis duraſtis, ait, ſuccedere muris,
Ad quos non auſi Carthago atque Hannibal arma,
Poſt

67. Hic verſus, qui a vulgatis libris aberat, a Modio et aliis e Codd. Col. Put. et Oxon. reſtitutus eſt. Primus cum Marſus eiecit. 71. *concilio* libri ſcripti. Edd. Vett. habebant *conſilio*.

ret; neque ipſe volebat illud impetrari, ut nempe eo certior ultionis ac defectionis cauſa extaret. 61. 62. Si noluerint pati, ut alter Conſul e Campanis crearetur. — Sed vide, quaeſo, quantopere luxurietur poeta. *Partitam curulem, aequatum decus, geminos ſecures*, tripliciter variata quis valde admiretur?

65. *antiſtat*, dux et caput erat legationis 68. *vix tota* Nempe nondum omnia profuderat Virrius, cum clamor diſſentientium in ſenatu oriretur. De hoc *clamore* nil adnotavit Livius niſi hoc: *indignatione orta ſummoveri a Curia iuſſos eſſe*, cap 6. Sed eſt iſte mos poetae ſaepe iam obſervatus, talia exaggerandi, et omnia reddendi atrociora, ſcilicet ut reddantur *ἐπικωτερα*. 72. *templum*, Curiam, ut locum ſacratum. Et ſaepe in templis, ut Statoris, Concordiae, Senatum habitum fuiſſe legimus. Sic ſupra lib. VI, 454. *limina templi vidimus intrantem*. cf. Virg. A. VII, 174. Ovid. Met. XV, 800. ſeqq — *Quiſque fatigat*, quid? templum intelligo, ut dicitur alibi mare, ſilva fatigari, de qua formula vidimus ſup. ad lib II, 73. ſq.

73 ſeq. Hic poeta, qui definitas perſonas ponere ſolet, ubi hiſtoria indefinite narrat, Torquatum et Fabium Campanorum legatis contradicentes

Poſt Cannas, afferre ſuas? Nunquamne per aures
It veſtras, in Tarpeia cum ſede Latini
Orarent paria, haud verbis, haud voce, ſed acri
Propulſum dextra, qui tum mandata ſuperbo
Ore apportabat, tanto per limina templi
Turbine praecipitem revoluti corporis actum,
Vt, ſaevo afflictus ſaxo, ſpectante piaret
Triſtia dicta Iove, et lueret verba impia leto?
En, ego progenies eius, qui ſede Tonantis
Expulit orantem, et nuda Capitolia Conſul
Defendit dextra. Rabidum hinc, palmaſque virorum
Intentantem oculis, proavitaque facta parantem
Vt vidit maiore adeo crudeſcere motu,

87. *rapidum* e libris ſcriptis Lef. ed. *rabidum* Heinſius vindicavit e libris ed. Vett.

tes finxit. Occaſionem ei fictioni dederant verba Livii l. l. ubi ait comparem Latinorum quondam poſtulationem fuiſſe. Cum enim bello Latino Annius Latinorum praetor ſuaderet, ut alter Conſul ex Latinis daretur, Manl. Torquatus Conſul conſtanter contradixit, et Annius cum ſe commotus ira e veſtibulo templi citato gradu proriperet, lapſus per gradus, capite graviter offenſo, impactus imo ita eſt ſaxo, ut ſopiretur. Ita Livius VIII, 6. rem narrat, a quo diſcrepat Silius, cum (v. 80.) Annium a Torquato expulſum et praecipitatum prodit. — 79. *orarent paria*, nempe ut alter Conſul e Latinis crearetur; *comparem poſtulationem* Livius dixerat, ut ſupra notavimus.

80. *propulſum*, ſcil. Annium, qui illud ſuaſerat in oratione, quae legitur apud Livium l. l. cap. 4. — 81. *per limina templi.* Res enim tum agebatur in templo Iovis Capit. Vnde mox poeta *ſedem Tonantis* dicit. cf. Liv. cap. 6. — 83. *ſpectante Iove*, coram ſimulacro Iovis, quod ipſum Torquatus adlocutus dicitur Livio cap. 4.

87. ſeq. In his iterum Silius τραγῳδεῖ. Nam in Livio omnia moderatiora narrantur: *indignatione orta ſummoveri e Curia iuſſos eſſe, miſſumque lictorem, qui ex urbe educeret eos.* — *proavita facta parantem*, ferociam Ml. Torquati imitantem, *crudeſcere motu*, ira acrius excandeſcere. v. ad lib. IV, 451.

Excipit his frendens Fabius: Pro cuncta pudendi!
Sedes, ecce, vacat belli viduata procella:
Quem, quaeso, e vobis huic imposuisse paratis?
Inque locum Paulli quemnam datis? An tua, Virri,
Prima atque ante alios sors, concedente Senatu,
Te citat, ac nostris aequat iam purpura Brutis?
I, demens, i, quo tendis: tibi perfida fasces
Det Carthago suos. Medio fervore loquentis,
Impatiens ultra gemitu cohibere furorem,
Fulminea torvum exclamat Marcellus ab ira:
Quae tandem, et quam lenta tenet patientia mentem,
O confuse nimis Gradivi turbine Varro,
Vt perferre queas furibunda insomnia Consul?
Nonne exturbatos iam dudum limine templi
Praecipites agis ad portas? et discere cogis
Semiviros, quod sit nostro de more creati
Consulis imperium? Non unquam sobria pubes
Et peritura brevi, moneo, ocius Vrbe facesse.

Muros

94. *ante alias* scil. sortes e Colon. Lef. edidit. 100. *tam lenta* ed. Lefeb. ex duobus scriptis, ut ait. 102. *praeferre* vulg. *furibundi somnia* coni. Burm.

90. *pro cuncta pudendi*, o homines turpes omni ex parte! Duram formulam et molestè graecissantem iam alii agnoverunt. *Sedes viduata*, vacuefactum consulis et imperatoris munus, Paullo in pugna occiso. — 93 - 95. Tunc primus e Campanis Consul eris, et veluti alter Brutus Campanorum? *Brutos* pro consulibus dicit, quia Brutus primus Romanorum Consul creatus fuerat. 96. I, et consulatum apud Poenos ambi.

98. seqq. Inducitur praeter Torquatum et Fabium, etiam Marcellus Varronem acerbe increpans, ut Campanos e Curia exturbet. Hanc ad Varronem orationem nemo nunc desideraverit. Non enim ad rem praesentem pertinet. *Confusum Gradivi turbine* cum invidia dicit, fugatum et victum a Poenis. Mox *furibunda insomnia*, stulta coepta Campanorum. Somnia enim de rebus vanis et consiliis temerariis dici, quis dubitet? —

Semi-

Muros ante tuos (ut par eſt) debita ductor
Armatus reſponſa dabit. Conſurgere cuncti
Hinc pariter, magnoque viros clamore premebant.
Nec non et foribus propere Campana iuventus
Extulit ipſa gradum, tantaeque dolore repulſae
Concitus Hannibalem volvebat Virrius ore.
Fulvius, (huic nam ſpondebant praeſagia mentis
Venturum decus, et Capuae pereuntis imago
Iam tum erat ante oculos) Non ſi Carthaginis, inquit,
Ductorem veſtris devinctum colla catenis
Romam victor agis, poſthac intrare Quirini
Sacratas dabitur ſedes. Tende ocius, oro,
Quo mens aegra vocat. Referunt haec inde citati
Mixta minis et torva trucis reſponſa Senatus.
Tantane, omnipotens, caligine merſa latere
Fata

111. *e foribus* ed. Leſ. 112. *acta* e vulg. Leſ. pro *ipſa*, quod eſt in Colon. et priſcis edd. *tacitoque dolore* coni. Livineii a Cortio ad marginem notata. *tanto* ed. Parm. 114. *huic iam* vulg. et ſic Leſ. Sed *nam* ex Colon. Heinſ. 117. *devictum* vulg. primum in Marſi Veneta 2. editum. 118. *agis* e Colon. *agas* vulg. et Leſ.

Semiviros, contumelioſe, homines effeminatos luxuria, ut non multo poſt *pubem non unquam ſobriam*, ut vino et libidini addictam. — 113. *Hannibalem volvebat ore*, pro vulgari, clamabat ſe cum Campanis ad Hannibalem tranſituros. Poeta expreſſit Livium, apud quem cap. 6. Virrius e Curia dimiſſus, *foedus cum Hannibale quibus velint legibus facturos eſſe Campanos*, pronuntiat. cf. inf. v. 133.

114. ſeqq. *Fulvio* poeta in ea re partes quaſdam adſignat, quia is paullo poſt cum Appio Claudio collega Capuam obſedit. Hinc tibi expedias licet *futurum decus*, victoriam nimirum Capuae, quam mente praeſagiebat. — 116-19. Etiamſi Hannibalem catenis vinctum adduceres, Romam tamen non licebit tibi iterum intrare. Ita Marſus. Sed non ſatis intelligitur, quorſum haec Virrio dicantur.

122-29. Epiphonema poetae. Quis tunc cogitaſſet, inquit, futurum eſſe, ut Campani ius Latii, quod nunc tanta contentione eis negabatur, poſthac conſequerentur. 127-

Fata placet? Veniet quondam felicior aetas,
Cum pia Campano gaudebit Confule Roma,
Et, per bella diu fafces perque arma negatos,
Vltro ad magnanimos referet fecura nepotes.
Poena fuperborum tamen haec durabit avorum,
Quod non ante fuos Capua ad fuffragia mittet,
Quam Carthago fuos. Poftquam nunc dicta Senatus,
Nunc facta expofuit, tum veris falfa per artem
Virrius admifcens cecinit fatale cruenti
Turbatis fignum belli. Furiata iuventus
Arma, arma, Hannibalemque volunt. Ruit undique vulgus,
Et Poenos in tecta vocant: ingentia facta
Sidonii iuvenis celebrant, ut ruperit Alpes
Herculei focius decoris, Divifque propinquas
Tranfierit curfu rupes: ut caede referta
Clauferit Eridani victor vada: victor ut idem
Lydia Romano turbarit ftagna cruore:
Vt Trebiae ripas aeterno nomine famae
Tra-

126. *referet* e Colon. *referat* vulg. 130. *fata* vulg. *facta* ex MSS. Barth. et Heinf. vindicarunt. 132. *turbatis* Heinf. et editt. Vett. pro vulg. *turbati*. 133. *arma* alterum in editt. Marfi omiffum erat, quod Nicander et plerique alii fecuti funt. *Arma fibi* ex Oxon. Cod. Barthius amplectebatur. Noftram lect. N. Heinf. reftituit e libris fcriptis et edd. vett. 135. *vicerit* vulgati libri e Marfo, et fic ed. Lefeb. Omnes fcripti et editi *ruperit* exhibebant. 137. *caede refecta* in editt. Marfi.

127 - 29. Hanc tamen poenam perfidiae Romanis dabunt Campani, quod Carthago prior ius illud Latii obtinebit, quam Capua. Nimirum quia hoc ius eo inprimis pertinebat, ut *fuffragia* ferrent, ideo *fuffragia mittere* poeta dixit. Deinde *fuperbos avos*, Campanos appellat, propter arrogantiam, qua focios Romanos tractarunt, et omnis vitae quandam infolentiam ex luxu et divitiis ortam, ut adeo in proverbium abiret *Campana Superbia*.

130. feqq. Virrius, poftquam Senatus Rom. refponfum tulit, *fignum cecinit*, dedit, *belli fatale*, quatenus Campanis calamitatem attulit. cf. Liv. XXIII, 6. unde haec omnia petita funt. — 135. feq. Saepe recurrit talis facinorum Hannibalis recenfio in hoc carmine. Quare is *focius* Her-

Tradiderit, Paullumque idem inter proelia, et idem
Flaminium, proceres rerum, demiserit umbris.
His super excisam primori Marte Saguntum,
Et iuga Pyrenes, et Hiberum, et sacra parentis,
Iuratumque viro bellum puerilibus annis
Accumulant. Vnum, ducibus tot caede peremtis,
Tot fusis acie, stare inter proelia nullis
Attactum telis. Superûm cum munere detur
Huic sociare viro dextras et foedere iungi;
Fastus exsanguis populi vanumque tumorem
Nimirum Capua et dominatum perferat Vrbis,
Ceu famulis fasces aequataque iura negantis?
Prorsus enim tanto potiorem nomine habendum
Varronem, ut fugiat Consul fulgentior ostro.

Talia

142. *dimiserit* e libris scriptis Heinsius probabat. At Drakenborchius nostram lectionem perpetuo usu veterum defendit. 150. Vulgata lectio erat *Fastus et exsanguis*, metro contraria, quam tamen edidit Lef. sed deinde in appendice lectionum reprobavit. *Fastus exs.* ex Colon. restituit Heins. iam ante Barthio probante. Quamvis ille varias coniecturas protulit, ut *et foedere iungi Fas sit, ut exsanguis* etc. vel etiam *Fastum an ut exsanguis p.* 151. Colon. *Vrbi* perperam. 154. *ut fugit* ex Cod. Tell. edidit Lef. h. e. quoniam fugit, a quo tempore fugit.

Herculei decoris audiat, explicavimus ad lib. II, 356. et IV, 4. — *clauserit vada*, referserit, oppleverit. cf. lib. IV, 623. VI, 706. 707. De *Lydiis stagnis*, Thrasymeni lacus notatione, v. ad lib. IV, 720. seq. — 143. *primori Marte*, quatenus excidium Sagunti in primos iuventutis Hannib. annos inciderat. *Sacra parentis*, Hamilcaris, qui eum in templo Elissae bellum adversus Romanos iurare adegit. cf. lib. I, 77. seq. *accumulant*, cum laudibus commemorant. Sed simul cogita quandam laudum exaggerationem, veritati etiam contrariam; qualis erat, qua Hannibalem *nullis attactum telis* praedicabant. Enimvero in Sagunti obsidione vulneratum supra narraverat poeta lib. I, 535. — 150. *exsanguis populi*, acerbe in Romanos, continuis cladibus debilitatos. cf. inf. lib. XII, 319. — 153-54. Cum summa irrisione et stomacho elata vox. Varro, qui ex acie fugit, multo praestantior consul erit, quam quis-

Talia iactantes iam lectam sorte parabant
Mittere, quae Tyrios adiungat foedere, pubem.
Sed non invictum ponebat pectore robur
Tum solum Decius Capuae decus. Isque receptus
In medios coetus, neque enim differre dabatur,
Itis, ait, cives violanda ad iura parentum?
Damnatumque caput temerati foederis aris
Iungitis hospitio? Quae tanta oblivio recti?
Magnum utique in magnis rebus populisque virisque
Adversis servare fidem. Nunc tempus inire
Proelia pro Rutulis; nunc signa aciemque movere,
Dum trepidae res, et medicinam vulnera poscunt;

Is

163. In tanto librorum veterum dissensu, quo versum exhibent, non vituperanda erat Drakenborchii modestia, qui vulgatam scripturam expresserat, in Wolfii ed. Bas. primum repertam, unde Dausq. et alii hauserunt, quamvis eam non uno mendo inquinatam existimabat. In membranis Barthii Oxon. pro *utique* erat *atque*. Cod. Putean. *Magnam atque in magnas positam populisque virisque Adversam ostendere fidem.* Iam eam lectionem variabant caeteri libri hoc fere modo: in Cod. Colon. erat *magna atque in magnis — ostentare.* Aldus: *magnam atque in magnis rebus* etc. pro quo ed. Paris. Marsi *magna.* Veneta: *magnum in magnis positum.* Hinc natae sunt N. Heinsii hae coniecturae: *Magnam agite, inque manu positam populisque virisque Adversi ostentate fidem*, vel: *Magnum, atque in manibus positum p. v. adversam ostentare fidem*, vel denique: *magnum atque in magnis positum populisque virisque Adversa ostentare fidem*, quam veram ille lectionem putabat. Burmannus autem coniiciebat: *Dignum, atque in magnis positum, populisque virisque Adversis servare fidem*, vel: *Haud versam ostentare fidem.* Editor Francogall. lectionem Cod. Colon. expressit, pro *magna* tamen reponens *magnam*, quam vocem legi affirmat in Cod. Tell. P.R. I. Benef. Asul.

quisquam ex nostratibus. 155. *Iactantes*, calumniantes, ὑβρίζοντες.

157. seq. De legatione hac Campanorum ad Poenos mittenda, et de *Decio*, eam reprehendente. cf. Liv. XXIII, 7. *Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Poenum, summa ope Decius Magius, vir, cui ad summam auctoritatem nihil praeter sanam civium mentem defuit, restiterat.* — 161. *Damnatum caput*, Hannibalem, diis invisum, propter rupta foedera. — 163. Bona sententia, sed moleste, meo sensu, verbis expressa; prope ludentem verbis poetam deprehendo. Sensus, ni fallor, hic

est:

Is locus officio, cum ceſſant proſpera, cumque
Dura ad opem Fortuna vocat. Nam laeta fovere,
Haud quaquam magni eſt animi decus: huc, age, adeſte.
Novi Dîs animas ſimiles et pectora magnis
Nunquam anguſta malis: capiunt (mihi credite) Cannas,
Et Thraſymena vada, et Paulli memorabile letum.
Hi ſunt, qui veſtris infixum moenibus hoſtem
Deiecere manu, et Capuam eripuere ſuperbis
Samnitum iuſſis. Hi ſunt, qui iura dedere
Terrore expulſo, Sidicinaque bella remorunt.
Quos fugitis ſocios? quoſve additis? Ille ego ſanguis
Dar-

167. *Sit locus*, vel *fit l.* vel *eſt l.* omnes coniecturae Heinſianae. 171. *Cannae* vulg. Sed *Cannas* ex Cod. Colon. Heinſ. quod iam coniecerat Gronov. Obſ. I, 17. 173. *noſtris* Oxon. Rom. 1. Mediol. Parm. 177. *Quos fugitis ſocios odiis? quoſve additis? ille Dardanius.* Sic vulg. ex Marſi ed. In Puteano ſic: *Quos fugitis ſocios, odiſtiſve? ille ego ſanguis*, in Colon. *Quos f. ſ.? quoſve auditis?* etc. Hinc lectionem noſtram Heinſius conſtituit, firmatam auctoritate Cod. Oxon. ed. Rom. 1. Mediol.

eſt: in magnis rebus adverſis *magnum eſt*, h. e. egregium, praeclarum, fidem ſervare. Eſt locus communis, quo Decius Campanis auxilium Romanis ſociis ferendum perſuadere vult. In ſenſu ergo non haereo. At verborum moleſta facies eſt, quoquo modo lectionem vertas. v. Var. Lect. 171. *nunquam anguſta*, nunquam imparia rebus adverſis ferendis, veluti malorum capacia. Vnde mox *capiunt Cannas*, felici brevitate dictum pro, pares ſunt animi Romanorum iſtis omnibus calamitatibus ferendis. Sic Fabius ſup. lib. VI, 617. *cladum quieta mente capax.* Et Senec. Oed. 82. *Regium hoc ipſum reor, adverſa capere.*

173. ſeq. Demonſtrat Decius Campanis, quam ingrati futuri eſſent adverſus Romanos, quorum auxiliis ſaepe ſervati fuerint, ut bello Samnitico; de quo vid. Liv. VII, 30. ſeq. Flor. I, 15. — 175. *iura dedere*, h. e. libertatem prope ademtam a Samnitibus reſtituerunt. *Sidicina bella* dicit, quatenus Sidicini opem Campanorum implorantes contra Samnitas, belli iſtius cauſam praebuerunt. cf. Liv. l. l. cap. 29. — 177. *Quos fugitis?* Romanos. *Quos ſoc. additis?* Poenos. Iam igitur Decius Campanorum nobilitate,

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
Ab Iove ducta Capys, magno cognatus Iulo;
Ille ego, semihomines inter Nasamonas, et inter
Saevum atque aequantem ritus Garamanta ferarum,
Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?
Ductoremque feram, cui nunc pro foedere proque
Iustitia est ensis, solaeque e sanguine laudes?
Non ita, non Decio permixtum fasque nefasque,
Haec ut velle queat. Nullo nos invida tanto
Armavit Natura bono, quam ianua mortis
Quod patet, et vita non aequa exire potestas.
Haec vana aversas Decius iactavit ad aures.

Ast

181. *ritus* ex MStis viri docti emendarunt pro vulg. *rictum*, quod primus Marsus edidit. 186. *vos* Marius edidit. Heins. ex MSS. *nos*. — *vivida* coni. viri docti a Cortio notata. 188. *e vita* ed. Marsi. *ac* ed. Lefeb. *vitae non aequa* coni. Heins. non improbante Drakenb. h. e. vitam iniquam, infaustam, ut verbum *exire* cum quarto casu construatur, ut infra lib. XIV. 455. *exire procellas*.

tate, et cum Romanis cognatione commendanda docet, quam turpe sit a Romanis deficere et gentes Libycas socios adsciscere. De *Capy* iam supra dictum est ad v. 30. Sed eundem cognatum *Iulo* dicit, quia fuit filius Assaraci, et avus Aeneae. Mox invidiose pro Poenis vel Afris, populos feros et saevos appellat Nasamonas, Garamantas, Marmaricos. cf. lib. II, 501. — Ad v. 183. 84. cf. similis sententia lib. II, 504. *Vis colitur, iurisque locum sibi vindicat ensis.* — 185. *non ita*, οὐ δῆτα, nequaquam, ut iam Heynius monuit ad Virg. A. II, 583. — *permixtum fas nefasque* est illi, cui perinde est, fas nefasve faciat; ex charactere hominis improbi, iura et foedera nihili aestimantis. *Fas versum atque nefas* simili sensu Virgil. dixit Georg. I, 505. — 186-88. Nihil mihi praestantius natura dedit, quam arbitrium et potestatem vitae meae finiendae. At vide, quisquis habes sensum iudicandi e Virgilii lectione perpolitum, quam tenuiter et argute expressa illa sententia sit. *Ianuam leto patentem* etiam Virgilius dixit Aen. II, 661. At quanto ibi aptius, quantoque cum affectu elatum! — 189. *Vana*, quia nihil effecit Decius nec

preci

Aſt delecta manus iungebant foedera Poeno.
Iamque aderant praemiſſa duci turbante tumultu
Autololes numeroſa cohors. Ipſe agmine magno
Feſtinata citus per campos ſigna movebat.
Et Decius, Nunc hora, viri, nunc tempus: adeſte,
Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex
Molitur facinus; procumbat barbara pubes.
Pro ſe quiſque alacres rapite hoc decus. Hoſtis adire
Si parat, obſtructas replete cadavere portas,
Et ferro purgate nefas. Hic denique ſolus
Eluerit ſanguis maculatas crimine mentes.
  Dumque ea nequidquam non ulli laeta profatur,
Audita aſperitate viri coeptoque feroci,
Multa feta gerens ira praecordia, Poenus
Adſtabat muris, propereque arceſſere lectos
Immitem caſtris Decium iubet. Horrida virtus,
Armatumque fide pectus, rectique cupido,
Et maior Capua mens imperterrita mole

Invicta

190. *iungebat* et mox *aderat* ſervavit Lefeb. ex ſcriptis, ut ait, et Rom. 2. Noſtra lectio erat in editt. Parm. Med. et Rom. 1. 198. Pro *replete*, quod erat in Cod. Put. ed. Parm. Rom. 1. Mediol. Lefeb. edidit *praebete* cum vulg. ſed illud prius deinde probavit.

precibus, nec opprobriis. Huc et pertinent aures *averſae*, dicto non audientes.

190-200. Totus hic locus e Liv XXIII, 7. expreſſus, coloribus etiam ſermonis paſſim ſervatis. *Autololes* definite appellat poeta; Livius *praeſidium ab Hannibale miſſum* dixit, cui in urbem recipiendo Decius reſtiterit. 197. *rapite decus*, h e. ſine cunctatione, dum poteſtas eſt, egregium facinus patrate barbaris ex urbe expellendis. De voc. *rapere* celeritati et alacritati deſignandae ſerviente v. ad lib. I, 570. — *purgate nefas.* Decius apud Livium hortatur Campanos, *ut malum facinus, quod a vetuſtiſſimis ſociis conſanguineiſque defeciſſent, forti ac memorabili facinore purgent.* Eandem ſententiam reddit v. 200.

201. ſeqq. E veſtigio Livium ſuum poeta ſequitur, qui in toto loco comparandus eſt a cap.

Invicta ſtabat, torvoque minacia vultu
Iuſſa ducis, verbiſque etiam inceſſebat amaris.
Quem Libyae rector tot ſigna tot arma ferentis
Spernentem increpitans magno clamore profatur:
Poſt Paullum, poſt Flaminium componimur, eheu!
Vecordi Decio, mecum certaſſe volenti
In decus et famam leti. Rapite, ite citati,
Signa, duces. Pateatne mihi Campana vetante
Vrbs Decio, explorare libet, nova bella moventi
Cui patuere Alpes, ſaxa impellentia coelum,
Atque uni calcata Deo. Suffuderat ora
Sanguis, et a torvo ſurgebant lumine flammae.
Tum rictus ſpumans, et anhelis faucibus acta
Ver-

208. *minantia* vulg. *minacia* e Colon. 210. *ferentes* corrigebat Barthius, h. e. omnem exercitum Carthaginienſium; et ſic in ed. Gryphii. *Libyae doctor* ed. Rom. 1. et Mediol. 212. *heu, heu* vulg. Locum ſic Modius ex Colon. reſtituit. 214. *rapite igitur — pateatque* vulg. Modius ex Colon. emendavit locum. *pateatque* Leſ. edidit, ſed poſtea reprobavit. 218. *diffuderat* Oxon. 219. *fulgebant* Putean. 220. *rictu ſpumas* vulg. *rictu ſpumante* Marſi Veneta. *rictu ſpumans* Parm. Rom. 1. Med. Noſtram lect. ex ſcriptis Heinſius poſuit.

a cap. 7. — 212. *componimur*, provocatur, e re gladiatoria verbo petito; *vecordi*, ſtulto, quia ſolus reſiſtere conatur tantis viribus noſtris. Singula cum acerba irriſione dicta. — 217. *impellentia coelum*, variata hyperbole, ſummae altitudini ſervientia. vid. lib IV, 2. 743. 44. Nec minore audacia apud Virgilium Aetna *ſidera lambit*, vel *Atlas coelum fulcit vertice*. — 219. Truci imago Virgilianis coloribus adumbrata. cf. Aen. VII, 448. Georg. III, 433. — *ſuſpiria*: nunc ſunt irae, ut *gemitus iraeque leonum* Virgil. Aen. VII, 15. et Polyphemus *dentibus infrendens gemitu* Aen. III, 664. Omnino autem atrociorem et craſſiorem imaginem eſſe, maximeque deberi ſtudio imitandi nimis luxurioſo, quis non ſentiat? *Rictus* et *fauces*, quam indigne de homine, quamvis furente et irato! Talia leonibus, ſerpentibus, monſtris cum paſſim Virgilius tribuiſſet, ſine iudicio imitatus eſt noſter, cum de heroe ſermo eſſet. Livius l. l. *concitatum ira Poenum* dum dicit, nihil amplius deſideramus. Similem iram Hannibalis, ſed mode-

Versabant penitus dirum suspiria murmur.
Sic urbem invectus, toto comitante Senatu,
Et vulgo ad spectanda ducis simul ora ruente,
Effundit cunctam rabiem irarumque procellas.
Nec non et Decio propiora pericula mentem
Flammarant, tempusque adeo cernebat adesse,
Quo laudes ducis invicti superaret inermis.
Non illum fuga, non clausi occuluere penates:
Sed liber, veluti nullus penetrasset in urbem
Hannibal, intrepido servaverat otia vultu.
Cum iuvenem saevis (horrendum) concitus armis
Invadunt globus, et pedibus sublime sedentis
Ductoris sistunt. Tonat inde ferocibus alte
Incessens victor dictis, Solusne ruentem
Fulcire, et revocare paras a funere, Romam?
O demens! en, qui Divûm mihi munera tanta
Eripiat. Decio prorsus servabar inerti

 Vin-

221. *Versabat — ad suspiria* ed. Parm. *versabant* ed. Rom. 1. Mediol. 222. Sic Modius ex Colon. pro vulg. *urbem ingreditur tanto c. S.* 231. post hunc versum Lefeb. inseruit quatuor versus 245-48. *Illatus — iuvencum*, atque ideo eiecit duos versus antecedentes 243. et 44. quos libri scripti et editt. pleraeque non habebant praeter Iuntinam Nicandri, atque etiam Drakenborchius spurios existimabat.

moderatius, descripserat supr. lib. V, 603.

222. seqq. cf. Liv. l. l. cap. 7. Quae sequuntur vers. 228-30. expressa sunt ex his Livianis: *Decius Magius nec obviam egressus est, nec quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privatim se tenuit; in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit.* Possunt talia loca utiliter comparari, ut, quomodo poetica ratio, ab oratione sedatiori et prosaica differat, intelligatur. Singula enim a poeta ex historico translata sunt.

231. sq. cf. Liv. l. l. et inprimis cap. 9. At longior ap. Silium Hannibalis oratio est, quam apud Livium, qui hoc tantum narrat: „comprehensum Decium atque ante pedes destitutum Hannibalis fuisse, ut causam diceret“ 236 *munera tanta*, victorias, fortunam

Vincendus, Decio imbelli, cui femina nulla,
Orta in Agenoreis nostrae Carthaginis oris,
Cesserit: huic agedum, (nam cur indigna feramus?)
Magnanime o miles, meritas innecte catenas.
Dixerat haec: nec dum finem convicia norant.
Cum fera gens Decii constanti pectore corpus
Invadit, vincitque manus post terga catenis.
Illatus velut armentis super ardua colla
Cum sese imposuit, victorque immane sub ira
Infremuit leo, et immersis gravis unguibus haesit,
Mandit anhelantem pendens cervice iuvencum.
At Decius, dum vincla ligant, Necte ocius, inquit,
(Nam sic Hannibalem decet intravisse) catenas,
Foederis infausti pretium. Sic victima prorsus
Digna cadat Decius. Nec enim te, sanguine laetum
Humano, sit fas caesis placasse iuvencis.
En dextra! en foedus! Nondum tibi Curia, nec dum
Tem-

241. *magnanimo* Vulg. et nonnulli scripti. In Putean. tamen *magnanime*. Bentleius ad Horat. Epod. XVII, 72. legebat: *Magnanimo, miles, meritus, i, necte catenas*. 242. *nondum* vulg. et Les. 246. *victorque immanis ab ira* coni. Heinsii. 248. *prendens* Putean. et sic Lefeb. qui tamen moleste vocis vim urget. 251. *victima praesul* Putean. *vict. pressus* editt. priscae. 252. *cadit* in scriptis esse Heinsius affirmabat. Idem Mars. Ven.

nam bellicam hactenus a Diis tributam.

243. 44. Hi versus, quos tanquam spurios Drakenborch. damnabat, non possunt commode abesse. Nam ab iis pendet sequens comparatio; cuius imaginem aeri incisam e gemma Dactyl. Gorl P. II. n. 119. Drakenb. exhibuit. Bene et graphice, quasi ex effigie transscripserit, expressam facile agnoscimus, ut illa, *immersis gravis unguibus haesit*: cf. lib. X, 78.

249. Alia oratio Decio vincto tribuitur apud Livium. Nam ibi in Campanos invehitur. Silius autem Poenos conviciantem induxit. 252. *sangu. laetum hum.* saevum, immanem, sanguinis sitientem militem Poenum dicit, ut de Hannibale lib. I, 59. *penitus medullis sanguinis humani flagrat sitis*. Itaque non opus est cum Marso cogitare de ritu Puni-

Templorum intrati poſtes: iam panditur acri
Imperio carcer. Perge, ac primordia tanta
Accumula paribus factis. Mihi fama ſub umbras
Te feret oppreſſum Capuae cecidiſſe ruinis.
Nec plura effari conceſſum. Obnubitur atra
Veſte caput, trahiturque ferox ante ora ſuorum.
Exin victor ovans ſedato pectore tandem
Spectandis urbis tectis templiſque ſerenos
Laetus circumfert oculos, et ſingula diſcit:
Quis muris ſator, et pubes ſit quanta ſub armis,
Quotque auri pateant bello argentique talenta.
Nunc qualis frenata acies, nunc deinde pedeſtris
Copia quanta viris. Monſtrant Capitolia celſa,
Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.
Iamque diem ad metas defeſſis Phoebus Olympo

255. Sic ſcripti et editt. priſcae, pro vulg. *intranti*, quod Marſus induxit. 257. *ſub umbras* ex Colon. Mod. *umbris* vulg. et Lefeb. 264. *muri* Putean. *Qui muris auctor* Lefeb. edidit e Virgil. A. VIII, 134. Miratur hoc neminem vidiſſe. Scilicet quia indocta audacia eſt, ſine libris ſcriptis multa talia videre. Burmannus coni. *quis muris poſitor*. 265. *Quot bello pateant argenti aeriſque talenta* lectio Colon. quam expreſſit Lefeb. Sic et Oxon. Rom. 1. — *Quot b. p. auri argentique talenta* Putean. et ed. Mediol. Noſtra lectio eſt Marſi vulg. Burmannus coni. *lateant*, ſc. in aerario. 268. Sic Vulg. At libri ſcripti et priſcae editt. *ſtellantiſque* vel *ſtellanteſque*, h. e. floriferos, ut explicavit Voſſius Inſt. Orat. IV, 6. 3. Sed vid. nott.

Punico humanas victimas caedendi, quamvis non plane aliena foret ab ira Decii acerba illa alluſio. — 260. Ex his Livianis cap. 10. *Haec vociferanti obvolutum caput eſt, ociuſque rapi extra portam iuſſus.*

261 - 68. Quae Livius l. l. cap. 7. breviter adnotat, *Hannibalem viſenda urbe magnam diei, quo urbem ingreſſus fuerat, partem conſumſiſſe*, ea noſter, ut poeta, definitius et per partes eloquitur. *Sator*, conditor, ut lib. II, 654. *parens murorum* Sagunti Hercules dicebatur. *frenata acies*, equitatus. *Stellates campos* partem fuiſſe agri Campani fertilitate inſignem, docuit Cluver. Ital. Ant. pag. 1172. cf. Liv. IX, 45. et XXII, 13.

269. ſeqq. Sub veſperam epulis indulgetur. cf. Liv. II. cap. 8. Amplus hic locus eſt, vario

Impellebat equis, fuſcabat et Heſperus umbra
Paulatim infuſa properantem ad litora currum.
Inſtituunt de more epulas, feſtamque per urbem
Regifice exſtructis celebrant convivia menſis.
Ipſe, Deûm cultu et ſacro dignatus honore,
Praecipuis multoque procul ſplendentibus oſtro
Accipitur ſublime toris: non una miniſtri
Turba gregis: poſuiſſe dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre.
Nec non et certis ſtruitur penus. Aſpera menſa
Pondera caelati fulgent antiquitus auri.
  Eripiunt flammae noctem, ſtrepituque moventum
Murmurat alta domus. Stupet inconſuetus opimae
Sido-

271. *offuſa* coni. Drakenb. 275. *praecipuus* Lefeb. ex Rom. 2. collato Virg. A. VIII, 177. non male. 279. *nec non certatim*, vel *e Cereri* coni. Heinſ.

vario ornatu, maxime Virgiliáno, diſtinctus, in quo tamen multa luxuriei poeticae exempla apparent. Noctis appropinquantis nunc iuſto prope ſplendidior deſcriptio, quamvis, quoad ſingulas imagines, ſatis frequentata poetis. *Heſperi currus*, notum phantaſma, eiuſdemque *equi fuſci* apud Ovid. Faſt. II, 314. — 274-76. Hannibal ſuper toro veſte purpurea ſtrato accumbit. *Stratum oſtrum*, *toros pictos* Virgilius dixit in ſimilibus epulis Aen. I, 700. ſeqq. quem locum Silius videtur ante oculos habuiſſe. Certe verſus 276-78. ex Virgilianis adumbrati: *quinquaginta intus famulae; quibus ordine longo Cura penum ſtruere et flammis adolere penates*, ubi *penates* recte de aris et focis ab Heynio explicari, vel haec Siliana imitatio vindicat. — 279. *certis ſtruitur penus*, certi miniſtri cibos inſtruunt et adornant. *Aſpera p. auri cael.* pro vulg. *vaſa caelata aurea.* vid ad lib. II, 431. et adde Ovid. Met. XII, 235. *Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper antiquus crater.* Itaque iunge *caelati antiquitus*, de vaſis antiquo artificio factis, in quo erat pretium praecipuum. Loca huc pertinentia Drakenborch. attulit, praeter illum Ovidianum, ex Cicer. Verr. I, 5. Valer. Fl. I, 143.

281. *Eripiunt flammae n.* Virgilii exemplo Aen. I, 727. *noctem flammis funalia vincunt.* At nonne ſentias in his quiddam exquiſitius? *faciemque — haurit,*

Sidonius menſae miles, faciemque ſuperbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
Veſcitur ipſe ſilens, et tantos damnat honores
Eſſe epulis, facileſque coli tanto agmine menſas.
Donec pulſa fames, et Bacchi munera duram
Laxarunt mentem. Tum fronti reddita demum
Laetitia, et poſitae graviores pectore curae.
Perſonat Euboïca Teuthras teſtudine, Cymes
Incola, et obtuſas immiti murmure ſaevae
Inter bella tubae permulcet cantibus aures.
Iamque Iovem et laetos per furta canebat amores,
Electraeque toros Atlantidos: unde creatus,
Proles digna Deûm, tum Dardanus: iſque Tonanti
Vt det Erichthonium magna de ſtirpe nepotem.
Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Aſſaracus, nulloque minor famave manuve

287. *At cum pulſa fames* Vulg. ex Iunt. Nicandri. 288. *tum frontis* Colon. Oxon. Parm. et ſic Lefeb. *Cum fronti reddita* Vulg. Marſi. *dedita* Putean. et Rom. 2. 290. *Theucxas, Teutras* variant libri.

haurit, in proſa diceres, tantum luxum mirabundi ſpectant. Sed poeticam rationem expende. Verſus ſeqq. 285. 86. declarant ſeveritatem quandam Hannibalis, luxu et ſplendore Campano minus commoti; unde mox *duram mentem* tribuit. *Faciles menſas*, cibos facile nec tanto impendio parabiles, *tanto agmine*, tanto apparatu et ſtrepitu. Nota exquiſitum uſum voc. *agmen*, in quo Silio Virgilius praeivit, apud quem *leni agmine fluit Thybris* Aen. II, 782. et *Mneſtheus agmine remorum celeri prona petit maria* Aen. V, 211. Igitur in his notio ſtrepitus, certaminis, contentionis maxime dominatur. 287. *Bacchi munera* nota e Virg. Georg. III, 527. *Maſſica munera Bacchi*. Infra lib. XIII, 416. *dona Lyaei*.

290. ſeqq. Locus ad imitationem Virgilii Aen. I, 740. expreſſus, ubi Iopas, Didone et Aenea epulantibus, ad citharam canit. Praeivit Homerus Od. ϑ, 62. ſq *Teuthras* fictum nomen e piſcina Campana prope litus Baianum ſita, coniecit Broukhuſ. ad Propert. I, 11. 11. Iam cum incolam Cuma-

Tum Capys ut primus dederit ſua nomina muris.
Concelebrant plauſu pariter Sidonia pubes,
Campanaeque manus. Ante omnes ductor honori
Nominis auguſto libat carcheſia ritu;
Cetera quem ſequitur, Bacchique ex more liquorem
Irrorat menſis turba, ardeſcitque Lyaeo.
 Interea, Tyrio reſoluta in gaudia coetu
Converſo, (neque enim, iuvenis non digne ſileri,
Tranſmittam tua coepta libens, famamque negabo
Quanquam imperfectis, magnae tamen indolis, auſis)
Mens una inviolata mero, nulliſque venenis
Potando exarmata, decus pugnaeque, neciſque
Sidoniae tacito volvebat pectore molem.

Quo-

299. *primus* vulg. ex ed. Marſ. 309. *mens uni* coni. Heinſ. 310. *Venenis potandi* coni. Heinſ. et *poenaeque* pro *pugnaeque*.

Cumanum feciſſet, *Euboicam teſtudinem* appellat, quoniam a Chalcide Euboica originem trahebant Cumani, auctore Livio VIII, 22. cf. Heyn. ad Virgil. VI, 2. — Argumentum carminis apte ad locum praeſentem Silius depromſit ex gente Capys, Capuae conditoris, qui, ut diximus verſ. 30. ad Iovem uſque familiam ſuam reducebat. *Dardani* progeniem uſque ad Capyn, qui ſcire cupiant, petant ex Hom. Il. *υ*, 214. ſeq. Dionyſ. I, 62. Apollod. III, 12. et cf. Heyn. Exc ad Aen. Virg. III, 167. Tom. II. pag. 358. — 301. *bonori nominis*, in honorem Capys, *libat carcheſia*, rite, et inſtar ſacrificii, pocula menſis irrorat, ut Dido apud Virgil. A. I, 736. *in menſam laticum libavit honorem*.

305. ſeqq. Sequitur ſcena inter Pacuvium eiuſque filium necem Hannibali parantem agitata, quam Livius XXIII, 8. et 9. tanta cum elegantia et affectu deſcripſit, ut, niſi me meus ſenſus fallat, Silianis verſibus longe praeferendam illius narrationem exiſtimem. Nempe Silius verba, Livius ſententias ornavit. — *Reſoluta gaudia* ſunt diſſoluta, nimia. Proprie mens ipſa gaudiis diſſolvitur, et liqueſcit. Sic noſter infr. lib. XIV, 681. *reſoluta in gaudia mente*. — 309. *nullis venenis p. e.* moleſto ornatu variata ſententia proxime antecedens. Nempe vinum largius ſumtum, ceu venenum, vires animi frangit.

Quoque esset miranda magis tam sacra libido,
Pacuvio genitus patrias damnaverat artes.
  Is variis oneratum epulis atque atria tardo
Linquentem gressu comitatus pone parentem,
Postquam posse datum meditata aperire, novosque
Pandere conatus, et liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus, Accipe digna
Et Capua et nobis, inquit, consulta. Togaque
Armatum amota nudat latus. Hoc ego bellum
Conficere ense paro, atque avulsum ferre Tonanti
Rectoris Libyci victor caput. Hic erit ille,
Qui polluta dolis iam foedera sanciet, ensis.
Si perferre nequit spectacula tanta senectus,
Et tremit inceptis lasso maioribus aevo,
At tu securis concede penatibus, et me
Linque meae menti: summum quod credis, et aequas

313. Al. *Pactulo*, *Paccullo*. *Pacuvio* ex ed. priscis Cod. P. Ben. Parm. 325. *lapso* Lefeb. e Cod. T. reposuit. Scilicet vim poeticam lectionis vulgatae non adsequebatur ille, cum hanc sine sensu esse scriberet. 326. *En, tu securus conside pen.* Lefeb. expressit, non librorum auctoritate motus, sed hac de causa, quia iam fuisset in penetralibus domus, sive Penatibus; ergo illuc *concedere* nequibat. Hae causae mutandi textus si cui sufficiunt, ei profecto facillimum est, recensionem facere. 327. *summum tu credis* vulg. et primus Marsus. *quod* e scriptis et ed. priscis Heinsius. Burmannus ad Ovid. Heroid. XVII, 51. explicat *quamvis*.

git. 311. *molem* facinus audax et arduum, Hannibalis trucidandi; mox eandem *sacram libidinem*, generosam, laudabilem. Vnde inf. v. 365. dicitur *pulcherrimus irae* et paulo post v. 367 *amisit quantam posito conamine laudem, Cui tantum est voluisse decus?* — 313. *patrias artes*, patris consilium ad Poenos deficiendi. 314. In *atriis* epulari solitos veteres docuit Servius ad Virg. A. I, 726. — *postquam posse datum*, h. e. cum opportunitatem consilii aperiundi adesse videret. Livius l. c. cap. 8. *cum in secretum pervenerunt*, inquit, *hortus erat posticis aedium partibus.* Hunc locum Silius verss. 317. 18. describit. — 326. *securis pen.* in aedes, ubi tutus latere potes. *me linque m. m.* sine me mea cogitata exsequi.

Hannibalem Superis, o quantum nomine maior
Iam Poeno tibi natus erit! Vibrabat ab ore
Ignis atrox, animusque viri iam bella gerebat.
Cum senior, tanti pondus conaminis aegra
Iam dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem
Sternitur, et pedibus crebro pavida oscula figens,
Per si quid superest vitae, per iura parentis,
Perque tuam nostra potiorem, nate, salutem,
Absiste inceptis, oro: ne sanguine cernam
Polluta hospitia, ac tabo repleta cruento
Pocula, et eversas pugnae certamine mensas.
Tune illum, quem non acies, non moenia et urbes
Ferre valent, cum frons propior lumenque corusco
Igne micat, tune illa viri, quae vertice fundit,
Fulmina pertuleris: si viso intorserit ense
Diram, qua vertit per campos agmina, vocem?
Fallit te, mensas inter quod credis inermem.
Tot bellis quaesita viro, tot caedibus armat
Maiestas aeterna ducem. Si admoveris ora,
Cannas, et Trebiam ante oculos, Thrasymenaque busta,
Et Paulli stare ingentem miraberis umbram.

Quid?

345. pro *viro* Heins. coni. *ultro*, vel *virûm tot caedibus*.

331. seqq. Totus locus de patre obsecrante ex Livio quidem adumbratus est. Sed nescio quomodo Liviana me fortius moveant: Forte, quia aptius ad naturam et adfectum dignitatemque parentis scena descripta est. *Amentem metu* patrem Livius dicit, quam graviter duobus verbis! Deinde pater non prius ad pedum amplexum et oscula descendit, quam filium precibus commotum et lacrymantem vidit. Quanto id est ad dignitatem affectumque patris tuendum accommodatius! Insignis gravitas est, qua pater Hannibalis imaginem describit, ut filio animum adimat, et periculum facinoris augeat; quamvis pro praesenti patris affectu et dolore singula loquacius et nimis ῥητορικῶς elata sentio. — 341. *fulmina, quae vertice fundit* Hannibal, ad splendorem cassidis, terrorem incutientis, referenda

Quid? tanto in caſu comitum iuxtaque iacentum
Torpebunt dextrae? Parce, oro, et deſine velle,
Cui nequeas victor ſupereſſe. An triſtia vincla
Et Decius non erudiunt componere mentem?
Talia commemorans, famae maioris amore
Flagrantem ut vidit iuvenem ſurdumque timori,
Nil ultra poſco, refer in convivia greſſum,
Approperemus, ait. Non iam tibi pectora pubis
Sidoniae fodienda manu tutantia regem.
Hoc iugulo dextram explora. Namque haec tibi ferrum,
Si Poenum invaſiſſe paras, per viſcera ferrum
Noſtra eſt ducendum. Tardam ne ſperne ſenectam:
Opponam membra, atque enſem extorquere negatum
Morte mea eripiam. Lacrimae tunc ore profuſae,
Et magna Superûm cura ſervatus in arma
Scipiadae Poenus; nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra. Pulcherrimus irae,
Et dignus fieri compos memorabilis auſi,
Amiſit quantam poſito conamine laudem,

Cui

349. *Quin!* ed. Lefeb. 350. pro *velle* Heinſ. coni. *belli*, ut ſit *deſine belli* iungendum, non improbante Drakenborchio. Sed ſana eſt lectio recepta. Senſus eſt: Deſine aliquid velle, quod ſi tibi ex voto ſucceſſerit, pernicioſum tibi et cauſa interitus erit. Male Dauſqueius correxerat *cum nequeas*. 354. *timoris* Heinſ. coni. ex lib. X, 554. — 358. *namque hoc* vulg. perperam. Recte Colon. et alii *haec*, ſcil. viſcera. 359. *per viſcera lenta* primus Nicander in Iunt. ediderat, pro quo e ſcriptis et editis Modius et Heinſ. correxerunt *ferrum*.

da videntur. 349. *iuxta iacentum*, accumbentium ad menſam. 352. *componere mentem*, quieſcere, et coeptis abſtinere. Mox *ſurdum timori* dicit, non commotum periculi commemoratione, imperterritum. — 358. *Hoc iugulo*, δεικτικῶς, ut mox *haec per viſcera*. In hoc loco, ubi affectus patris ad ſummum uſque gradum pervenerat, eiuſdem facundia diſplicet. In Livio et nunc omnia veriora ad naturam atque elegantiora reperio. 364. *nec tantum — patrari*, tantum facinus, ut ab homine externo, Campano, patraretur, fata noluerunt. Ergo haec victoria Scipioni relicta eſt. Quae ſequitur ſententia v. 365 - 68. exiguam vim

Cui tantum eſt voluiſſe decus? Tum reddere ſeſe
Feſtinant epulis, et triſtia fronte ſerenant:
Donec laeta virûm ſolvit convivia ſomnus.
Poſtera lux Phaethontis equos proferre parabat,
Iam rapido ſummis curru ſplendente ſub undis:
Et iuvenis, magno generatus Hamilcare, duras
Iam dudum exercet curas. Carthaginis arces
Ire ferox Mago, et Patribus portare iubetur
Nuntia facta ducis. Praeda et captiva leguntur
Corpora, dereptaeque viris ſub Marte cruento
Exuviae, fauſti Superis libamina belli.
Altera curarum, Libycis demittitur oris
Heu! Decius, reduci lentas ſervatus ad iras,
Ni poenae iuvenem indignae miſeratus ab alto
Iupiter antiquam Batti vertiſſet ad urbem.
Hic Pellea virum Ptolemaei ſceptra vehentum

Eri-

368. *tanta* coni. Heinſ. 372. *rapidos omni curru* vulg. Oxon. *omnis*. Modius verſum ex Colon. emendavit. Ad marginem ed. Rom. Drakenborchins ita emendatum reperiebat: *proferre parabat rapidos, imis curru ſplendente ſub undis.* 373. *En iuvenis* Leſeb. pro *duras* Heinſ. coni. *crudas*.

vim habet; ſed habet argutas verborum antitheſes, poetae delicias. — 371. *triſtia fronte ſerenant*, vultu hilariori triſtes cogitationes diſſimulant et abigunt. Sic Virgil. Aen. IV, 477. *Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.*

373 - 79. cf. Liv. XXIII, 11. Mago nuncius victoriae Carthaginem proficiſcitur. *Exuvias* ſpolia in genere, in quibus annuli inprimis memorantur Livio cap. 12. et inf. v. 536.

380. ſeqq. Decius miſſus Carthaginem, ubi reduci Hannibali poenas daret, Cyrenas tempeſtate delatus ad Ptolomaeum confugit. Rem narrat Livius cap. 10. unde Siliana expreſſa ſunt. — *Batti ad urbem*, Cyrenas. vid ad lib. III, 253. — *Pellaea ſceptra* Ptolomaei dicit, ut regis Aegypti, et domini Alexandriae, ab Alex. Pellaeo conditae, longius repetito epitheto. Scilicet *Pella* fuit urbs Macedoniae. Ex quo tempore autem Macedones Aegyptum habuere, a regibus ipſa terra Macedonica, adeoque etiam Pellaea dici potuit. cf. Heyn. ad Virg. Georg. IV, 287. De regibus Aegypti, quibus Cy-

renae

Eripuere minis, reſolutaque vincula collo.
Atque eadem vitae cuſtos mox deinde quieto
Accepit tellus oſſa inviolata ſepulcro.
Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus
Poenorum mentes caeco per laeta premendi
Exitio, et luxu corda importuna domandi.

Spar-

renae paruerunt, vid. Spanhem. ad Callim. Hym. in Apoll. v. 68. — 385. 86. Alexandriae, ubi vitae ſalutem invenerat, uſque ad finem vitae manſit. Hoc manifeſtum eſt ex Decii oratione apud Liv. l. l.

387. ſeqq. Inſeritur longum epiſodium de luxuria, cui Hannibal eiuſque milites Capuae indulſiſſent, quaque enervati atque emolliti ſenſim fuiſſent. Factum id eſt, cum rebus ad Nolam inprimis infeliciter geſtis, in hiberna caſtra Capuam conceſſerat. Quae a Marcello pro iſtis urbibus Campaniae, inprimis Nola, geſta ſunt, Silius carmine non expreſſit. Itaque hoc potius epiſodium natum eſt, quo opportuna occaſio offerebatur, varios ornatus explicandi, coloribuſque ſatis acribus carmen diſtinguendi. Quae igitur Livius, pro more, ſobrie atque eleganter de animis corporibuſque Carthaginienſium luxurie corruptis narravit lib. XXIII, 18. ea Silius poetica ratione, ita tamen extulit, ut ſi quae paſſim occurrant, quae ſatis poeta digna ſint, alia multa faſtidium legendi afferre poſſint ei, qui elegantiae et gravitati Virgilianae animum adſuefecit. Praecipuum rationis iſtius poeticae indicium eſt, quod Veneri partes tradit animorum luxu corrumpendorum. Neque id nunc quaeritur, quam apta ea machinatio ſit. Conſtat hunc in omni carmine morem ſervaſſe Silium, de quo paſſim nonnulla adnotata ſunt. Enimvero, cum ſemel ita ſe poeta comparaſſet, ut Deorum miniſterio uteretur ad exemplum veterum poetarum, nunc ſatis apte delecta Veneris opera videtur, partim ob rei naturam, partim quia Venerem infeſtam Poenis, Romanis amicam, totum carmen propoſuit. Quam autem Campania iſta luxuries Poenis noxia, quamque utilis Romanis fuerit, quis ignorat? Caeterum in hoc loco Silium ante oculos habuiſſe Virgil. lib. I, 657. ſeqq. ubi Venus Cupidinis opera Didoni amorem inſtillat, iam Marſus adnotavit. Iam ſingula videamus. — 388. *caeco exitio* Venus *mentes premit*, dum libidinem luxumque

que

Spargere tela manu paſſim fallentia natis
Imperat, et tacitas in pectora mittere flammas.
Tum pueris dulce arridens: Eat improba Iuno,
Et nos (nec mirum, quid enim ſumus?) acta ſecundis
Deſpiciat. Valet illa manu, valet illa lacertis:
Parvula nos arcu puerili ſpicula ſenſim
Fundimus, et nullus noſtro de vulnere ſanguis.
Verum, agite, o mea turba, precor, nunc tempus, adeſte,
Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.
Amplexu, multoque mero, ſomnoque virorum
Profliganda acies, quam non perfregerit enſis,
Non ignes, non immiſſis Gradivus habenis.
Combibat illapſos ductor per viſcera luxus,
Nec pudeat picto fultum iacuiſſe cubili,

Nec

393. *aucta ſecundis* coni. D. Heinſ. et ſic antiquiſſimae editt. 396. *it nullus* etc. coni. Heinſ. probante Drakenb. et ſic edidit Lefeb. 398. pro *telis* Heinſ. malebat *taedis*. 401. *emiſſis* vulg. *immiſſis* e ſcriptis et editt. priſcis.

que mentibus inſinuat, atque veluti ex inſidiis oppugnat animos. Huc pertinent *tela fallentia*, *tacitae flammae*, v. 398. *tacita tela*, 425. *occulta ſagitta*. Apud Virgil. *caecus ignis* lib. IV, 2. eodem fere ſenſu. Et lib. II, 688. Venus ad Amorem: *occultum inſpires ignem*. — 389. *Corda importuna*, ſaeva, dura. 390. *natis*, Cupidinibus, noto Silii phantaſmate.

392-96. Cum contemtu in Iunonis iram dicta. Apage te, Iuno ſuperba et viribus tuis freta. Nos dolo et clandeſtinis vulneribus vim tuam ſuperabimus. Acerbe inprimis illa: *quid enim ſumus*, nimirum erga Iunonem. Contemnit nos imbecillos ſcilicet. *acta ſecundis*, elata, ſuperbiens fortuna Carthaginienſium, quos fovet. — 396. *nullus ſanguis*. Ergo caecum, tacitum vulnus eſt, tantoque periculoſius.

399. *amplexu*, verecunde, pro Venere, libidine. *Gradivus immiſſis hab.* noto ornatu dicitur de pugna atrociſſima, qualis Romanorum ad Cannas fuit. Ita de incendio ſaeviſſimo Virgil. A. V, 662. *furit immiſſis Vulcanus habenis*. 402. *Combibat*, hauriat veluti pleno ore libidines. Notus in talibus uſus *bibendi*. vid. interpr. ad Virg. A. I, 749.

Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.
Ille sub hiberno somnos educere coelo
Iactator, tectis malit consumere noctes.
Ac ponat ritus vescendi, saepe citato
Dum residet sub casside equo, discatque Lyaeo
Imbellem donare diem. Tum deinde madenti
Post epulas sit grata chelys, segnisque soporas,
Aut nostro vigiles ducat sub numine noctes.
Haec postquam Venus, applaudit lascivus, et alto
Mittit se coelo niveis exercitus alis.
Sentit flammiferas pubes Maurusia pennas,
Et pariter fusis tepuerunt pectora telis.
Bacchi dona volunt, epulasque, et carmina rursus
Pieria liquefacta lyra. Non acer aperto
Desu-

404. pro *pugnet* in Rom. 1. et Mediol. *nitet* pro *vitet*. 405. *abducere* ex Cod. Tell. Lefeb. notavit. Oxon. *se ducere*, et mox *telis* pro *tectis*. Pro *iactator* Heins. *laetatus*, hoc sensu: Hannibal ille, qui olim tempore hiberno sub Iove frigido somnos capere gaudebat, nunc noctu malit sub tectis dormire. Burmannus coni. *iactatus*, quod repertum in Cod. Tell. a Lefeb. et editum est.

404. *nec — pugnet*, recuset, detrectet. *Assyrium amomum* definite, ut poeta, nominavit, pro unguento Assyrio, ut pretiosissimo. Amomum planta Armeniae et Mediae. cf. Heyn. ad Virg. Ecl. III, 89.

406. *iactator educere*, graecissans et durior formula pro vulg. gaudens sub dio per hiemem dormire. Sed simul Hannibalem ista temperantia et severitate superbientem cogita. 407. *ponat* etc. dediscat ex equo vesci. Quae est severissima ratio vivendi, omnes delicias excludens. Sequitur sententia exquisita brevitate elata: *Lyaeo donare imbellem diem* pro vulg. vino per otium indulgere. — 410. *chelys*, cantus, musica. 411. amore noctem consumat. At expende verborum exquisitam verecundiam!

412. *lasc. exercitus*, Amorum, s. Cupidinum. Ita Val. Fl VI, 456. *volucrumque exercitus omnis Amorum*. Mox *niveae alae* ornate, ut in re laeta. Ergo causa coloris nunc non est moleste scrutanda. vid. Claud. Epith. Hon. 71.

416. seqq. Recensentur varia genera luxus, cuius cupido a Venere indita fuerat. Carmi-

Deſudat campo ſonipes: non ulla per auras
Lancea nudatos exercet torta lacertos.
Mollitae flammis lymphae languentia ſomno
Membra fovent, miſeriſque bonis perit horrida virtus.
Ipſe etiam, afflatus fallente Cupidine, ductor
Inſtaurat menſas dapibus, repetitque volentum
Hoſpitia, et patrias paulatim decolor artes
Exuit, occulta mentem vitiante ſagitta.
  Altera iam patria, atque aequo ſub honore vocatur
Altera Carthago Capua, intactumque ſecundae
Fortunae ingenium vitia allatrantia quaſſant.
Nec luxus ullus merſaeque libidine vitae
Campanis modus: accumulant, variaſque per artes
Scenarum certant epulas diſtinguere ludo.
Vt ſtrepit aſſidue Phrygiam ad Nilotica loton
Memphis Amyclaeo paſſim laſciva Canopo.
Inpri-

Carmina liquef. mollia, ſuavia, quae et liquida poetis dici ſolent. Lucret. IV, 982. *citharae liquidum carmen.* Virgilius Georg. I, 410. *liquidas voces* raucis opponit; et ſimili metaphora Valer. Fl. III, 158. *inſignem cithara cantuque fluenti Dorcea* dixit. *Pieria* orn. epith. a monte Pierio Muſis ſacro. — 420. *mollitae fl.* poetice pro calidae. 421. *miſeris bonis*, quaſi ſplendida illa miſeria, luxu pernicioſo, *perit horrida virtus*, robur illud omniſque fortitudo bellica militum ſublata eſt. In utraque formula ludentem verbis poetam agnoſco.

422. ſeqq. Ipſe Hannibal libidini indulget. Haec per partes ſententia explicatur. *patrias artes exuit*, ſolitam ſeveritatem, temperantiam, virtutem. Ergo *decolor* factus eſt, quatenus ab illa morum gravitate degeneravit. 427. tumidius elata ſententia, ingenium Hannibalis, quod fortuna frangere non potuerit, vitiis victum eſſe. *Vitia allatrantia*, quatenus cum impetu mentem oppugnabant. *Curas latrantes* ſimili audacia Petronius dixit Satyr. cap. 119.

432. 33. Scenas convivales Campanorum comparat cum ſaltationibus Aegyptiorum in urbe Canopo. *Niloticam Memphim*, ut praecipuum Aeg. oppidum pro ipſis Aegyptiis dicit. *Canopus* ὁ Κάνωβος, oppidum Aegypti, non procul ab Alexandria. *Amyclaeus* h. e. Spar-

Inprimis dulcem, Poeno laetante, per aures
Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cantum.
Iſque ubi mirantem reſonantia pollice fila
Ductorem vidit Libyae, canere inde ſuperbas
Aoniae laudes ſenſim teſtudinis orſus,
Concordem citharae movit per carmina linguam,
Vincere linquentes vitam quae poſſit olores.
Atque haec e multis carpſit molliſſima menſae
(Facta antiqua virûm, placidas quîs mulceat aures.)
 Argolicis quondam populis (mirabile dictu!)
Exaudita chelys, lapidem teſtudine felix

Duce-

442. Abeſt hic verſus ab omnibus ſcriptis et editt. ante Iuntinam, quam reliqui editores ſecuti ſunt. Itaque ut ſpurium Drakenb. uncis incluſit, Lefeb. eiecit.

Spartanus, quia a Canopo rectore navis Menelai ibi ſepulto nomen accepit. Virgilius Georg. IV, 287. *Pellaeum Canopum* dixit. vid. ibi Heyn. et quae dicta ſunt ad verſ. 380. Rem narravit Strabo lib. XVII. Tacit. Ann. II, 60. Plura contulit Geſnerus in Theſ. — *ſtrepit* ob cantus et ſaltationes. Vnde *mollem*, *feſtivum* Canopum poetae dixere. De *loto* dictum ad lib. VIII, 506.

434. ſqq. Dum commemorat poeta Teuthram cantu et lyra Hannibalem delectaſſe, ſatis longo epiſodio miracula ab Amphione, Arione, Chirone, et Orpheo per lyram patrata exponit. Manifeſte in his luxuries Silii deprehenditur, undique carminis producendi, ornandique omnibus modis occaſiones arripientis. 438. *Aoniae teſtud* lyrae Amphionis Thebani. Nam Boeotia, in qua Thebae, olim ab Aonibus habitata fuit. Vnde et Helicon mons Boeotiae, Aonius vertex Virgilio Georg. III, 11. — *ſuperbas laudes*, facinora et miracula per lyram facta. De cantu ſuaviſſimo *olorum* (v. 440.) morientium, nota fabula, deriſa iam a Plinio X, 23. — 441. *E multis* laudibus lyrae *haec* potiſſimum *carpſit*, attigit, commemoravit, *molliſſima menſae*, aptiſſima convivis oblectandis. — 443-49. Lyrae ope olim Thebae exſtructae ſunt ab Amphione. cf. Apollod. lib. III, 5. Horat. Art. 394. Iam illa ſententia varie ornatur. *felix ducere lapides* lyra dicitur, quia potuit lapides movere, ergo promta, capax. — *vallavit* exſtruxit

Ducere, et in muros posuisse volentia saxa.
Haec Amphionio vallavit pectine Thebas,
Ac, silice aggeribus per se scandente vocatis,
Iussit in immensum cantatas surgere turres.
Altera, turbatum plectro moderata profundum,
Et tenuit phocas, et in omni Protea forma
Traxit, et aequoreo portavit Ariona dorso.
Nam, quae Peliaca formabat rupe canendo
Heroum mentes et magni pectora Achillis,
Centauro dilecta chelys compesceret iras,
Percussa fide, vel pelagi vel tristis Averni.
Namque chaos, caecam quondam sine sidere molem
Non

445. *in muros* vulg. *in muris* e Cod. Tell. Rom. 1. Ben. edidit Lefeb. — *volentia* ex Colon. pro vulg. *volantia*. 452. *Iam quae* edidit Lefeb. ex coni. Dausq. et Burmanni. *formabat* ex Colon. Oxon. et editt. priscis. *frenabat* vulg. quod servavit Lefeb. ex Cod. Tell. Rom. 2. In Cod. Put. *firmabat*.

xit arcem Thebanam. Sic Horat. l. l. *Amphion Thebanae conditor arcis*. Mox *volentia saxa*, quatenus sponte, nullo cogente vel portante coierunt, ἐπακολουθήσαντας τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ τοὺς λίθους Apollodorus l. c. *Sequentia* dixit de Orpheo Ovid Met. XI, 2. Eodem sensu mox v. 446. *silicem per se scandentem* variat. 447. *cantatas*, cantu exstructas.

449. *Altera*, lyra Arionis, cuius fabula vid. apud Herodot. I, 23. et Hygin. Fab. 194. *moderata pr.* mitigans maris fluctus, vel eius monstra, ne Arion in mare deiectus periret. 451. *portavit aeq. dorso*, quia cantu delphinus allectus est, qui salvum Arionem deportaret.

452-62. Sequitur lyra Chironis Centauri, Saturni et Philyrae filii, quem fabula medicinae et musices peritum, Achillisque doctorem memorat. v. Homer. Il. λ, 831. Virgil. Ge. III, 550. Orph. Arg. 375. Ovid. Met. II, 630. cum nott. Gierig. — *Peliaca rupe form.* erudiebat heroes et Achillem inprimis. Sicuti enim Centauri altissimos montes Thessaliae inhabitabant, ita Chiron Pelium, unde a Lapithis deiectus dicitur Apollod. II, 5. 4. cf. Virg. A. VII, 674. Mox Chironem Silius canentem prodit de Chao, terra, Olympo et seculo Saturni, ad exemplum quidem Orphei, qui eadem cecinisse traditur in Argonaut. 417. et Apol-

Non ſurgente die, ac mundum ſine luce canebat.
Tum Deus ut liquidi diſciſſet ſtagna profundi,
Tellurisque globum media compage locaſſet:
Vt celſum Superis habitare dediſſet Olympum,
Caſtaque Saturni monſtrabat ſecula patris.
Sed, quos pulſabat Rhipaeum ad Strymona, nervi,
Auditus Superis, auditus manibus Orpheus,
Emerito fulgent clara inter ſidera coelo.
Hunc etiam mater, tota comitante ſororum
Aonidum turba, mater mirata canentem.
Non illo Pangaea iuga aut Mavortius Haemus,
Non illo modulante ſonos ſtetit ultima Thrace:
Cum ſilvis venere ferae, cum montibus amnes.
Immemor et dulcis nidi, poſitoque volatu
Non mota volucris captiva pependit in aethra.

 Quin

458. *diſciſſet* ex Colon. *diſcuſſet* Cod. Put. et ed. Parm. Rom. 1. Med. *diſcuſſit* vulg. 462. *nervis* Colon. *verbis* Put. Lectionem noſtram *nervi* praeter Oxon. etiam Tell. habebat. 464. pro *coelo* alii *plectro*, ſed illud ex ſcriptis et Rom. 2. *ſeclo* Parm. Rom. 1. Med. 468. *moderante* Put.

Apollon. I, 496. Colores orationis paſſim obvii apud poetas, inprimis Ovidium Met. I, init. Faſt. I, 106. — 456. *caecam ſine ſid.* obſcuram ſine luce. At quam varie et luxurianter! Mox *non ſurgente die*, et iterum *ſine luce.* — 461. *caſta ſecula* ſunt tempora felicia ſub rege Saturno, quibus homines pietate, integritate, atque innocentia excellebant. v. Virg. Ecl. 4.

462. ſeqq. Omnium praeſtantiſſima fuit lyra Orphei, quia potentiſſima eius vis fuit. Haec ſententia per varias partes diducitur, in quibus Silius veteres de Orpheo fabulas paſſim in poetis praeſertim Argonauticis ſparſas ſecutus eſt. cf. Orph. Argon. l. c. Virg. Ge. IV, 520. ſq. Horat. Od. 12. lib. I. Iam ſingula videamus. *Strymon* fluv. *Rhipaeus* Thracicus, a Rhipaeis montibus Thraciae conterminis. — 465. *mater* Calliope. cf. Virg. Ecl. IV, 57. — *turba Aonidum*, Muſarum, quia Aones antiqui habitatores Boeotiae erant, ubi Muſarum ſedes in Helicone. — *Pangaea iuga* et *Haemus* montes Thraciae, et hic quidem *Mavortius*, quia Thracia Marti ſacra habebatur, unde *Mavortia tellus* poetis dicta eſt.

non

Quin etiam Pagaſaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negarent,
Ad puppim ſacrae, cithara eliciente, carinae
Adductum cantu vidit mare. Pallida regna
Biſtonius vates flammiſque Acheronta ſonantem
Placavit plectro, et fixit revolubile ſaxum.
O dirae Ciconum matres, Geticique furores,
Et damnata Deis Rhodope! tulit ora revulſa
In pontum, ripis utrinque ſequentibus, Hebrus.
Tum

473. Pro *terrigenis* in ſcriptis et edit. priſcis erat *terrenae.* Heinſ. coniiciebat *cognitum iter terris*, vel *cognita terrenis.* In Rom. 1. et Med. *Tyrrhenae.* Drakenborch. coni. *Pegaſaea ratis cum — pontumque intrare negaret.* Sic et Burmann. et mox *vidit* pro *venit*, quem ſecutus eſt Lefeb. In Rom. 2. *vetat.* 480. *utrâque* ex ſcriptis Heinſ. et Lef. ſcil. parte.

non ſtetit, commota eſt cantus dulcedine. De his vid. Horat. l. l. — 471. *volucris capt. p.* arguta ſententia, aves captae ſonis lyrae ex aura veluti fixae aures praebuerunt. 472. *Pagaſaea ratis*, Argo, a Pagaſa oppido Theſſaliae, iuxta quod illa navis aedificata fuit. v. Plin. IV, 8. Propert. El. I, 20. 17. Ovid. Met. VII, 1. ſeq. et Lucan. VII, 401. qui locus noſtro ſimillimus eſt. — *Terrigenas* nunc de hominibus contra morem dixit, cum ſupra aliquoties de gigantibus, monſtris ſerpentum etc. dixiſſet. vid. lib. VI, 252. et IX, 305. — 475. *adductum v. mare.* Ita Stat. Theb. V, 342. *Phoebi vox media de puppe venit, maria ipſa carinae accedunt.* Paullo aliter in Orphei Argon. 231. narratur navis, cum nimio pondere depreſſa arenae inhaeſiſſet, ut in pontum deduci non potuiſſet, ad cantum Orphei ſponte in mare deſiluiſſe.

475. 76. Tangitur Orphei deſcenſus ad inferos, ubi cantu lyrae umbras et cum iis Eurydicen ſuam, quam quaerebat, excivit. Eum deſcenſum multi poetae vario ornatu extulerunt. vid. Cerda ad Virg. Ge. IV, 510. et ipſe Virg. v. 467. ſeq Ovid. Met. X, init. — Admiratio cantus poetica ratione deſignatur, *placavit Acheronta*, et *fixit revol. ſaxum*, ſcil. Siſyphi, ut de Ixionis rota Virg. l. l. 484. *Ixionii rota conſtitit orbis.* cf. Ovid. l. c. 41. ſeq.

478-83. Nota fabula de Orpheo inter ſacra Bacchi a Ciconum feminis diſcerpto. Hinc *diras matres*, et *furores* Geti-

Tum quoque, cum rapidi caput a cervice recisum
Portarent fluctus, subito emicuere per undas
Ad murmur cete toto exsultantia ponto.
Sic tum Pierius bellis durata virorum
Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.
Interea placida attulerant iam flamina terris
Magonem Libycis. Lauro redimita subibat
Optatos puppis portus, pelagoque micabant
Captiva arma procul celsa fulgentia prora.
At, patulo surgens iam dudum ex aequore, late
Nauticus implebat resonantia litora clamor,

 Et,

486. *appulerant* coni. Heins. et *placita*.

Geticos poeta appellat. cf. Virgil. l. c. 520. seq. ubi singula perfectiore ornatu dicta reperient, qui comparare velint: et Ovid. Met. lib. XI, 1-50. ibique interpr. inprimis Gierig. nott. — Vers. 481. sqq. itidem ex Virgilio adumbrati. Sed illud debetur ingenio Siliano, quod additur *exsultantia ad murmur cete exsiluisse*, quasi vel murmur ex capite Orphei per aquam devoluto ita iucundum fuisset, ut cete ad audiendum invitasset. Habes exemplum insanae subtilitatis, (ut Heynius vocat ad Virg. Georg. l. c. 493) ad quam res nimia aemulatione vel ornandi cupidine evehi possunt. Alium lusum ingenii vid. apud Ovid. Met. XI, 11.

484. *Teutbras Pierius*, epitheton in laudem tibicinis dictum, cum ad Musas et Apollinem pertineat a Pierio monte Boeotiae Musis sacro. Huc etiam redit *Castalium carmen*, quasi dicat Apollineum, a Castalio fonte ad Parnassi radices. *frangebat*, cum delectu, pro molliebat, cum *pectora durata* paulo ante dixisset.

486. seqq. Finito episodio continuatur narratio de Magonis Carthaginem profectione, versu 374. inchoata. Expressus est Livius XXIII, 12. inde ab illis verbis: *Dum haec Romae atque in Italia geruntur, nuncius victoriae ad Cannas Carthaginem venerat Mago* etc. Sed haec omnia Silius vario ornatu et poeticis coloribus, ubicunque fieri poterat, distinxit. — *Lauro redim. puppis*, in signum victoriae, solenni more. Exemplum est apud Vitruv. II, 8. — 491. *nauticus clamor*, celeusma remigum, laetaeque adcla-

Et, ſimul adductis percuſſa ad pectora tonſis,
Centeno fractus ſpumabat verbere pontus.
Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus
Procurrit fluctus, elataque turba favore
Certatim ingenti celebrant nova gaudia plauſu.
Aequatur rector Divis. Illum undique matres,
Illum turba minor moniti gaudere nepotes,
Et ſenior manus, et iuxta populuſque, Patreſque,
Mactatis Superûm dignantur honore iuvencis.
Sic patriam Mago et portas ingreſſus ovantes
Fraternae laudis fama. Ruit inde Senatus,
Et multo Patrum ſtipatur curia coetu.
Tum, Divos veneratus avûm de more vetuſto,
Martem, ait, egregium et fractas, quîs Itala tellus
Nitebatur, opes, pars ipſe haud parva laborum,
Nuntio. Pugnatum Superis in vota ſecundis.
Eſt locus, Aetoli ſignat quem gloria regis,

Poſ-

496. *celebrat* Col. et Oxon. 498. *gaudere* ex ſcriptis et ed. princ. *laudare* in ed. Baſ. primum vulgatum, quod Danſq. et Cellar. expreſſerunt. 505. pro *ait* Colon. *agit* vitioſe, et ita Danq.

adclamationes. Nota res e Virgil. A. III, 128. V, 338. ubi *plauſus fremituſque ſecundus* dicitur. Mox *adductae ad pectora tonſae* notant remos ſumma contentione agitatos, ut ocius navis ad litus adpelleret. Id *conſurgere tonſis, incumbere remis* Virgilius dixit Aen. X, 294. et 299. Huc et pertinet imago *ſpumantis ponti centeno v.* e Virgilio expreſſa Aen X, 207. *It gravis Aulestes, centenaque arbore fluctus Verberat adſurgens: ſpumant vada marmore verſo.* — 494-96. Vulgus ex urbe laetabundum obviam procurrit. *Rapere gaudia* dicuntur, qui certatim et veluti feſtinantes laetitiam prae ſe ferunt: frequentiſſima metaphora.

505. ſeqq. Mago loquitur. *Martem egreg.* h. e. victoriam, res feliciter geſtas, *nuntio, pars ipſe — laborum,* qui ipſe praelio interfui, ſocius pugnae et victoriae extiti. Similis eſt locus Virg. A. II, 5. *quaeque ipſe miſerrima vidi, et quorum pars magna fui,* quamvis in re diſſimili.

508-13. Campi Cannenſis et Aufidi fluvii geographica deſcri-

Poſſeſſus quondam priſca inter ſecula Dauno:
Humentes rapido circumdat gurgite campos
Aufidus, et ſtagnis intercipit arva refuſis;
Mox fluctus ferit Hadriacos, magnoque fragore
Cedentem impellit retrorſus in aequora pontum.
Hic Varro et magnum Latia inter nomina Paullus
Nomen, quís rerum ducibus permiſſa poteſtas,
Vix dum depulſa nigrae caligine noctis,
Invadunt campum, et late fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem ſurgentis Eoï.
Nos contra (nam germanum furor acer agebat
Optatae pugnae) caſtris cita ſigna movemus.
Intremit et tellus, et pulſus mugit Olympus.
Hic fluvium et campos abſcondit caede virorum
Ductor, quo nunquam maiorem ad bella tulerunt
Rectorem terrae. Vidi, cum turbine ſaevo
Auſonia et ſonitu bellantis fuſa per agros
Vni terga daret. Vidi, cum Varro citato
Auferretur equo, proiectis degener armis.

 Quin

510. *Viventes* Oxon. 513. *retrorſum* vulg. 514. *magnum: Latio* e Cod. Tell. Leſeb. 518. *pulſuſque immugit* e Cod. Tell. Leſeb. 522. *caede* e ſcript. et ed. priſcis. *ſtrage* vulg. Illae etiam vitioſe *accendit* pro *abſcondit*. 525. *tonitru bellantis* vel *bellanti* coni. Heinſ.

deſcriptio. Aetolos, Diomedeos, Iapygios campos, Daunia regna, ſupra appellaverat. v. lib. IX, 495. et 499. VIII, 243. — 510. 11. Aufidus eam regionem irrigat. Hoc poetica ratione dicit, *circumdare, intercipere arva*. 512. 13. Aufidus in mare Adriaticum influit. At ornatum poeticum expende, apte ad naturam rei factum. De ſinuoſo Aufidi fluxu v. ſup. lib. IX, 227. — 518. *accendunt lucem Eoi*, quatenus arma ex aurora reſplendent, eiuſque lucem veluti duplicant. Arguta ſententia!

521. Agminum conflictus, non ſine clamore, ut mos erat, et atrox praelium adumbratur poetica imagine. Praeivit in ſimilibus Virgil. ut Aen. IX, 504. *Sequitur clamor, coelumque remugit.* — 522. *abſcondit caede*, exquiſite pro obruit, implet cadaveribus caeſorum. Similes formulas

Quin et magnanimum, perfoſſo corpore telis,
Strage ſuper ſociûm vidi te, Paulle, cadentem.
Aegates ille et ſervilia foedera larga
Vltus caede dies: non plus optaſſe liberet,
Quam tum conceſſit dexter Deus. Altera iam lux
Si talis redeat, populis ſis omnibus una
Tum, Carthago, caput, terraſque colare per omnes.
Teſtes hi ſtragis, quos, ſignum illuſtre, ſuperbis
Mos laeva geſtare viris. Tum funditur ante
Ora admirantum praefulgens annulus auro,
Datque fidem verbis haud parvo inſignis acervo.
Hinc iterum repetens: Reſtat nunc ſedibus imis
Vertenda atque aequanda ſolo iam ſubruta Roma.
Annitamur, ait, vires refovere tot hauſtas
Caſibus, ut pateant non parca aeraria dextris,
Quas emimus bello. Deſit iam belua, triſtis
Auſoniis terror: nec non alimenta fatigant.

Atque

533. Verſum viri docti ex membranis Colon. emendarunt pro vulg. *Si redeat, populis certe ſis* etc. 537. *perfulgens* ed. Parm. 539. *reſtetne* Put. 541. *refovete* vulg. *refovere* emendavit Heinſ. ex ed. Parm. 542. *et pateant* vulg. et ſic Lefeb. *ut pateant* e Colon. Mox *bello* Oxon. Rom. 2. Lefeb. 543. pro *triſtis* Heinſ. coni. *caſtris*. Burmannus *criſtis*. 544. *fatiſcunt* Burm. coni.

mulas pete ex lib. IV, 623. VI, 706. Proprie dixit idem inf. verſ. 555. — Ad verſ. 526. 27. cf. lib. IX, 645. ſq. *degener* ſcil. a virtute Romana, ut lib. X, 68. *degener altae virtutis patrum.* — Ad verſ. 528. ſeq. cf. lib. X, 235. et 304. 305. — Ad v. 500. cf. lib. I, 61. *ſervilia*, turpia, ex ſententia Carthaginienſium. 532. *altera lux talis*, altera victoria huic Cannenſi ſimilis. 535. In teſtimonium cladis aureos annulos Romanis detractos effundit. At quantum verborum impendium fecit! v. Liv. XXIII, 12. init. et ſup. lib. VIII, 677. ubi eandem annulorum circumſcriptionem notavimus.

539. *ſedibus imis vert.* penitus evertenda. Mox *Roma ſubruta* eſt, labefactata, affecta, et fracta cladibus. 542. *ut pateant — dextris*, ut aeraria noſtra militibus ad bellum continuandum emendis ſufficiant. Moleſtum in his verborum ornatum agnoſco.

543.

Atque ea dum memorat, torvo converſus in ora
Hannonis vultu, quem gliſcens gloria pravum
Ductoris ſtudio iam dudum agitabat acerbo:
Iamne tibi dextras inceptaque noſtra probamus?
Iam fas Dardanio me non ſervire colono?
Anne iterum Hannibalem dedi placet? Atra veneno
Invidiae nigroque undantia pectora felle,
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis,
Infelix, muta. Dextra en, en dextera, quam tu
Aeneadis lacerare dabas, et litora, et amnes,
Et ſtagna, et latos implevit ſanguine campos.
Haec Mago, atque animos favor haud obſcurus alebat.
Cui, ſimul invidia atque ira ſtimulantibus, Hanno:
Talia veſani iuvenis convicia miror
Haud equidem: tumet ingenio, fraternaque corda
Non tarde agnoſcas et virus futile linguae.

 Quin

547. *ductori* Colon. ut ſit, adverſus ductorem. Sic Lefeb. 548. *Iamne* ex Colon. Mod. pro vulg. *iamque*. 552. *exorata* Colon. vulg. *exornata*. 533. Sic Colon. Ox. Rom. 2. pro vulg. *Dextra haec, en*. 556. *alebat* Oxon. Put. Rom. 2. vulg. *habebat*.

543. *deſit belua*, deſunt nobis elephanti bello priſtino conſumti. *alimenta fatigant*, aegre comparantur, commeatus inopia laboramus.

545. ſeqq. Hannonem, qui iam dudum bellum cum Romanis diſſuaſerat, (v. lib. II, 277. ſeq.) Mago laetis ominibus et victoria fretus, cum acerba irriſione excitat, ut nunc ſententiam ſuam dicat. Apud Livium partes increpandi habet Himilco, vir factionis Barcinae. *Quid eſt Hanno*, inquit, *etiam nunc poenitet belli ſuſcepti adverſus Romanos?* — 550. *Anne iterum*. Nam olim iam in Sagunti excidio ita Hanno ſuaſerat, v. Liv. XXI, 10. — 551 53. Nunc tandem, cum tot victorias partas Hannibali eſſe videas, muta animi invidioſi et inimici de illo ſententiam. Felici acumine quodam formulam illam extulit poeta, *pectora* Hannonis *exorata titulis et tropaeis*, ſcil. Hannibalis. Quaſi enim haec exorari potuerint, quae ante dixerat *undantia*, h. e. abundantia, plena *nigro felle*. De Hannonis in Hannibalem odio cf. lib. II, 275.

557. ſeqq. Hanno acerba ira

Quin, ne mutatum vanis abſiſtere credat,
Nunc pacem orandum, nunc improba foedere rupto
Arma reponendum, et bellum exitiale cavendum
Auctor ego. Atque adeo voſmet perpendite, quaeſo,
Quid ferat: haud aliud nobis cenſere relictum eſt.
Tela, viros, aurum, claſſes, alimenta precatur,
Belligeramque feram. Victus non plura dediſſem.
Sanguine Dardanio Rutulos ſaturavimus agros,
Et iacet in campis Latium. Deponere curas
Tandem ergo, bone, da, victor, liceatque ſedere
In patria; liceat non exhaurire rapacis
Impenſis belli vacuatos ſaepe penates.
Nunc en, nunc, inquam, (falſa ut praeſagia noſtra
Sint, oro, menſque augurio ludatur inani)
Haud procul eſt funeſta dies. Atrocia novi
Corda, ac proſpicio natas e cladibus iras.

Vos

561. *Qui ne* vulg. et ſic Lefeb. cum Cellar. *Quin* ex Marſi Venet. Heinſ. Mox *credat* e Colon. pro *credas*. 562. *orandum* et *reponendum* ex Colon. pro vulg. *orandam*, et *reponenda*. 566. *claſſis alimenta* vulg. quod edidit Lef. ſed deinde probavit *claſſes*, quod erat in ſcriptis. 567. *victo* ed. Raphel. *victus* MS. Rom. 1. 2. Ben. alii. 570. Hunc verſum omittunt editt. Rom. 1. Med. Parm. ſed eſt in ſcriptis Rom. 2. Ben.

ira commotus Magoni reſpondet. 560. *virus f. l.* v. lib. II, 288. Et inf. 581. 82. *ſuperbum os*, et *ſpumanti turbine perflantem aures* dicit. — 565. *quid ferat*, adferat, poſcat. 567. *victus n. pl. dediſſem*, ſi victi a Romanis eſſemus, non plura dare poſſemus, quam Mago a nobis poſcit victoribus. Expreſſit poeta Livium l. c. ubi Hanno acerbiore etiam affectu ita loquitur: *occidi, inquit Mago, exercitus hoſtium: mittite milites mihi. Quid aliud rogares, ſi eſſes victus? Hoſtium cepi bina caſtra, praedae videlicet plena et commeatuum: frumentum et pecuniam date. Quid aliud, ſi ſpoliatus et exutus caſtris eſſes, rogares?* — Immo vero, pergit Hanno verſſ. 568-72. ſi victi ſunt Romani, licebit nobis quieſcere, et belli finem facere; *rapacis*, ſumtuoſi. Igitur bello *vacuatos*, h. e. exhauſtos pecunia et opibus *penates*, cives et rempubl. Carthag. dicit.

575. ſeqq. Auguratur Hanno, Romanos viribus collectis atrociores poſt hanc cladem fore, et exitium Poenorum

Vos ego, vos metuo, Cannae. Submittite ſigna,
Atque adeo tentate, agedum, ac depoſcite pacem:
Non dabitur. Parat ille dolor (mihi credite) maius
Exitium accepto: citiuſque haec foedera victor,
Quam victus, dabit. Atque adeo, qui tanta ſuperbo
Facta ſonas ore, et ſpumanti turbine perflas
Ignorantum aures, dic, en, germanus in armis
Ille tuus par Gradivo, per ſecula tellus
Cui ſimilem nunquam ductorem in bella creavit,
Moenia Romulae cur nondum viderit urbis?
Scilicet e gremio matrum rapiamus in hoſtem
Nondum portandis habiles gravioribus armis?
Aeratas iuſſi texamus mille carinas,
Atque omnis Libyae quaeratur belua terris?
Vt longa imperia, atque armatos proroget annos
Hannibal, et regnum trahat uſque in tempora fati?
Vos vero, (neque enim occulto circumdamur aſtu)
Ne dulces ſpoliate domos; caſtriſque potentum
Atque opibus ſancite modum. Pax optima rerum,
Quas

589. *iuſſi* e ſcriptis et editis ante Marſum, qui primus *inſſu* dedit. 591. *armatus* vulg.

rum inſtare, ni pacem pepigerint. 583. Acerbe Hanno repetit, quae Mago de Hannibale praedicaverat ſupra v. 523. ſeq. Cur igitur, inquit, magnus ille tuus Hannibal et victor nondum Romam perrexit? In ſequentibus Hanno ita effert Magonis poſtulata, ut peſſimam ſpeciem accipiant, et Hannibalis ſuperbiam et tyrannidem maxime arguant. Cum ironia elatum illud *ſcilicet* v. 587. *e gremio matrum*, ergo pueros, infantes in bellum mittamus, cum provectioris aetatis milites bello conſumti ſint. Mox *armatos annos proroget* pro vulg. bellum diu producat. Audax metaphora, cui ſimilis eſt verſu 408. *imbellis dies*, quo non pugnatur, et lib. XII, 104. *inertes atque actos ſine Marte dies.*

593. ſqq. Iam Hanno ſe ad Carthaginienſes convertit, quibus pacem perſuadeat. Singula invidioſe atque acerbe in Hannibalem et Magonem dicta ſunt. *Sancite*, ſtatuite, *modum*, finem imponite potentiae

Quas homini novisse datum est: pax una triumphis
Innumeris potior: pax, custodire salutem
Et cives aequare potens, revocetur in arces
Tandem Sidonias; et fama fugetur ab urbe
Perfidiae, Phoenissa, tua. Si tanta libido
Armorum tenet, atque enses non reddere perstat
Poscenti patriae; nil suppeditare furori
Hortor, et haec fratri Magonem dicta referre.
Plura annectentem (neque enim satiaverat iras
Dicendo) clamor turbat diversa volentum:
Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est irae tibi, destituemus ad ipsas
Victorem metas? nec opum adiumenta feremus?
Invidia unius sceptra ut iam parta retardet?
Inde alacres tribuunt, quae belli posceret usus:
Absentique suum iactant sub teste favorem.
Mox eadem terris placitum traducere Hiberis,
Dum malus obtrectat facta immortalia livor,
Nec sinit adiutas ductoris crescere laudes.

600. *tuae* Colon. ed. Parm. Rom. 1. Med. Heinsius servavit vulg. *tua*, ad sensum aptius. 606. *baud ullis* Cod. Tell. 607. pro *irae* Heins. coni. *curae* vel *oneri*. Drakenborch. coni. *sic — irae tibi?* 611. *sub corde* Put. 614. pro *adiutas*, quod est in omnibus antiquis, Heins. coni. *attritas*, vel etiam *ad instas*, non improbante Drakenb.

tiae illorum: nolite eos militibus et opibus instruere. — 600-603. Si Hannibal a bello non vult abstinere, vos certe eum nulla re adiuvate. 605. *turbat* interpellit eum *clamor d. v.* vox contradicentium, quae a vers. 606. incipit: si tibi, Hanno, Hannibal *irae est*, si tibi illius gloria et virtus bilem movet, num idcirco eum deseramus in medio ad victoriam cursu? In formula *irae est*, videtur Maronem secutus poeta Aen. X, 714.

611. *sub teste*, coram Magone, qui testificetur Hannibali, quantopere eum adversus Hannonem defenderint, quod *iactare favorem* dicit. cf. Liv. l. c. 13. — Mox *adiutas laudes* pro consensu plurimorum firmatas.

C. SILII



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER XII.

ARGVMENTVM.

Proximo vere Hannibal e Capua prorumpit, metusque circumiacentibus civitatibus iniectus est. Portus recipiendi causa Neapolim petit. Sed inde exclusus Cumas recessit. Ibi Semp. Gracchus arcebat; itaque Puteolos petere statuit. Sed et ab hac urbe pelagus et munimenta excludunt. Hinc ad Nolam agmina traducit. Eam urbem Marcellus defendebat. Itaque pugna orta Poeni fugati sunt. Marcellus Hannibalem provocat ad pugnam singularem. Sed Iuno hunc avertit. Hannibal suos graviter increpans inertiae accusat. Inseritur narratio de Pediano quodam, qui Cinypem spolia Paulli gestantem persequens telo immisso ex equo deturbat, et interficit. Marcellus obviam huic veniens, adhortatusque ut in Hannibalem impetum convertat, hasta in hunc emissa Gestarem pro Hannibale ferit, qui fugam in castra capessit. Sed Romani insecuti Poenorum magnam stragem fecerunt. Hinc Nolam Romani cum praeda se recipiunt. Romae recreati laeto victoriae nuntio cives omnibus viribus ad bellum se comparant. Fausta etiam a Delphis responsa feruntur: bono animo sint, ne timeant Poenos, Iovi sacra faciant. — Interea Ml. Torquatus in Sardinia contra Hampsagoram agmina eduxit. Eius insulae situs, bona, fabulaeque ad eam pertinentes recensentur. Eâ occasione Ennii laudes et merita poeta praedicat. — Hannibal deinde Acerras, Nuceriam, Casilinum petit, et Petiliam expugnat. Hinc Tarentum obsidet. Inde Capuam a Romanis obsessam tendit. Vbi cum adversa fortuna pugnaret, nec socios obsidione liberare posset, statuit Romam petere. Quo cum venisset, Romanosque ad pugnam

gnam

gnam ſollicitaſſet, tempeſtas orta ita acies bis diremit, ut Hannibal, inprimis a Iunone admonitus, urbis obſidione relicta, re infecta abſcederet.

IAM terra glaciale caput, fecundaque nimbis
Tempora, et auſtrifero nebuloſam vertice frontem
Immitis condebat hiems, blandiſque ſalubre
Ver Zephyris tepido mulcebat rura ſereno.
Prorumpit Capua Poenus, vicinaque late
Praemiſſo terrore quatit. Ceu condita bruma
Dum Rhipaea rigent Aquilonis flamina, tandem
Evolvit ſerpens arcano membra cubili,

Et

2. *aſtrifero* Rom. 1.

1-5. Hieme tranſacto Hannibal ex Capua copias eduxit. In his Livium expreſſit poeta inde a cap. 19. libri 23. Sed quas in ſequentibus commemorat Hannibalis expeditiones, eas iam antea a cap. 14. narraverat Hiſtoricus. Omnino poeta in hoc libro maxime aberravit ab ordine hiſtorico, quem Livius tenuit, et delectum potius fecit rerum ab Hannibale geſtarum, prouti quaeque ornatui epico apta videbatur. Valet itaque, quod de omni carmine Siliano dici poteſt, leges et veritatem hiſtoricam Silium minus in hoc libro, quam poeticam quandam ἐπίδειξιν curaſſe. Deinde ea tantum extulit, quae intra Italiae terminos geſta eſſent, uſque ad irritum Romae occupandae conſilium. Orditur ſplendida hiemis miteſcentis deſcriptione, cuius colores paſſim poetis frequentati et variati ſunt. Ita Virg. Georg. IV, 51. *pulſam hiemem ſol aureus egit ſub terras.* Silio ſponte *hiems terra condit caput.* Sed argutius et luxuriantius, ut ſolet, noſter tribus imaginibus unam hiemem adumbravit. Satis erat *glaciale caput* tribuere. At vero etiam *tempora* et *verticem* ornavit.

6-10. Comparatio apta huic loco, et expreſſa e Virg. Aen. II, 471. cui praeiverat Hom. Il. χ, 93-95. cf. Stat. IV. Theb. 95. ſq. — *bruma* per hiemem, quae verſ. 7. deſcribitur. — *arcano cub.* quatenus ibi latuit, ſub terra con-

Et ſplendente die novus emicat, atque coruſcum
Fert caput, et ſaniem ſublatis faucibus efflat.
At Libyci ducis ut fulſerunt ſigna per agros,
Deſolata metu cuncta, et, ſuadente pavore,
Vallo ſe clauſere ſimul, trepidique ſalutis
Exſpectant ipſis metuentes moenibus hoſtem.
Sed non ille vigor, qui ruptis Alpibus arma
Intulerat, dederatque vias, Trebiaque potitus
Maeonios Italo ſceleravit ſanguine fluctus,
Tunc inerat. Molli luxu madefacta meroque,
Illecebris ſomni torpentia membra fluebant:
Quîs gelidas ſuetum noctes thorace gravatis
Sub Iove non aequo trahere, et tentoria ſaepe
Spernere, ubi hiberna ruerent cum grandine nimbi,
Ac ne nocte quidem clypeive enſeſve repoſti,
Non pharetrae aut iacula, et pro membris arma fuere;
Tunc grave caſſis onus, maioraque pondera viſa
Parmarum, ac nullis fuſae ſtridoribus haſtae.

Prima

9. *ſpondente* ex Col. Tel. Rom. 2. Lefeb. edidit. 16. *impulerat* coni. Heinſ. 24. pro *fuere* Heinſ. coni. *fovere*. Sed v. nott.

conditus. 10. *ſublatis fauc.* erecto collo. Centies hoc dixere poetae. cf. Virg. Ge. III, 426. Aen. II, 474. V, 277.

15-26. Locus ex his Livianis adumbratus lib. XXIII, 18. *velut ſi cum alio exercitu a Capua exiret, nihil uſquam priſtinae diſciplinae tenuit.* Sed conferantur reliqua. Iſtam militum ex luxu Campano mutationem et emollitionem poeta per partes ſingulatim effert. De *Maeoniis fl.* h. e. Thraſymeno v. ſup. lib. IV, 720. In illis: *madefacta fl.* ſummam nervorum viriumque ex vino et luxu remiſſionem cogita, et eſt illud non ſine delectu dictum, quia *merum* et *fluere* dixerat. Etiam Livius *fluere Campanos luxu* dixit lib. VII, 29. Audacius etiam Lucret. III, 477. *tardeſcit lingua, madet mens.* Proprie tamen ad ebrietatem hoc pertinet. *Illecebras ſomni* verecunde pro Venere. 21. *Iove non aequo*, ſub dio, hieme et coeli gravi tempeſtate, ut verſ. ſeq. cf. Liv. l. l. 24. *pro membris arma fuere.* Senſum pete ex Ciceron. Quaeſt. Tuſc. II, 15.

Prima instaurantem sensit certamina mitis
Parthenope, non dives opum, non spreta vigoris:
Sed portus traxere ducem, secura volentem
Aequora, quae peteret veniens Carthagine puppis.
Nunc molles urbi ritus, atque hospita Musis
Otia, et exemtum curis gravioribus aevum.
Sirenum dedit una suum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloïas: aequore cuius
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris caneret non prospera nautis.
Haec pone aggressus (nam frontem clauserat aequor)
Moenia, non ullas valuit perfringere Poenus

Tota

28. *non spreta* displicebant viris doctis. Heinsius coni. *tum spreta*. Marcilius ad Horat. Epod. 5. *non aspra*, pro aspera. Burmannus *non laeta*, vel *non feta*. 30. *quos peteret* coni. Heins. ut ad *portus* referretur. 31. *nunc* ex Colon. et Oxon. quibus accessit auctoritas Cod. Tel. Lefeb. pro vulg. *nam*. 38. *non ulla valuit perfringere Poenus tutas mole vias*, vel *non ullas tuta mole vias* coni. Heins.

15. de militibus Romanis: *scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus: arma enim membra militis esse dicunt.*

27. seqq. Primum Neapolim petiit Hannibal. cf. Liv. I. l. 14. et 15. *Sub adventum Praetoris Romani Poenus agro Nolano excessit, et ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus maritimi oppidi potiundi, quo cursus navibus tutus ex Africa esset.* Haec poeta usque ad vers. 30. expressit. De *Parthenope* iam vidimus ad lib. VIII, 536. — *non div. opum, non spreta vig.* h. e. non propter divitias, nec quod incolarum virtutem sperneret, Neapolim tentavit, sed portus gratia. 31. 32. Pacatam Neapolitanorum vitam (*molles ritus*) Musis et otio addictam canit, passim aliis poetis laudatam. Hinc *otiosa Neapolis* Horat. Ep. V, 43. *in otia nata Parthenope* Ovid. Met. XV, 711. Adde Virgil. Ge IV. ult. — 33. De *Sirenibus* cantu inprimis nautas fallentibus nota fabula ex Hom. Od. μ, 39 sqq. 173. sq. Apollon. IV, 891 sq. Orph. Arg. 1268. Sirenum petrae erant prope Capreas et Surrentum promontorium naufragiis celebre. *Achelojas*. Acheloi fluv. et Calliopes filia, ut caeterae sorores. Unde *Acheloides* dictae poe-

Tota mole vias, fruſtraque inglorius auſi
Pulſavit quatiens obſtructas ariete portas.
 Stabat Cannarum Graia ad munimina victor
Nequidquam, et cautae mentis conſulta probabat
Eventu, qui poſt Dauni ſtagnantia regna
Sanguine Tarpeias ire abſtinuiſſet ad arces.
En, qui nos ſegnes, et neſcire addere curſum
Fatis iactaſtis, quod vobis ſcandere nuper
Non acie ex ipſa conceſſum moenia Romae;
Intrate, atque epulas promiſſas ſede Tonantis
His, quae Graia manus defendit, reddite tectis.
Talia iactabat, famaeque pudore futurae,
Irritus incepta primus ſi abſiſteret urbe,
Audebat cuncta, atque acuebat fraudibus enſes.
Sed ſubitae muris flammae, totoque fluebant
Agge-

51. *primis* Colon. et Oxon. *irritus incoepti prima* coni. Heinſ. et ſic ed. Lefeb. 53. *pluebant* ex coni. Heinſ. ed. Lefeb.

poetis Claud. Rapt. P. III, 254. Ovid. Met. XIV, 88.

39. *inglorius auſi* Hannibal dicitur, quatenus irrito Neapolis occupandae conſilio gloria victoris carere debebat. 41. *Graia ad munimina*, ut urbis Graecae. vid. ſup. ad lib. VIII, 536. at cum contemtu dicta, ut inf. verſ. 49. *tecta, quae Graia manus defendit* et 69. *Graias urbes*. Illud autem auget etiam indignitatem rei, quod *Cannarum victor* tale oppidulum vincere non valuit. 42. *Cautae — eventu.* Nempe Hannibal, quod poſt victoriam Cannenſem non ſtatim Romam perrexiſſet, ita excuſabat, ut ad finem et eventum milites ablegaret, et prudenter a ſe factum eſſe diceret. Ergo a verſu 45. milites alloquitur. *Addere curſum fatis* dicitur, qui forti animo periculis contra it, non cedit fortunae. Contrarium eſt *fata tenere*, ut ſup. lib. IV, 732. De *epulis promiſſis* (v. 48.) cf. lib. X, 376.

51. *irritus — urbe.* Moleſta, meo ſenſu, et dura verborum collocatio. Metuebat Hannibal, ne, ſi primum urbis occupandae coeptum irritum eſſet, de fama ſua detraheretur. Ergo *cuncta audebat*, et *ac. fraud. enſes*, ſtratagemate uſus eſt. Nam ſcalis admotis clam noctu in urbem tranſilire tentavit.

53-59. Neapolitani flammis

Aggeris anfractu tela improvisa per auras.
Haud secus, occuluit saxi quos vertice fetus
Ales fulva Iovis, tacito si ad culmina nisu
Evasit serpens, terretque propinquus hiatu;
Illa, hostem rostro atque assuetis fulmina ferre
Vnguibus incessens, nidi circumvolat orbem.
Tandem ad vicinos Cumarum vertere portus
Defessus subigit, varioque lacessere motu
Fortunam, et famae turbando obstare sinistrae.
Sed custos urbi Gracchus, tutela vel ipsis
Certior, arcebat, muris, iterumque sedere,
Por-

55. pro *quos* Heins. coni. *quae*. Dausq. *quum*. 61. *Defessum subiit* Lefeb. ultimum ex Colon. Sed nec vulgata lectio, quam Drakenborch. servavit, sine sensu est, ut iste temere opinabatur. v. nott. quamvis Drakenb. si quid mutandum esset, scribendum putabat *defesso subiit*, h. e. succurrit, in mentem venit, ut iam Heinsius coniecerat.

mis et telis muros defenderunt; instar aquilae serpentem a nido coercentis. Comparationem satis aptam indicamus, aliis multis usurpatam. Sed illud vanum et tumidum videtur, quod *ungues* dicit *fulmina ferre assuetas*, quasi nunc de illo phantasmate poetico, nec potius de vera aquila sermo esset. Neque excusat poetam, quod antea *alitem Iovis* dixerat. Nam ea est poetica aquilae descriptio, Virgilio aliisque adhibita, ut Aen. XII, 247. Etiam *rostrum* male habuit interpretes, quod Aelianus H A. II, 40. aquilam narret rostro non uti. Sed talia in poeta non sunt urgenda, ne dicam Aelianum in his et similibus fabulas saepe pro naturae veritate vendere.

60. seqq. Hannibal, quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem maritimam urbem habere cupiit. Haec sunt verba Livii XXIII, 36. quae Silius in carmine secutus est. Quodsi ordinem rerum gestarum a Livio cap. 15. observatum quaeras, intelliges hunc a poeta plane praetermissum, et varia omissa, quae inter expeditionem Neapolitanam et Cumanam gesta sunt. Sed in hac Cumarum obsidione plura erant, quae ornatum poeticum episodiorumque ambages admittebant; ergo huius praecipue mentionem fecit. — *subigit*, cogit, imperat militibus ad Cumas se

Portus atque aditus iterum ſperare vetabat.
Luſtrat inops animi, rimaturque omnia circum
Alite vectus equo, rurſuſque hortatibus inſit
Laudum agitare ſuos: Pro Dî, quis terminus, inquit,
Ante urbes ſtandi Graias, oblite tuorum
Factorum miles? quis erit modus? Alpibus aſtat
Nimirum maior moles, et ſcandere coelum
Pulſantes iubeo ſcopulos: quanquam altera detur
Si ſimilis tellus, aliaeque repente ſub aſtra
Exſurgant rupes, non ibis, et arduus arma
Me ducente feres? Tene, heu! Cumanus hiantem
Agger adhuc muruſque tenet? Gracchumque, moveri
Non auſum portis, parvo in diſcrimine cerno?
An vobis gentes, quaecunque labore paraſtis,

65. *portus* ex Colon. pro vulg. *portis*. Heinſ. coni. *iterumque ſedere ad portas aditusque* etc. Burmann. *iterumque tenere Portus*. 68. *qui terminus* Oxon. 75. *tene heu* ex Colon. Modius et Heinſ. emendarunt. Vulgatam lectionem *tenet heu*, quam in omnibus aliis libris ſe reperiſſe ait, expreſſit Lefeb. 77. *nunc auſum* Lef. *non auſum* hiſtoriae contrarium eſſe dixit, at non probavit. 78. *a vobis* vulg.

ſe *vertere*. Mox *laceſſere* exquiſite pro experiri, *turbando* h. e. vario impetu et motu, quo hoſtes conturbaret, ut ſi uno in loco male res ceſſiſſet, in altero tamen forte felicior eſſet. 63. Gracchi eximiam virtutem praedicat, cum *tutelam muris certiorem* vocat. — *iterum*, nempe poſt Neapolim, *ſedere* ſedendo et nihil agendo tempus fruſtra conſumere Hannibalem iubebat. Nam voc. *vetabat* ſequenti tantum ſententiae aptum eſt, cuius rationis multa exempla ſunt apud veteres, ut Phaedri Fab. IV, 17. 31. *non veto dimitti*, *verum cruciari fame*. De voc. *ſedere* v. ad lib. VIII, 235. Eodem ſenſu mox verſ. 69. *ſtare* milites dicit Hannibal, veluti otioſos et nihil efficientes armis. cf. verſ. 105.

70. *Alpibus adſtat m. m.* cum ironia militibus dictum, qui maioribus periculis ſuperatis ad minora pavebant. 75. *Tene — tenet?* Num vos luxu Campano et languore *hiantes* et confectos Cumanus murus terret, et a pugnando retinet? cf. lib. XI, 35. — 77. *parvo in diſcrimine*, tutum. In hac et ſequenti ſententia verborum delectum et gravitatem poe-

Casu gesta putent? Per, vos, Tyrrhena faventum
Stagna Deûm, per ego et Trebiam, cineresque Sagunti
Obtestor, dignos iam vosmet reddite vestra,
Quam trahitis, fama, et revocate in pectora Cannas.
Sic ductor fessas luxu attritasque secundis
Erigere, et verbis tentabat sistere mentes.
Atque hic perlustrans aditus, fulgentia cernit
Arcis templa iugo, quorum tum Virrius, altae
Immitis ductor Capuae, primordia pandit.
Non est hoc, inquit, nostri, quod suspicis, aevi:
Maiores fecere manus. Cum bella timeret
Dictaei regis, sic fama est, linquere terras
Daedalus invenit, nec toto signa sequenti
Orbe dare, aetherias aliena tollere in auras
Ausus se penna, atque homini monstrare volatus.
Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Ena-

79. *Casu ut gesta* coni. Heinf. 82. *pectora* ex antiquis libris, pro vulg. *pectore*. 84. *arrigere* Lef. ed. 85. *Atque hinc*, nempe postquam Hannibal militum animos adhortando erexerat, coni. Heinf. et expressit Lefeb. 87. *infidus ductor* coni. Burm. *immeritus* Heinf. 89. Sic Colon. et caeteri scripti editique. Aliis *cum regna teneret*.

poeticam desidero. *Gentes*, nationes exterae, quae de hac vestra ignavia audient. *casu gesta*, fortuna, non labore et virtute. 82 *quam trahitis*, quam huc usque comparastis, tuemini. 84. *sistere*, ut antea *erigere* exquisite de fessis et luxu languentibus, pro confirmare et ad virtutem pristinam acuere.

85 - 104. Sequitur episodium de templo Apollinis in monte Cumano a Daedalo exstructo. Locus expressus est e Virgil. Aen. VI, 14. seqq. at copiosiore ornatu, ut solet. Illud templum in urbe ipsa, an in montium iugo ad Cumas collocatum fuerit, disputavit Heyn. ad l. c. Virg. Exc. pag. 650. posteriorem sententiam probans cum Paolo in Puteol. Antiq. fol. 29. — 90. *Dictaei regis*, Minois Cretensis. Nempe cum vulgo ferretur Daedalus ex Creta profugus in Sicilia a Minoe oppressus, poeta secutus Virgilianam rationem, Daedalum ex Sicilia fuga evasisse prodidit. Virgil. l. l. vers. 14. *Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna*. cf. Diod. Sic. IV, 77. et inf. lib.

Enavit, Superoſque novus conterruit ales.
Natum etiam docuit falſae ſub imagine plumae
Attentare vias volucrum: lapſumque ſolutis
Pennarum remis, et non felicibus alis
Turbida plaudentem vidit freta. Dumque dolori
Indulget ſubito, motis ad pectora palmis,
Neſcius heu! planctu duxit moderante volatus.
Hic pro nubivago gratus pia templa meatu
Inſtituit Phoebo, atque audaces exuit alas.
  Virrius haec. Sed enim ductor numerabat inertes
Atque actos ſine Marte dies, ac ſtare pudebat.
Ingemit adverſis, reſpectanſque irrita tecta
Vrbe Dicarchaea parat exſatiare dolorem.
Hic quoque nunc pelagus, nunc muri ſaxea moles
Officit audenti, defenſantumque labores
Dumque tenet ſocios, dura atque obſepta viarum
Rumpere nitentes, lentus labor; ipſe propinqua
Stagnorum terraeque ſimul miracula luſtrat.

 Primo-

106. *irrita coepta* ex coni. Heinſ. ed. Leſ. Ille etiam coni. *invia tecta.*

lib. XIV, 40. Ovid. Met. VIII, 183. ſq.

95. *enavit*, ut Virgil. verſ. 16. *gelidos enavit ad arctos*, nota metaphora ob ſimilitudinem volatus et navigationis. Vnde mox *pennarum remos*, ut Virg. *remigium alarum.* E contrario *volare* de navibus paſſim dixerunt poetae, ut Eurip. de Argo Med. 1. et πτερα illis tribuit Homer. Od. λ, 124. cf. Catull Carm. IV, 5. — 96. *natum* Icarum, de quo nota fabula ex Diodor. l. c. et Ovid. Met. V, 98. — 97. *ſolutis* liquefactis ſole. — 99. *plaudentem* caſu ſuo percutientem, h. e. in mare delapſum. 101. *planctu duxit m. volatus*, h. e. volandi vires aluit, dum manibus ad pectus admotis, etiam alas movebat. Ergo *duxit* pro produxit, ulterius et celerius volabat, quo intentius palmas adverſus pectus movebat.

104. ſeqq. Hannibal relictis Cumis, Puteolos aggredi parat. *irrita tecta* Cumana, quae expugnari non poterant. *De urbe Dicarchaea* ſ. Puteolis vid. ſupr. lib. VIII, 535. De re Liv. XXIV, 12. 13.

Primores adſunt Capuae; docet ille, tepentes
Vnde ferant nomen Baiae, comitemque dediſſe
Dulichiae puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.
Aſt hic Lucrino manſiſſe vocabula quondam
Cocyti memorat, medioque in gurgite ponti
Herculeum commendat iter, qua diſcidit aequor
Amphitryoniades, armenti victor Hiberi.
Ille,

118. *diſpulit aequor* primus Nicander in Iunt. edidit. 119. *victor* ex Colon. *vector* vulg.

113. ſeq. Primores Capuae Hannibali notabiles prope Puteolos tractus, Baias, lacum Lucrinum, Averni, Acheruſium monſtrant et explicant. Haec poeta immixtis fabulis copioſius effert. Huc pertinent mythi de Tartaro, Cimmeriis tenebris, Lacubus infernalibus, qui ex his locis, quorum omnis vicinia bitumine, ſulphure et calidis aquis ſcatebat, variiſque ſpeluncis et ſilvis horrida erat, ducti a veteribus, et a ſequacibus poetis repetiti atque exornati ſunt. Hinc Phlegraei campi, Phlegethon, Cocytus fluvii, caeteraeque de Gigantibus in his regionibus fulmine proſtratis, fabulae, de quibus diximus ad lib VIII, 542. ſqq. Itaque etiam Homerus Od λ, Vlyſſem inducit in his locis ad inferos deſcendentem. cf. Strabo lib. V. p. 235. qui accurate his fabulas commemorat, et Heyn. ad Virg. A. VI. Exc. 2. — 114. De *Baiarum* nomine a Baio quodam, Vlyſſis comite, v. ſup. lib. VIII, 541. *Dulichiae p.* Vlyſſis, a Dulichio prope Ithacam, Vlyſſis patriam.

116. *Aſt hic*, nempe alius ex iſtis primoribus. Quod poeta h. l. Cocytum in Lucrina palude et mox Stygem in Averno quaerit, in eo Virgilium deſeruit, cuius alia fluviorum infernalium oeconomia eſt, ab Homero et Platone accepta, quam expoſuit Heyn. in Exc. 9. ad Virg. VI, 295. — 118. *Herculeum iter*, quae et via Herculana dicitur, fuit agger inter mare et Lucrinum ductus, per quem boves Geryoni abductos traduceret. Strab. V. p. 236. Vnde Lycophron V. 697. eam viam appellat λεοντος ἀτραπους βοων χωστας, leonis, i. e. Herculis vias boum aggeſtas. Paulo aliter Diod. Sic. IV, 22. „Cum lacus ille, (Avernus) inquit, in mare ſe expanderet, humo congeſta effluxum ita obſtruxiſſe dicitur Hercules, ut viam iuxta mare, quae Heraclea ab eo vocatur, ſterneret.“ Nonnullos lacum Lucrinum

Ille, olim populis dictum Styga, nomine verſo
Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Avernum;
Tum, triſti nemore atque umbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, letale vomebat
Suffuſo virus coelo, Stygiaque per urbes
Religione ſacer, ſaevum retinebat honorem.
Hinc vicina palus (fama eſt, Acherontis ad undas
Pandere iter) caecas ſtagnante voragine fauces
Laxat, et horrendos aperit telluris hiatus,
Interdumque novo perturbat lumine manes.
At iuxta caligantes, longumque per aevum

127. *voramine* Colon. Vulg. *ac iuxta caligante ſitu.* et ſic Rapheleng.

130. Locus e Colon. emendatus. D. Heinſ. ed. *Iuxta caligante ſitu*

crinum modo pro ſtagno Acheruſiae, modo pro Averno habuiſſe, itidem Strabo auctor eſt, l. c.

120. *Ille*, alius. — De Averno lacu avibus ſupervolitantibus lethali nota fabula, Virgilio etiam expreſſa Aen. VI, 239. ſeq. qui tamen ex ſpelunca Averno imminenti exhalationem fieri prodit. v. Strab. lib. V. p. 235. In deſcriptione lacus ſecutus eſt noſter Virgilium l. c. verſ. 238. *ſpelunca ſcrupea, tuta lacu pigro nemorumque tenebris.* — 124. *Stygiaque — honorem*, pro Styge habebatur. Strabo l. c. de Averno loquens haec addit: „Fons ibi fluvialibus ſcatens aquis excurrit in mare. Ab eius uſu abſtinebant omnes, Stygias opinantes eſſe aquas.“ Hinc *ſaevum honorem retinebat*, h. e. ſuperſtitioſe formidabatur et quidem *Stygia relig.* propter Necyomantiam, quae ibi exercebatur. Avernum autem ſuperius dixerat *nunc celebrem*, et *mitia ſtagna*, quia auctore Strabone lib. V. p. 236. M. Agrippa Avernum purgavit, lucos, qui obſcuris umbris locum dirum reddebant, ſuccidit, locumque illum pulcris aedificiis ornavit.

126. *Hinc pal. vicina*, Acheruſia. Plin. III, 6. *Acher. palus Cumis vicina.* Ab ea aditum ad inferos eſſe, in ſeqq. indicat, ut et lib. XIII, 397. Colores orationis, qua haec effert, noti et obvii.

130. ſq. De Cimmeriis populis in hoc tractu degentibus fabula eſt Homerica Od. λ, init. quam caeteri poetae exornarunt. cf. Ovid. Met. XI, 592. ſq. Tibull. IV, 64. Nimirum in litore circa Miſenum

Infernis preſſas nebulis, pallente ſub umbra
Cimmerias iacuiſſe domos, noctemque profundam
Tartareae narrant urbis: tum ſulfure et igni
Semper anhelantes coctoque bitumine campos
Oſtentant. Tellus, atro exundante vapore
Suſpirans, uſtiſque diu calefacta medullis,
Aeſtuat, et Stygios exhalat in aera flatus:
Parturit, et tremulis metuendum exſibilat antris.
Interdumque cavas luctatus rumpere ſedes,
Aut exire fretis, ſonitu lugubre minaci
Mulciber immugit, lacerataque viſcera terrae
Mandit, et exeſos labefactat murmure montes.
Tradunt Herculea proſtratos mole gigantas
Tellurem iniectam quatere, et ſpiramine anhelo
Torreri late campos, quotieſque minantur
Rumpere compagem impoſitam, expalleſcere coelum.
Apparet Prochyte ſaevum ſortita Mimanta:
Appa-

135. *Oſtentat* Colon. Oxon. Rom. 1. 2. *oſtentant* vulg. et Cod. Tel. 138. pro *parturit* Barthius legebat *pars ruit*. Heinſ. *par furit*, vel *perfurit*, refertque ad illa, quae de Vulcano ſequuntur, *Mulciber immugit*. Sed his coniecturis non opus eſt. 140. pro *fretis*, quod habebant Colon. et Oxon. vulg. *foras*. Prope in Cod. Put. et Tel. *ſtetis*. 147. *Mimanta* Colon. In caeteris libris calami aberraverant in *Munanto*, *Numanton*, *Numanta*.

num fuiſſe cautes excavatas, vaſtaſque ſpeluncas, ſilvis denſis conſitas, valde credibile eſt. Itaque Ephorus ap. Strab. V. p. 236. prodidit, eas cavernas olim hominibus pro domibus fuiſſe, et natam hinc de Cimmeriis fabulam.

133. ſeqq. deſcribit loca ſulphure, bitumine ſcatentia, et ignibus internis calentia, atque aeſtuantia. Colores orationis paſſim obvii ſunt apud poetas. Inprimis Aetnae deſcriptionem Virgilianam Aen. III, 571. ſq. ante oculos habuiſſe videtur, ubi ſimilia loca Cerda congeſſit. *campos anhelantes*, exaeſtuantes cum ſonitu, et veluti gemitu quodam cogita, ut mox *tellurem ſuſpirantem*. Ita Virgilio Aetna, *tonat*, *mugit*, *gemit*. Georg. IV, 173

143. ſeq. Repetit poeta fabulam de gigantibus fulmine proſtratis et in his regionibus ſepultis, quibus ignes ſubterranei

Apparet procul Inarime, quae turbine nigro
Fumantem premit Iapetum, flammaſque rebelli
Ore eiectantem, et, ſi quando evadere detur,
Bella Iovi rurſus Superiſque iterare volentem.
Monſtrantur Veſvina iuga, atque in vertice ſummo
Depaſti flammis ſcopuli, ſtratuſque ruina
Mons circum, atque Aetnae fatis certantia ſaxa.
Nec non Miſenum ſervantem Idaea ſepulcro
Nomina, et Herculeos videt ipſo in litore Baulos.
Miratur pelagique minas terraeque labores.
Quae poſtquam perſpecta viro, regreſſus ad altos
Inde Pherecyadum muros, frondentia laeto

 Palmi-

152. *Veſvina* ex Putean. Heinſius poſuit. Al. *Beſvina*, *Veſeva*.
153. *ſtratus* ex coni. Heinſ. In Put. *ſtatus*, vulg. *fractus*.

ranei tribui ſolebant. De his diximus ad lib. VIII, 540. ſq. cum quo omnino hic locus comparandus eſt. — 153. *ſtratus ruina mons* eſt ſaxis et cineribus ex imo fundo eiectis circumdatus. Graphicam imaginem montis ignivomi quilibet agnoſcat. Vnde *ſaxa certantia fatis Aetnae* dicit; quia Veſuvius eodem modo, quo Aetna, igneos globos, et ſaxa eiectat. 155. *Miſenum* promont. a Miſeno Troiano (*Idaea nomina*) tibicine Aeneae ibi ſepulto dictum. v. Virgil. Aen. VI, 234. — 156. *Baulos* villam inter Baias et lacum Lucrinum, ubi ferebatur Hercules bovibus Geryonis caulas feciſſe, unde *Herculeos* dixit, veluti *βοκυλια*. vid. Servius ad Virgil. Aen. VII, 662. — 157. *pelagi minas*, fluctus cum impetu ingruentes. *Terrae labores* intelligo litus appulſu pelagi labefactatum, et ruinam minans, cautes excavatas, et prominentes. Nam de motu terrae ex ignibus ſubterraneis iam antea dictum fuerat. Alio ſenſu apud Virgilium dicuntur, lunae et ſolis labores.

158. ſq. *regreſſus ad Pherecyad. muros*. Neceſſe eſt, ut Puteolos intelligamus; nam exinde Hannibal vicina loca viſendi gratia exierat. cf. verſ. 107. ſq. Sed difficilius dictu eſt, cur illam urbem *Pherecyadum muros* poeta dixerit. Drakenborchius quidem, cuius ſententia maxime placet, dictos putat a Pherecyde Pythagorae praeceptore. Hic, quamvis Syrius, tamen per aliquot annos in inſula Samo habitavit, auctore Diogene Laert. I. ſect. 116. Iam Puteo-

Palmite devastat Nysaea cacumina Gauri.
Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.
Campo Nola sedet, crebris circumdata in orbem
Turribus, et celso facilem tutatur adiri
Planitiem vallo: sed, qui non turribus arma
Defendenda daret, verum ultro moenia dextra
Protegeret, Marcellus opem auxiliumque ferebat.
Isque ubi Agenoream procul adventare per aequor,
Et ferri ad muros nubem videt; Arma, cruentus
Hostis adest, capite arma, viri, clamatque, capitque.
Circumstant rapidi iuvenes, aptantque frementi
San-

168. *ferre* cum vulg. ed. Lefeb. *ferri* est in scriptis edd. vett.
169. *rapite* vulg. et *rapitque*.

Puteoli, teste Stephano Byz. et Euseb. in Chron. conditi sunt a Samiis. Ergo *Pber. muros*, longinquius quidem nomine repetito, appellavit, neque tamen absurdius, quam *Cadmeos* pro Poenis, vel *Rhoeteios* pro Romanis. — 160. De *Gauro* monte dictum supr. ad lib VIII, 535. e quo loco quamvis piniferum in vertice montem suspicemur, tamen id non impedit, ut eum in imis regionibus vitiferum fuisse putemus. Ergo *Nysaea cacumina*, ut ne cum loco laudato pugnent, haud sunt urgenda. Certe *vitiferum* varii poetae praedicarunt, ut Stat. Silv. I, 1. 147. IV, 3. 64. Nisi forte Capaccii (Antiq. Puteol. cap. 22.) ratio valeat, qui tres montes in Campaniae finibus Gauri nomine appellari censuit, primum prope Massicum et Minturnas, alterum circa Nuceriam et Surrentum, in quo navalis materia caedatur, tertium vicinum Averno et Lucrino.

161. seqq Hannibal Nolam oppugnare adgreditur. v. Liv. XXIII, 16. A Chalcidensibus eam urbem conditam tradunt; unde *Chalcidicam* dicit. Iustin. XX, 1. — *Campo sedet*, in planitie ad radices montium post Vesuvium sita. v. ad lib. VI, 647. et VIII, 507. — 167. *Agenor. nubem*, pro, copias Punicas, nota metaphora. cf. lib. I, 311. IV, 553. Locus similis est lib. IV, 94. sq.

170. Instruitur a Marcello acies. *Aptare iubas*, cristas, solebant milites, cum se ad pugnam accingebant. v. sup. ad lib. V, 165. et Virg. VII, 638. ubi plenior imago sistitur. *sanguineas iubas* pro rubris s. fulvis, ut serpentis ap. Virgil.

Sanguineas de more iubas: ſonat inde, citato
Agmina diſponens paſſu, Tu limina dextrae
Servabis portae, Nero: tu converte cohortes
Ad laevam patrias et Larinatia ſigna,
Clarum Volſcorum Tulli decus; aſt ubi iuſſo,
Per tacitum ruptis ſubita vi fundite portis
Telorum in campos nimbum. Ferar ipſe, revulſa,
In medios, equitumque traham certamina, porta.
Dumque ea Marcellus, iam clauſtra revellere Poeni,
Et ſcalis ſpretos tentabant rumpere muros.
Inſonuere tubae paſſim, clamorque virorum,
Hinnituſque, ſimul litui, raucoque tumultu
Cornua, et in membris concuſſa furentibus arma.
Fertur

174. *Larinantia* Oxon. et ſic Dauſq. 179. *evellere* vulg. *revellere* ex Colon. 180. *tentare irrumpere* ed. Lefeb. pro arbitrio. 182. *Tinnituſque ſimul litui* vulg. At Modius ex Colon. locum emendavit et diſtinxit.

Virgil. Aen. II, 207. Alibi *atras* dixit, fortaſſe eodem ſenſu. Quae de acie Marcelli iuſſu diſponenda ſequuntur, nonnulla ex arbitrio poetico Silii habent. Fundus autem omnino eſt in Liv. XXIII, 16. Finxit poeta duces Neronem et Tullium, qui Livio ſunt P. Valer. Flaccus et C. Aurelius. Illos iam ſupra nominaverat lib. VIII, 406. et 415. Sed quia Silius diverſas Nolae oppugnationes confudit, nunc in hac prima appellat Neronem, quem Livius in tertia demum commemoravit lib. XXIV, 17. Deinde ſecundum Livium *ad tres portas in hoſtes verſus tripartito exercitum inſtruxit, impedimenta ſubſequi iuſſit* etc. quae accuratius, ut ſolet, hiſtoricus extulit. — 174. *Larinatia ſigna* a Larino opp. in Frentanis ſito. cf. lib. VIII, 404. — 175. *ubi iuſſo*, iuſſero, ut Virg. Aen. XI, 467.

180. *ſpretos muros*, quia intra muros Romani ſe receperant, adeoque nullus armatus in iis apparebat. cf. Liv. cap. 16 — Sequitur obvia in poetis deſcriptio irruentium in agmina hoſtilia militum cum clamore et tubis. Praeivit multis in locis Virgilius, ſed ita ut luxuriantem Silium facile diſtinguas. v. Aen. IX, 503. Propior ubertati Silianae Lucanus I, 237. ſq. Mox verſ. 183. *concuſſa arma* ſimpliciter intelligo de illo actu militum, quo praelium

Fertur acerba lues disiectis undique portis,
Effusaeque ruunt inopino flumine turbae;
Improbus ut fractis exundat molibus amnis,
Propulsum ut Borea scopulis impingitur aequor,
Vt rupto terras invadunt carcere venti.
Nec, torrente, Libys, viso, armorumque virûmque
Deiectus sperare valet. Dux Dardanus instat
Attonito, praegressus equo, tergisque ruentum
Incumbens hasta, socios nunc voce fatigat:
Perge, age, fer gressus. Dexter Deus; horaque nostra est.
Hac iter ad muros Capuae. Nunc rursus in hostem
Conversus, Sta. Quo raperis? Non terga tuorum,
Te, ductor Libyae, increpito. Sta. Campus, et arma,
Et Mars in manibus. Dimitto a caede cohortes:
Spectemur soli: Marcellus proelia posco.

Sic

184. *portis* ex Put. *telis* vulg. *turmis* Colon. *disi. incita portis* ex Cod. Tel. et Rom. 2. edidit Lef. 185. *inop. turbine turmae* ed. Lef. e tribus scriptis, ut ait. 189. *terrente visu* vulg. *torrente visu* ex Colon. Lefeb. hoc sensu: Hannibal deiectus vehementissimo impetu Romanorum, non valet sperare. Sed vid. nott. 196. *stat campus* vulg. 197. *dimisso caede* e Colon. Lefeb. edidit.

lium inituri armis manus adiiciunt, eaque cum quodam impetu apprehendunt. Imitatus noster est Virgilii locum Aen. VIII, init. *Vt rauco strepuerunt cornua cantu, utque acres concussit equos, atque impulit arma*, ubi vid. Heyn. nott. Quamvis concedam in hoc Silii loco etiam de percussione clypeorum cogitari posse. — 184. *acerba lues*, usitata Silio formula, de copiis cum impetu irruentibus, ut de aliis rebus perniciosis *pestis* et *lues* varie dicitur. cf. lib. I, 350. sq. *horridam luem* supra dixerat lib. X, 603. — *fertur* erumpit. Mox variata sententia *effusas turbas* appellat. De metaphora vid. lib. IV, 161. sq.

186-88. Triplex comparatio cui nunc placet, nae is luxuriem poeticam adamet. Satis nempe erat, si poeta copias e portis ruentes cum flumine et torrente comparabat. Sed in his Ingenium coercere non potest Silius. Singulatim illas comparationes passim posuit, ut lib. V, 305. 384. — Versus 189. simplicissimam sentio explicationem

Sic rector Latius: iuvenique invadere pugnam
Barcaeo ſuadebat honor pretiumque pericli.
Sed non haec placido cernebat pectore Iuno,
Coeptoque avertit ſuprema in fata ruentem.
Siſtere perculſos ille et revocare laborat.
Taleſne e gremio Capuae tectiſque ſiniſtris
Egredimur? State, o miſeri, quîs gloria ſumma
Dedecori eſt. Nil vos hodie (mihi credite) terga
Vertentes fidum exſpectat. Meruiſtis, ut omnis
Ingruat Auſonia, et ſaevo Mavorte paraſtis,
Ne qua ſpes fuſos pacis vitaeque maneret.
Vincebat clamore tubas, vociſque vigore
Quamvis obſtructas ſaevus penetrabat in aures.

Poly-

208. *laevo Mavorte* Leſ. ex coni. Heinſ.

tionem eſſe, ut iungatur *deiectus armorum*, pro, repulſus, copiarum. Nimirum *torrente viſo*, h. e. cum videret copias Romanas tanto impetu ruere, ſperare non valebat Libys, ſe eas deiecturum, ſ. repulſurum eſſe. Certe ſi *deiectus* participium eſt, dura ſententia efficitur, et illud *ſperare* nude ponitur. Sed vid. Var. Lect.

201. Ecce iterum Deum ex machina, exemplo Homeri et Virgilii, cum heros in diſcrimen venerat, advocatum. v. ſup. lib. X, 455. Sed de his alio loco diximus. — 203. *perculſos*, milites ſubito impetu Romanorum perturbatos et verſos. 204. Abſurde mihi videtur Hannibal interrogare, *taleſne — egredimur?* Quaſi vero neſcire potuiſſet, Capuam, ubi ipſe cum militibus luxui indulſerat, virtutis bellicae ſcholam non fuiſſe. Non decebat nunc ducem increpare; immo vero conqueri, et aliis modis fortitudinem in pectora revocare. Sed expreſſit Silius orationem Hannibalis apud Liv. XXIII, 45. cum iterum Nolam expugnare vellet. — 206. *dedecori eſt*, nempe quia gloriam hactenus partam ignavia obruitis et perditis. — 207. 209. *meruiſtis* etc. Cum ironia, et acerba exprobratione elata vox. Vos, inquit, cum omnibus rebus geſtis nihil amplius praeſtitiſtis, niſi ut de vita veſtra ſolliciti eſſe debeatis. *Meruiſſe* dici eos, qui aliquid conſecuti ſunt, nota obſervatio eſt. 211. *obſtructas*, tumultu bellico, opinor,

Polydamanteis iuvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, Troianaque ſemina et ortus
Atque Antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat,
Haud levior generis fama ſacroque Timavo
Gloria, et Euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetaeque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, ſeu bella cieret,
Seu Muſas placidus doctaeque ſilentia vitae
Mallet, et Aonio plectro mulcere labores,
Non ullum dixere parem; nec notior alter
Gradivo iuvenis, nec Phoebo notior alter.

Qui

220. *Aonio* Colon. quod iam probabat Drakenb. quamvis Aonios edidit. 221. *duxere* coni. Heinſ. probante Drakenb. 222. Aberat hic verſus a vulgatis. Modius ex Colon. Cod. reſtituit.

nor, et clangore tubarum; *ſaevus* nunc eſt, cum ſummo niſu et contentione clamans.

212. ſqq. Intexitur mirum epiſodium de Pediano quodam Cinypen Pauli armis veſtitum ſpoliante et interficiente. Adluſiſſe poetam ad Aſconium Pedianum, Patavinum, Marſus credidit. Neque ea opinio abſona eſt a Silii conſuetudine, cuius non unum exemplum ſupra occurrerat. Certe ille dicebatur originem ſuam ad Antenorem Troianum referre, qui cum haberetur pro Patavii urbis conditore, hinc ornandi huius loci opportunitatem poeta arripuit. Itaque appellat *Timavum* fluv. agri Patavini, *Euganeos*, *Eridanum*, *Venetas* gentes, *Aponum* fluv. quae omnia Patavinae regioni ſignificandae inſerviunt. Caeterum de Antenore et caeteris rebus huc pertinentibus ſatis diximus ſupra ad lib. VIII, 604. ſq. Illud autem facile ſentient elegantioris iudicii lectores, quam nimius in ornatu fuerit Silius, cum ne Virgilius quidem, iudice Heynio Excurſ. ad lib. I. Aen. 244. in ſimili narratione modum tenuerit. Quis ferat in duobus verſibus haec: *Troiana ſemina*, *ortus*, *Ant. ſtirpem?* Nonne luxuriatur, qui, ut unam regionem deſignet, eius quinque oppida et fluvios recenſet?

217-22. Pedianus ille et belli artibus, et literarum ſtudio excellebat. Haec ſententia notis coloribus, at quam argute et luxurianter, ornatur. In *doctae vitae ſilentio*, quis

quis

Qui postquam, effusis urgens vestigia frenis
Poenorum, iuxta galeam atque insigne peremti
Agnovit spolium Paulli: puer illa gerebat,
Non parvo laetus ductoris munere, Cinyps,
Dilectus Poeno Cinyps, quo gratior ora
Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris.
Quale micat, semperque novum est, quod Tiburis aura
Pascit, ebur, vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis, rubris advectus ab undis.
Quem postquam, egregium cristis et casside nota
Fulgentem, extremo Pedianus in agmine vidit,
Ceu subita ante oculos Paulli emersisset imago
Sedibus infernis, amissaque posceret arma,
Invadit frendens, Tune, ignavissime, sacri
Portabis capitis, quae non sine crimine vester
Invidiaque Deûm gestaret, tegmina, ductor?
En Paullus. Vocat inde viri ad spectacula manes,
Et fugientis agit costis penetrabile telum.
Tum delapsus equo, galeam atque insignia magni
Consulis abrumpit dextra, spoliatque videntem.
Solvitur omne decus leto, niveosque per artus
It Stygius color, et formae populatur honores.
Ambrosiae cecidere comae, violataque cervix
Marmo-

227. *ora* Colon. *ore* vulg. et sic Lefeb. 231. *ab Indis* nonnullae editt. 234. *ceu* e scriptis. *cum* vulg. 244. *honorem* ex coni. Heins. Lefeb. 245. *tum lactea cervix* coni. Heins.

quis non cogitet otium literarium?

227. sq. Cinyps iuvenis formosissimus adumbratur. Quae sequitur pulchritudinis comparatio, facta est ad imitationem loci Virgil. Aen. X, 134. de Iulo, vel Aen. I, 588. de Aenea, praeeunte utrique Homero Od. ζ, 229. 235. ψ, 156. 162. — *lapidem* de unione s. margarita e mari Indico, quod *rubrum* et *erythraeum* vocetur, extracta, iam Drakenb. exposuit. — 241. *delapsus*, desultans. Impetum et celeritatem desilientis ex equo expressit.

243. seqq. Moritur formosissimus iuvenis. Nimium et luxu-

Marmoreum in iugulum collo labente recumbit.
Haud ſecus Oceano rediens Cythereïus ignis,
Cum ſeſe Veneri iactat ſplendore refecto,
Si ſubita invadat nubes, habetatur, et, atris
Decreſcens tenebris, languentia lumina condit.
Ipſe etiam, capta, Pedianus, caſſide, nudos
Attonitus ſtupet ad vultus, iraſque coercet.
Tum, galeam magno ſociûm clamore reportans,
Immitem quatiebat equum, ſpumantia ſaevo
Frena cruentantem morſu, cui turbidus armis
Obvia Marcellus rapido tulit ora tumultu:
Agnoſcenſque, Decus macte o virtutis avitae,
Macte Antenoride; nunc, inquit, rapta petamus,
Quod ſupereſt, Libyci ductoris tegmina, et ardens
Terrificis ſaevam fundit ſtridoribus haſtam.
Nec forſan voti vanus foret, obvia ni vis

Geſta-

248. *ſacrat* Colon. *iactat* e Vulg. 253. *ad ſocios* vulg. et ſic Leſeb. qui tamen in Additam. ſententia mutata *ſociûm* probavit, lectionem libr. ſcriptorum. 258. *Antenorida* cum Heinſio Leſeb.

luxuriantem in formae laudibus ſe praeſtitiſſe poetam, quis non ſentiat? praeſertim cum ſufficere in eo genere poſſent, quae iam antea verſſ. 227. etc. praedicaverat. Sed in hoc loco, Venerem moribundam, an militem poeta pingat, aegre diſtinguas; ita colores undique arreptos in una hac imagine conſumſit. *Decus*, et *formae honores* in tali re aliquoties dixit, exemplo Virgil. Aen. I, 591. *laetos oculis afflarat honores*, ubi vid. Heyn. — *Stygius color*, qualem umbrae habent, color mortis. *Ambroſiae comae*, proprie ambroſia, Deorum unguento, delibutae, e Virgil. Aen. I, 403. praeeunte Hom. Il. α, 528. Mox *violatam cervicem* ſimpl. intelligo deformatam, colore in morte mutato. At vide, quam omnia ludens poeta variet, et vertat dicendo! — *Marmoreum*, μαρμαίροντα, frequens epitheton, ad candorem declarandum, ut Virgil. Ge. IV, 523. et alibi. — Sequitur ad abſolvendam luxuriem ornandi etiam comparatio verſ. 247. *Cythereius ignis*, Lucifer, ſtella Veneris. De re dictum eſt ad lib. VII, 639. in ſimili loco.

261. *obvia vis Geſtaris*, ex Homerica forma βίη πριάμοιο

Gestaris opposito tenuisset corpore telum.
Qui dum vicinis ductorem protegit armis,
Transabiit, non hunc sitiens gravis hasta cruorem,
Ingentesque minas mutata morte peregit.
Avehitur raptim ductor, discrimine leti
Turbatus, cursumque furens ad castra capessit.
Iamque, fugae immodicus, tendit certamine gressum
Praecipitem versis Poenorum exercitus armis.
Assequitur telis hostis, longasque viritim
Exsatiant iras cladum, coeloque cruentos
Certatim ostentant et Dîs ultoribus enses.
Ille dies primus docuit, quod credere nemo
Auderet Superis, Martis certamine sisti
Posse ducem Lybiae. Raptant currusque, virosque,
Massylamque feram; et vivis avulsa reportant
Tegmina bellantum, atque abeunt, sub cuspide terga
Con-

267. *ferens* cum vulg. Lefeb. qui Heinsium reprehendit, quod *furens* e scriptis induxerit.

μοιο etc. pro vulg. obvius Gestar. Apud Virg. Aen. IV, 132. *odora canum vis.* Lucret. VI, 1220. *fida canum vis.* Caeterum nota esse debet poetarum consuetudo, ex Homero quidem depromta, heroum armigeros, vel vicinos milites alios substituendi, qui tela excipiant, divinitus quidem, ne heros ipse feriatur. Exempla sat multa, similesque orationis colores iam ipse Silius suppeditavit. — 265. *minas peregit*, irae Marcelli satisfecit, sed *mutata morte*, quatenus non Hannibalem, sed Gestarem percussit.

268-71. fugiunt Poeni et funduntur. *certamine*, pro certatim, ut mox, veluti agmine facto fugiunt, vel certantes inter se de fuga et cursu. Virgilio passim usurpata formula, ut Ge. III, 103. *praecipiti certamine campum corripiunt.*

273. seqq. Livius de hoc proelio ad Nolam cap. 16. fin. ita: *ingens eo die res, ac nescio, an maxima illo bello, gesta sit. Non vinci enim ab Hannibale vincentibus difficilius fuit, quam postea vincere.* Infra vers. 298 *primum Deorum munus* dicitur. — Formula multis modis variata poetis est, *quod credere nemo a. superis*, de re incredibili, et non

Contenti vidiſſe ducis. Tum Martis adaequant
Marcellum decori. Graditur comitante triumpho
Maior, quam ferret cum victor opima Tonanti.
  Inde furens, poſtquam vallo vix depulit hoſtem,
Ductor Agenoreus, Quando hanc, quantoque cruore
Hoſtili labem eluerim? Mea terga videre
Contigit Auſoniae? Mene, inquit, ſumme Deorum,
Poſt Trebiam ſtatuis tam triſti funere dignum?
Voſque, invicta diu, nunc, heu! ſine Marte, iuventus
Debellata bonis Capuae, non degener ipſe
Geſtorum Auſoniis verti victricia ſigna,
Vobis terga dedi. Vidi, cum ad bella vocarem,
Non ſecus atque Italo fugere a ductore paventes.
Quid reliquum priſci Martis tibi, qui dare terga
Me revocante potes? Fundebat talia Poenus:
Et Latiae ſeſe Nolana ad moenia turmae,
Portantes ſpolia inſigni clamore, ferebant.
  At, conſueta graves per longum audire ſuorum
Eventus, Roma, et nunquam recreata ſecundis,
Allato tandem fauſtae certamine pugnae,
Erigitur, primoque Deûm ſe munere tollit.
Ante omnes pigra in Martem, fugienſque laborum,
Dum

285. *iam turpi* ed. Lefeb. ex ſcriptis et editt. vett. niſi quod Heinſius *tam* ſervavit. 294. *ſpolium* Colon. 296. *recreata* Colon. Tel. Rom. 2. pro vulg. *recreare*.

non expectanda, ut Virg. A. V, 17. IX, 6. Stat. Theb. V, 724. — 278. *ſub cuſpide*, ſub ictu, fugientem, terga vertentem ad tela immiſſa. cf. verſ. 283. — *Martis a. decori*, divino honore, et laudibus, velut alterum Martem, proſequuntur. De *opimis* Marcelli v. ſup. lib. I, 132.

286. ſeqq. Acerba increpatio Hannibalis, cum qua callide ſuae virtutis defenſionem coniungit. Heus tu, inquit, *iuventus debellata*, victa et debilitata *bonis Cap.* luxu Campano, non ego Auſonios fugi, veluti *degener geſtorum*, et priſtinae virtutis meae oblitus, immo vero *vobis*, propter veſtram ignaviam, qua me deſeruiſtis, et ad fugam quaſi coegiſtis, *terga dedi*.

299-305. Duplex hominum

Dum bellum tonat, et ſeſe furata iuventus
Dat poenas latebrae: tum, qui dulcedine vitae
Invenere dolos, iurataque foedera Poeno
Corrupere, notant, et purgant crimine gentem.
Punitur patriam meditati linquere terram
Conſilium infelix ſcelerataque culpa Metelli.
Talia corda virûm. Sed enim nec femina ceſſat
Mente aequare viros, et laudis poſcere partem.
 Omnis, prae ſeſe portans capitiſque manuſque
Antiquum decus ac derepta monilia collo,
Certatim matrona ruit, belloque miniſtrant.
Haud tanta ceſſiſſe viros in tempore tali
Laudis ſorte piget; factoque in ſecula ituro
Laetantur tribuiſſe locum. Tum celſa Senatus
Subſequitur turba. In medium certamine magno

304. *meditati* e Colon. Al. *meditantum, meditaturi, meditatum.* 306. *ceſſat* ex Colon. et edd. vett. pro vulg. *ceſſit.* 310. *ruunt* Lefeb.

num ignavorum, qui poenas dare Romanis debebant, genus indicatur, primum ii, qui auctore Metello poſt pugnam Cannenſem ex Italia migrare parabant, deinde illi, qui iureiurando adacti, ut negata captivorum permutatione in caſtra Poenorum redirent, id iuſiurandum migraſſent. De priori genere ſupra memoravit Silius lib. X, 416. ſq. et Liv. XXII, 53. de poſteriore Liv. l. c. cap. 61. ubi varias ſcriptorum de ea re ſententias adfert. cf. Cic. Off. III, 32. Gell. N. A. VII, 18. At Silius varias Hannibalis ad Nolam expeditiones commiſcuit. Nam quae de poena transfugarum et periurorum narrat a Romanis ſumta, ea Livius libro demum XXIV, 18. memorat, cum tertia Nolae expugnatio facta eſſet. Tenendum igitur eſt, Silium ea, quae Livius variis temporibus de Nolae oppugnationibus tradidit, in unam conferre, veluti una tantum facta fuiſſet. — *pigra in M. iuventus*, ignava ut lib. X, 422. *mala bello pectora, degeneremque manum.* Mox verſ. 305. *conſilium infelix et ſcel. culpa Met.* ſupra l. c. 42. *deformia conſulta* dixerat.

306 - 19. In hoc loco formando Silius, ſive Livium ſive Florum ſecutus, iterum tempo-

Privatae cumulantur opes. Nudare penates,
Ac nihil arcanos vitae melioris ad usus
Seposuisse iuvat. Coit et sine nomine vulgus.
Corpore sic toto ac membris Roma omnibus usa,
Exsangues rursus tollebat ad aethera vultus.
Addunt spem miseris dulcem Parnasia Cirrha
Portantes responsa viri. Nam laeta ferebant
Exaudisse adytis, sacra cum voce tonaret
Antrum, et mugiret Phoebo iam intrata sacerdos.
Solvite, gens Veneris, graviores corde timores:
Adversa, et quidquid duri sub Marte manebat,
Exhaustum est vobis. Restant leviora laborum,
Et sine pernicie terror. Dis vota precesque
Ferte

323. *intacta* in solo Cod. Put.

tempora non accurate distinxit. Florus quidem, cum dixisset (II, 6. 23.) Hannibalem Campaniae soles et tepentes fontibus Baias subegisse, haec addit: *Interim respirare Romanus et quasi ab inferis emergere — Egebat aerarium; opes suas libens senatus in medium protulit: nec, praeter quod in bullis singulisque anulis erat, quicquam sibi auri reliquerunt. Eques secutus exemplum imitataeque equitem tribus.* Sed haec non facta sunt post Nolam ab Hannibale obsessam, sed diu post Marcello et Laevino Coss. cum iam Capua recepta esset. Itaque eadem Livius suo loco lib. XXVI, 36. eodem fere modo narrat.

320. seqq. Praeterea Romani Delphico etiam oraculo recreati sunt. Livius quidem XXII, 56. de ea re ita: *Statim post cladem Cannensem missus est Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum, sciscitatum, quibus precibus suppliciisque Deos possent placare, et quaenam futura finis tantis cladibus foret.* Nec multo post, adeoque longe ante pugnam Nolanam rediit a Delphis Romam, auctore eodem Livio XXIII, 11. Ipsam autem narrationem poetico ornatu Silius instruxit. *Cirrha* pro Delphis, quia id oppidum non procul aberat, unde et Apollo Cirrhaeus dictus. v. sup. lib. III, 97. Parnassus etiam mons post Delphos versus septentriones. Ergo haec loca Delphicae regionis describendae causa a poetis usurpari solent. 323. *Phoebo intrata sac.* Pythia Deo afflata, inspirata. v. Burm.
ad

Ferte modo, et tepidos aris libate cruores.
Neu date terga malis, aderit Gradivus, et ipse
Delius avertet propiora pericula vates,
Troianos notus semper minuisse labores.
Sed vero, sed enim ante omnes altaria fument
Centum festa Iovi: centum cadat hostia cultris.
Ille trucem belli nubem saevasque procellas
In Libyam violenter aget; spectabitis ipsi
Aegida turbato quatientem in proelia mundo.
 Atque ea Parnasi postquam clamata sub antris
Allatum, vulgique Deus pervenit ad aures;
In Capitolinas certatim scanditur arces,
Sternunturque Iovi, et delubrum sanguine honorant.
Tum Paeana canunt, responsaque fida precantur.
 Interea assuetis senior Torquatus in armis,
Sardoas patrio quatiebat milite terras.
Namque, ortum Iliaca iactans ab origine nomen,
In bella Hampsagoras Tyrios renovata vocarat.

 Proles

331. Put. *meminisse*. Heins. coni. *miserasse*. 335. *violentus* Colon. et sic Lefeb. *violentis* Oxon. 337. *ast ea* vulg. *atque ea* ex Col.

ad Val. Fl. IV, 445. et Stat. Achil. I, 513. — Versus 331. ex Virgilio immutatus Aen. VI, 56. *Phoebe graves Troiae semper miserate labores.* Res ex Homero nota, in quo Apollo semper stat a partibus Troianorum. — 332. *centum altaribus* ἑκατόμβη significetur, an numerus certus pro incerto ponatur, quaeri potest. Saltem, si de illa dixit, *centum cultros* paulo argutius dixit, quia non opus est, ut hi victimarum numerum exaequent. — 334. Hannibal copias seu belli theatrum in Libyam transferet. — Mox *turbatum mundum* de commoto coelo, s. turbatis ipsis Superis Dausqueius et Drakenb ceperunt. Ego mallim simpliciter turbas bellicas, quas in Hispania movit, intelligi. Itaque et *quatiens aeg. in pr.* dicitur, ut supra v. 60. Hannibal *fortunae turbando obstare sinistrae.*

340. *sternuntur Iovi*, prosternunt se, προσκυνοῦσι, vota et preces facturi. 341. *Paeana* Apollini canunt.

342. sqq. Narrantur res in Sardinia a T. Manlio Torquato

Proles pulchra viro, nec tali digna parente,
Hoſtus erat: cuius fretus fulgente iuventa,
Ipſe aſper paci, crudos ſine viribus annos,
Barbarici ſtudio ritus, refovebat in armis.
Iſque ubi Torquatum raptim properata ferentem
Signa videt, pugnaeque avidas accendere dextras,
Fraude loci nota, latebroſa per avia ſaltus
Evolat, et, proviſa fugae compendia carpens,
Virgulta tegitur valle ac frondentibus umbris.
Inſula, fluctiſono circumvallata profundo,
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras
Enormes cohibet, nudae ſub imagine plantae.
Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis,
Mox, Libyci, Sardus, generoſo ſanguine fidens
Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terrae.
Afflu-

347. *Hoſtus* ex Colon. Al. *Oſcus.* ed. Parm. et Putean. *Ortus erat Cumis.* 348. *pacis* ex Rom. 1. et Ben. Leſeb. 351. *accedere* ex Vulg. ſervavit Leſeb. *accendere* ex Put. et editt. vett. 352. *tenebroſa* Colon. 353. *proviſa* e ſcriptis et editt. vett. *profuſa* vulg. et Danſq. 354. *Virgulta* ex Oxon. Barthius reſtituit pro vulg. *occulta.* Adiectivi illius exemplum Drakenborch. attulit e Salluſt. fragm. Hiſt. *conſedit in valle virgulta nemoroſaque.* 356 *faſtigatur* Colon. et ſic Leſeb. vid. lib. V, 50. — 357. *ſub margine* cum Marſo nonnulli.

quato praetore geſtae, ex Liv. XXIII, 40. ubi et de *Hampſagora* principe Sardiniae eiuſque filio, *Hoſto*, ſ. Hioſto. Qui rerum geſtarum ex cauſis ſuis nexum quendam, et argumenti unitatem requirunt, eos hic tranſitus poetae, quo in medias res eaſque diverſiſſimas abripit lectores, offendit. Nos emblema hiſtoricum et nunc agnoſcimus. 348. *aſper paci*, homo bellicoſus, paci infeſtus. v. interpr. ad Virg. A. VIII, 365. — 351. *pugnae av. dextras*, milites pugnae avidos. cf. lib. X, 645.

355. ſeqq. Sardiniae inſ. ſitus, forma, origo, coloniae, poetice deſcribuntur. Locus claſſicus de illa eſt Pauſan. Phoc. 17. unde haud dubie poeta profecit. Deinde iuverit comparaſſe Claud. Gild. 507. ſeq. — Inſulae notio prima, ut *circumvallata*, circumdata aquis, *caſtigetur*, cohibeatur, ne procurrat latius in pontum. *Ichnuſa* primitus dicta a ſimilitudine veſtigii, ſ. plantae pedis, ut eſt apud

Affluxere etiam, et ſedes poſuere coactas
Diſperſi pelago, poſt eruta Pergama, Teucri.
Nec parvum decus, advecto cum claſſe paterna
Agmine Theſpiadum, terris, Iolae, dediſti.
Fama eſt, cum laceris Actaeon flebile membris
Supplicium lueret ſpectatae in fonte Dianae,
Attonitum novitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtaeum, et Sardoos iſſe receſſus:
Cyrenen monſtraſſe ferunt nova litora matrem.
Serpentum tellus pura, ac viduata venenis;
Sed triſtis coelo, et multa vitiata palude.
Qua videt Italiam, ſaxoſo torrida dorſo
Exercet ſcopulis late freta, pallidaque intus
Arva coquit nimium, Cancro fumantibus Auſtris.

370. *inviduata* Barth. et Oxon. probante Drakenb. vid. nott. 373. *ſqualida* coni. Heinſ. 374. *nimio cancro atque humentibus Auſtris* coni. Heinſ.

apud Plin. III, 7. ἀπο τȣ ἰχνȣ. — Mox Sardinia a *Sardo*, qui coloniam Libycam illuc deduxit. Ei Pauſanias tradit apud Aegypt. et Libyes cognomen *Herculis* fuiſſe. Deinde (v. 361. 62.) *Teucri*, ſ. Ilienſes, ut Pauſanias vocat, ibi conſederunt. Alia colonia (v. 363. 64.) *Iolao* duce e Theſpienſibus et terra Attica deducta. cf. Diod. Sic. IV, 29. p. m. 274. — Tandem (v. 365. ſq.) *Ariſtaeus*, Cyrenes et Apollinis filius, ob Actaeonis filii necem, e Graecia, cui infeſtus erat, in Sardiniam migravit. *Novitas mali*, ſ. caedis, eo pertinebat, quod Actaeon in formam cervi converſus a canibus Dianae dilaceratus eſt. De Actaeone v. Diod. Sic. IV, 81. p. 324. et quae fuſius diſputavit Spanhem. ad Callim. Lav. Pall. 113.

371. *triſtis coelo*, ob aëris vitium, paludumque noxias exhalationes. Pauſan. l. c. ὁ ἀὴρ ὁ ἐνταυθα θολερος καὶ νοσωδης.

372. Verſus Italiam ſcopuloſa inſula. *Exercet ſc. freta*, poetice, ut alibi *fatigare* dicere ſolent. — 373. *pallida arva*, exuſta nimio ſole. Ad naturam factum epitheton, quod non debebant ſollicitare interpretes; *pallorem anni* hoc ſenſu Plinius dixit lib. II, 30. *Fumantes Cancro Auſtri*, venti ardentes nimio ſole, calidiſſimi. Fumus enim ignem conſequitur. Vnde *fumantia ſaxa* de monte ignivomo Virgil.

Cetera propenſae Cereris nutrita favore.
Hoc habitu terrae nemoroſa per invia crebro
Torquatum eludens hoſtis, Sidonia pugnae
Tela exſpectabat, ſocioſque laboris Hiberos.
Qui poſtquam appulſis animos auxere carinis;
Haud mora, prorumpit latebris; adverſaque late
Agmina inhorreſcunt, longumque coire videtur,
Et conferre gradum. Media intervalla patentis
Corripiunt campi properatis eminus haſtis:
Donec ad expertos enſes, fidiſſima tela,
Perventum. Dira inde lues, caeduntque, caduntque,
Alternique animas ſaevo in mucrone relinquunt.
Non equidem innumeras caedes totque horrida facta
Sperarim tanto digne pro nomine rerum
Pandere, nec dictis bellantum aequare calorem.
Sed vos, Calliope, noſtro donate labori,
Nota parum magni longo tradantur ut aevo
Facta viri, et meritum vati ſacremus honorem.
Ennius, antiqua Meſſapi ab origine regis,
Miſcebat primas acies, Latiaeque ſuperbum
Vitis

376. *creber* id. 377. *Hoſtus* pro *hoſtis* id. 378. *vela* id. 384. *exſertos* coni. Heinſ. vel potius Livineii a Cortio etiam notata ad marginem Silii ſui; et ſic Lefeb. — 385. *dira* Colon. Rom. 2. vulg. *dura*. 391. *in aevo* vulg.

gil. A. VIII, 417. — 375. reliqua Sardiniae pars inprimis fecunda. cf. Pauſan. l. l.

377. *Sidonia tela exſp.* Aſdrubalem cum claſſe Punica. Liv. l. c. — 381-83. Ardor pugnandi deſcribitur, quo incenſi milites vix expectare poſſunt, uſque dum cum hoſte congrediantur. Itaque *eminus*, et ex medio campo, ut ſaltim ſimulacro pugnae ardorem expleant, *haſtis* hoſtem laceſſunt. Singula cum delectu, at luxuriantius expreſſa videmus.

390. Sequitur epiſodium de Ennio poeta, cuius laudes praedicat. E gente *Meſſapi* ortum dicit, quia Rudiis natus erat, oppido in Meſſapia ſ. Iapygia ſito. v. Mel. II, 4. Cic. Arch. 10. De Meſſapo v. Virg. lib. VII, 691. et ibi Heyn. in Exc. Servius ad h. l. *Ab hoc Meſſapo Ennius dicit ſe originem habere.* Euſebius in Chron. Tarentinum prodidit.

394

Vitis adornabat dextram decus: hiſpida tellus
Miſerunt Calabri; Rudiae genuere vetuſtae:
Nunc Rudiae ſolo memorabile nomen alumno.
Is prima in pugna (vates ut Thracius olim,
Infeſtam bello quateret cum Cyzicus Argo,
Spicula depoſito Rhodopeïa pectine torſit)
Spectandum ſeſe non parva ſtrage virorum
Fecerat, et dextrae gliſcebat caedibus ardor,
Advolat, aeternum ſperans fore, pelleret Hoſtus
Si tantam labem, ac perlibrat viribus haſtam.
  Riſit nube ſedens vani conamina coepti,
Et telum procul in ventos dimiſit Apollo.
Ac ſuper his: Nimium, iuvenis, nimiumque ſuperbi
Sperata hauſiſti. Sacer hic, ac magna ſororum
Aonidum cura eſt, et dignus Apolline vates.
Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu,
Attolletque duces coelo; reſonare docebit
Hic Latiis Helicona modis, nec cedet honore
Aſcraeo famave ſeni. Sic Phoebus, et Hoſto
Vltrix per geminum tranſcurrit tempus arundo.
Vertuntur iuvenis caſu perculſa per agros

402. *dextris* coni. Barth. 408. *ſperata* coni. Heinſ. editt. vulg. ſine voc. *eſt*.

403. *ſpernens* Colon. et Oxon. 409. *cura eſt* Col. Put. et vett.

394. *Latiae vitis decus*, inſigne Centurionum Roman. de quo diximus ad lib. VI, 42. — *adornabat*, ornabat.

398. Apte Ennium cum Orpheo comparat, qui pro Argo nave pugnabat, cum Cyzicus rex Propontidis, ſ. Doliorum, qui auctore Strabone lib. XII. circum Cyzicum opp. habitabant, Argonautas aggreſſus eſſet. Hoc dixit *bello quatere Argo*. De re cf. Orph. Arg. 499. Apoll. Rh. I, 952. ſeq.

403. Hoſtus Ennium petit, *ſperans aeternum f.* aeternam gloriam ſe meriturum, ſi *tantam labem*, tanti momenti hoſtem, interfecerit. — 415. ſq. cf. Liv. XXIII, 41. *Filius Hampſicorae Hioſtus in acie cecidit; et Hampſicora cum paucis equitibus fugiens, ut ſuper afflictas res necem quoque filii audivit, mortem ſibi conſcivit.*

Agmina, et effuſae pariter dant terga catervae.
Tum pater, audita nati nece, turbidus irae,
Barbaricum atque immane gemens, transfigit anhelum
Pectus, et ad manes urget veſtigia nati.
At Libyae ductor, Marcello fractus, et acri
Contuſus pugna, campos damnarat, et arma
Verterat ad miſeras non aequi Martis Acerras.
Inde, ubi permiſit flammis atque enſibus urbem,
Nuceriae, nihilo levior nec parcior ira,
Incuſſit ſeſe, atque aequavit moenia terrae.
Poſt Caſilina ſibi, multum obluctatus iniquis
Defendentum armis, aegre reſeraverat aſtu
Limi-

424. *irae* coni. Heinſ. et ſic Lefeb.

Ego auctor ſum iuvenibus ſtudioſis, ut Livii omnem hanc narrationem cum verſibus Silii comparent, ut phantaſmata poetica et ornatus, quomodo a ſedatiori illius oratione diſcrepent, penitus intelligant. Certe in hoc loco Silium ſingula apte ad inſtitutum ſuum finxiſſe, negari non poteſt. — 418. *urget veſtig.* exquiſite pro feſtinat, morte accelerata.

420. ſeqq. Redit poeta ad Hannibalem, quem poſt infelix ad Nolam proelium *Acerras* petiiſſe narrat. Fundus eſt in Liv. XXIII, 17. *Annibal ſpe potiundae Nolae ademta, Acerras receſſit*; et mox: *Acerranis plus animi quam virium erat.* Itaque poeta *miſeras non aequo Marte Acerras* vocat. Et Hannibal eam urbem, teſte Livio, diripuit et incendit, poſtquam incolae noctu ex urbe effugerant.

424. *Nuceriam* poſt Acerras petiiſſe Hannibalem, ex arbitrio potius ſuo, quam ſecundum Livium poeta narrat. Nam ille l. c. cap. 17. *Annibal*, ait, *Acerris direptis atque incenſis exercitum ad Caſilinum ducit.* Sed paulo ante cap. 15. idem Livius tradit, Hannibalem inde a Neapoli Nuceriam petiiſſe, eamque urbem direptam incenſamque fuiſſe. — *Nuceriae* (tertio caſu) *incuſſit*, immiſit *ſeſe* cum copiis. Ita *incutere vim ventis* Virgil. Aen. I, 69.

426. *Caſilini* obſidionem accurate narrat Livius l. c. cap. 18-20. quam narrationem breviſſime poeta extulit. *Iniqua def. arma* dicit imparia, ſi cum hoſtium copiis comparentur. — *aegre*, cum diffi-

Limina, et obſeſſis vitam penſaverat auro.
Iamque, in Dauniacos perſundens agmina campos,
Flectebat rabiem, quo praeda vel ira vocaſſet.
Fumabat verſis incenſa Petilia tectis,
Infelix fidei, miſeraeque ſecunda Sagunto,
At quondam Herculeam ſervare ſuperba pharetram.
Verterat et mentem Tyria ad conata Tarentus,
Portiſque intrarant Poeni. Sed enim arce coruſca,
Fiſa loco, manus Auſoniae ſtipata ſedebat.
Hic, miranda movens, claſſem, quae condita portu
Adſta-

428. *at obſeſſus* coni. Barth. cum in Oxon. eſſet *obſeſſos.* 429. *Daunivagos perfundens* vulg. *transf.* ex ſcript. Heinſ. *Dauniacos* ex coni. Heinſ. *profundens* Cortius ad marg. libri ſui notavit, coniecturam Livineii.

difficultate, quia ſumma arte et virtute Romani ſe defendebant. 428. *vitam penſav. auro.* Ita enim Livius cap. 19. *Qui nullam pactionem ante admiſerat, tum demum agi ſecum eſt paſſus de redemtione liberorum capitum. Septunces auri in ſingulos pretium convenit.*

431. ſq. *Petilia* in Bruttiis ſita urbs non procul a mari. Fame maxime expugnatam tradit Liv. XXIII, 30. — *infelix fidei* dicitur, quia fide Romanis ſervanda periit, inſtar Sagunti. Liv. l. l. cap. 20. *Petellinos, qui uni ex Bruttiis manſerant in amicitia Romana, non Carthaginienſes modo, ſed Bruttii etiam caeteri expugnabant.* — 433. *ſuperba ſervare Herc. phar.* Nempe Petilia condita fertur a Philoctete, Herculis comite, e Meliboea per ſeditionem profugo, qui ſagittas Herculis ſanguine hydrae tinctas habuit. v. Strab. VI. pag. 254. Diod. Sic. IV, 38. Cicer. Tuſc. II, 7. et interpr. ad Virgil. A. III, 401. 402.

434. Tarentini, qui a Romanis defecerant, Hannibalem in urbe expugnanda adiuvant. Rem fuſius narrat Liv. XXV, 9-11. — 435. 36. Romani arcem habebant. *Coruſcam* dicit, ut urbe paulo elatiorem, et e longinquo, inprimis a maris latere, conſpicuam. Nam non altitudine tutam, ſed loco plano poſitam, Livius cap. 11. prodidit.

437. ſeqq. *miranda movens,* molitus rem arduam, miram. *Claſſem* Tarentinam *incluſam* ſinu exiguo, quum clauſtra portus hoſtis haberet, plauſtris

Adſtabat, (namque anguſtis e faucibus aequor
Erumpit ſcopulos inter, patuloque receſſu
Iufundit campis ſecretum gurgite pontum.)
Incluſas igitur, quibus haud enare dabatur,
Arce ſuperpoſita, clauſtris maris extulit aſtu,
Perque averſa tulit portatas arva carinas.
Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plauſtris,
Atque, recens caeſi tergo prolapſa iuvenci,
Aequoream rota ducebat per gramina puppim.
Et iam, per colles dumoſque ad litus adacta,
Innabat pelago veniens ſine remige claſſis.

Nuntius

438. *anguſtis ſe faucibus* coni. Heinſ. et ſic Lefeb. 440. *infundit* ex Colon. vulg. *effundit*. Rom. 2. *diffundit*. 441. Hunc verſum expungendum cenſebat Barthius. Contradixit et Heinſ. et Gronov. ad Senec. de Ira I, 3. 442. *expulit* coni. Heinſ. quia ſtatim inſequatur *tulit*. 444. *ſederant* Colon. *ſubſtamina* in ſcriptis.

ſtris et machinis impoſitam, per arva et urbem alia via in mare deduxit, ſcilicet ut commeatus in arcem invehi non poſſent. v. Liv. l. c. cap. 11. unde expreſſa ſunt Siliana, et cf. Polyb. VIII, ult. Eam machinationem poeta deſcribit verſſ. 444-46. *Lubrica ſubſtramina* ergo dicit terga boum recens caeſorum, per quae machinae ducerentur faciliori negotio, ita ut magis *prolabi* quam pertrahi viderentur. *Labi* enim dicuntur, quae lubrico in ſolo, vel propria lubricitate ſua moventur, ut de ſerpentibus Virg. A. II, 225. et de Neptuno per undas vecto Aen. I, 147. *rotis ſummas levibus perlabitur undas*. Niſi malis *lubrica ſubſtr.* pro ipſis plauſtrorum rotis dicta, ut *rotarum lapſus pedibus equi Troiani ſubiectos* Virg. A. II, 235. Ita iam Marſus explicaverat. Livius l. c. hoc tantum dicit: *munitum iter fuiſſe, quo faciliora plauſtra, minorque moles in tranſitu eſſet*. — 447. Dum *per colles dumoſque ad litus adactam claſſem* poeta effert, abſurde prope, et contra veritatem hiſtoricam finxit, ut ſtratagematis miraculum augeret. Nam apud Livium ipſe Hannibal conſilii ſui rationem reddens, *urbem*, inquit, *in campo ſitam habetis: planae et ſatis latae viae patent in omnes partes. Via, quae in portum per mediam urbem ad mare tranſmiſſa eſt, plauſtris tranſveham naves haud magna mole.*

Nuntius interea vectis non more carinis
Terrentem freta curarum fervoribus implet;
Dum procul Oebalios amet expugnare nepotes,
Et primus rostris sulcet navalibus arva,
Assessos Capuae muros, claustra ipsa revelli
Portarum, ac totum miseris incurrere bellum.
Linquit coepta ferox, pennasque addente pudore
Atque ira simul, immani per proxima motu
Evolat, et minitans avida ad certamina fertur.
Haud secus, amisso tigris si concita fetu
Emicet, attonitae paucis lustratur in horis
Caucasus, et saltu tramittitur alite Ganges;
Donec fulmineo partus vestigia cursu
Colligat, et rabiem prenso consumat in hoste.

Obvius

449. *sine more* coni. Heins. 451. *avet* primus Nicander in Iunt. edidit. 453. *obsessos* vulg. a Marso. 457. *avide* coni. Drakenb. et edidit Lefeb.

449. seqq. Interea nuntius Capuae obsessae Hannibalem a Tarento avocat. cf. Liv. XXVI, 4. quem locum poeta nunc maxime ante oculos habuit. Sed historiam, ut solet, etiam nunc variis partibus truncat, excerpens ea potissimum, quae potiora viderentur, et ornatui cuidam epico aptiora, tamquam ex epitome quadam, non ex Livii continua narratione profecisset. Legatur Liv. XXV, inde a cap. 15. Caeterum, si de verbis quaeris, *Oebalios nepotes* dixit ipsos Tarentinos, quatenus Tarentus colonia Lacedaemoniorum fuit, (Iustin. III, 4.) a quorum rege antiquo Oebalo ipsi Oebalii dicti sunt. Vnde Virg. Ge. IV, 125 *Oebaliae turres* Tarentum appellavit, ubi v. Heyn. Hinc et Claudiano I, 260. *Oebalia temperat arva Galaesus*, fluvius prope Tarentum. Et infra lib. XV. *Tyndarium Tarentum* a Tyndaro, Oebali filio, Ledae marito, unde Tyndaridarum notum nomen.

458-62. Comparatio satis frequens apud poetas, et nunc apte ad bestiae atrocitatem verbis expressa, si a luxurie quadam recesseris, qua cursus celeritatem tribus modis variavit, *paucis lustr. in horis*, *saltu alite*; *fulmineo cursu*; quamvis, meo quidem sensu, *paucae* illae *horae* nunc valde frigent, et vim summae celeri-

Obvius huic ſparſo Centenius agmine raptim
Funditur, audendi pravus, facilisque periclis.
Sed parvum decus Hannibali: nam, vitis honore
Perfunctus Latiae, ſubito ſtimularat agreſtes
Semermemque manum ſternendam obiecerat hoſti.
Bis ſeptem demiſſa neci, nec ſubſtitit agmen,
Millia: bis ſeptem, quae non ſollertior enſe,
Sed genus inſignis, iuſtis ducebat in armis
Fulvius: aſt aeque per corpora fuſa iacentum
Raptum iter eſt, victorque moram non paſſus eundi.
Exſe-

464. *pericli* e cod. Tel. Lefeb. 472. *euntis* ex Oxon. Barthius probabat. Sic et Put. Parm. et Gryph. *eunte* in Marſi ed. Veneta.

leritatis et impetus infringunt. Exquiſitius dixit *partus veſtigia colligere* pro reperire, aſſequi.

463. Sequitur novum emblema hiſtoricum, ex medio rerum geſtarum nexu abruptum. Hannibal cum Appium Claudium Conſ. in Lucanos abeuntem inſequeretur, offendit ibi *Centenium* Centurionem, quem cum copiis omnibus fudit. v. Liv. XXV, 19. e quo loco ſingula Silius expreſſit. 466. *agreſtes ſemermemque manum*, ut Liv. l. c. *exercitum novum totum, et magna ex parte etiam tumultuarium et ſemiermem.*

468. ſeq. Poſt Centenium Fulvius ab Hannibale victus. v. Liv. l. c. cap. 21. — *non ſollertior enſe*, ſcil. quam Centenius ille. Haec ſunt ex illis Livianis expreſſa: *dux ſtultitia et temeritate Centenio par.*

470. *Genus inſignis*, maxime quia fratrem habebat Q. Fulvium Conſ. florentem et fama rerum geſtarum, et propinqua ſpe Capuae potiundae, ut ait Livius XXVI, 3. *Iuſta* autem Fulvii *arma* dicit, quatenus is, cum praetor eſſet, legitimum exercitum ducebat, cum e contrario Centenius haberet copias raptim collectas, ipſique precario commiſſas.

471. ſeq. Hannibalem, per cadavera caeſorum ruentem, nil morari ab itinere verſus Capuam inſtituto poterat, niſi Gracchi exſequiae, quas ipſe celebrabat, ut manſuetudinis famam colligeret. De Gracchi internecione et ſepultura a Fulvio Lucano facta, hiſtoria narratur Liv. XXV, 16. 17. ubi ita: *Funeris quoque Gracchi varia eſt fama. Alii in caſtris Rom. ſepultum a ſuis, alii ab Hannibale (et ea vulgatior*

Exſequiae tantum famam nomenque volentem
Mitificae mentis tenuerunt funere laeto.
Namque per inſidias (infandum!) et ab hoſpite caeſus
Colloquium et promiſſa petit dum perfida gentis
Lucanae, Gracchus, caeco circumdatus aſtu,
Occiderat, laudemque Libys rapiebat humandi.
Sed non, ut ſcitum celerare ad moenia Poenum,
Adſtabat res ulla loco. Iam Conſul uterque
Praecipites aderant; Nola vis omnis, et Arpis
Aevi floridior Fabius rapida arma ferebat;
Hinc Nero, et hinc volucres Silanus nocte dieque
Impellebat agens properata ad bella cohortes.
Vndique conveniunt, pariterque opponere cunctos
Vni ductores iuveni placet. Arduus ipſe

Tifata

474. *mitificae* Heinſius ex ſcriptis libris emendavit. Vulg. *horrificae*. Barthius coni. *rectificae*, cum in Oxon. Cod. inveniſſet *artifice*. 480. *Sat ſtabat* cum Dauſqueio Lefeb. — Heinſius coni. *reſtabat* vel *hoc ſtabat*. 482. *rabida arma ferebat* Colon. *Ferebant* ſervavit Lefeb. ex Vulg. 483. *volucris Silanus* Colon. et ſic Lef.

tior fama eſt) *tradunt in veſtibulo Punicorum caſtrorum rogum exſtructum eſſe.* — 474. *funus laetum* dicit, quia, auctore Livio cap. 17. exercitus decurrit cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſque armorum et corporum ſuae cuique genti adſuetis, ipſo Hannibale omni rerum verborumque honore exſequias celebrante. Quae addit poeta: *laudemque Libys rapiebat humandi*, nihil prope niſi verſum explent. Nam res ipſa ex antecedentibus nota erat. Caeterum iſta formula duo fere ſignificat: primum, honoris et famae gratia Hannibalem Gracchi funus curaſſe, deinde, raptim, et ὡς ἐν παρόδῳ id feciſſe. Conferantur cum hoc loco ſimilia officia Paulo Aemilio et Marcello ab Hannibale praeſtita lib. X, 559. et XV, 387. ſeqq.

479. ſqq. Summa omnium perturbatio erat, cum audiretur Hannibal verſus Capuam iter facere. Livius XXVI, 5. ait: *res nec explorata Romanis, ingentem praebuit terrorem.* 481. *Nola et Arpis*, e Campania et Apulia, ubi paulo antea Fabius Cs. pugnaverat, v. Liv. XXIV, 46. De

caete-

Tifata insidit, propior qua moenibus instat
Collis, et e tumulis subiectam despicit urbem.
Verum ubi, tot sese circumfundentibus armis,
Vallatas sociûm portas, unaque negari
Intravisse sibi, Capuaeque erumpere, cernit,
Anxius adventus, nunc ferro frangere coetum
Obstantum meditatur: init nunc avia coepto
Consilia, atque astu quaerit tot millia portis
Abstrahere artatis, cinctosque resolvere muros.
  Sic igitur secum, curasque ita corde fatigat:
Quo, mens aegra, vocas? Rursusne pericula sumam,

Non

487. *invadit* vulg. *insedit* ed. Parm. *insidit* ex Colon. 490. *unique* enim vulg. Lefeb. *unaque* et mox *Capuaeque* Barthius et Heinsius ex scriptis emendarunt. *unamque* etiam habent edd. Rom. 1. Mediol. Marf. et Mart. Herb. Mox *irrumpere* coni. Heins. 493. versum ex Colon. emendavit Modius, pro *init* legebatur *et huic* vel *et huc* in variis libris. *ardua coepto* coni. Burm.

caeteris cf. Liv. XXVI, 5. — 486. In valle occulta post Tifata montem imminentem Capuae consedit, ait Liv. l. l. — 489. seqq. singula e Livii narratione cap. 7. expressa reperies. *vallatas soc. portas*, Capuam, quae societatem cum Hannibale inierat. 492. *anxius adventus*, obscura brevitate elata formula, pro, sollicitus praesenti fortuna sua, qua ad Capuam utebatur. 493. *avia coepto*, diversa a priori consilio. Nempe cum modo placuisset Hannibali ferro et impetu in hostes irrumpere, modo mutavit consilium, et astu uti statuit. — Laborat omnis hic locus duritie quadam auribus elegantioribus et Virgilianae concinnitati adsuetis molesta.

496. seqq. Huius soliloquii Hannibalis ansam arripuit poeta ex Livii oratione XXVI, 7. *Annibal*, inquit, *abscedere inito consilio, et movere a Capua statuit castra. Multa secum, quo iam inde ire pergeret, volventi, subiit animum impetus caput ipsum belli, Romam, petendi.* — *Curas fatigat.* Proprie curae animum fatigant, ut sup. lib. VII, 302. *Quae te cura vigil fessum, germane, fatigat?* Sed nunc Hannibal *fatigat curas*, dum eas nutrit, et meditando exercet et auget. v. ad lib. I, 674. — 497. *rursusne*, ut ad Nolam, *peric. sumam*, periculo

Non aequus regione loci? Capuaque vidente
Terga dabo? an, reſidens vicini vertice montis,
Exſcindi ante oculos patiar ſocialia tecta?
Non ita me experti Fabius Fabiique magiſter
Turbatum, Heſperio cum clauſos milite colles
Evaſi victor, ſparſoſque per arva iuvencos
Iactare accenſis ſtimulavi cornibus ignes.
Haud dum omnes abiere doli. Defendere nobis
Si Capuam ereptum eſt, dabitur circumdare Romam.
  Haec poſtquam placita, et tenuit ſententia mentem,
Non exſpectato, Titan dum gurgite lucem
Spirantes proferret equos, impellit in agmen
Voce manuque viros, et coepta immania pandit:
Perge, age, vince omnem, miles, virtute laborem;
Et, quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,
Arduus accelera. Romam petis. Hoc iter Alpes,
Hoc Cannae ſtravere tibi. Eia, incute muris
Vmbonem Iliacis, Capuaeque repende ruinas;
Quam tanti fuerit cadere, ut Palatia cernas,

Et

502. Locus ab Heinſio ſic emendatus, ut Drak. edidit. Magna librorum varietas erat, *turbarum expertor*, *turb. aſperior*, vel *Heſperior*, vel *experior*. Deinde *Heſperio* in ed. Parm. reperit Heinſ. 511. pro *vince* ed. Parm. Rom. 1. et Med. *rumpe*. 514. *ſtravere* Colon. et Put. pro vulg. *ſtatuere*.

riculo me exponam, *non aequus*, impar Romanis, opportuniori in loco ſitis. — 501. Color orationis e Virgilio hauſtus Aen. XI, 396. *Non ita me experti Bitias et Pandarus ingens, Et quos mille die victor ſub tartara miſi.* Caeterum Hannibalem a Fabio in agro Falerno clauſum, et dolo reperto elapſum, ſupra vidimus lib. VII, 272. ſeq. et 310. *victorem* autem ſe dicit Hannibal, non quod tum Fabium vicerit, ſed quatenus ſtratagema tum ſibi ex animi ſententia ceſſit, adeoque compos voti factus eſt, gr. ὁ ἐπιτυχών, ut ſaepe apud Virgilium *victor* eo ſenſu dicitur.

509. *impellit in agmen* pro vulg. convocat, militum concionem facit. 515-17. Operae pretium eſt, Capuam perdere, ut Roma potiamur. *Demigrantem Ton.* dixit ex ſuperſtitione vetere, qua Dii ex urbibus victis et captis emigrare

Et demigrantem Tarpeia ſede Tonantem.
Inſtincti glomerant greſſus. Roma auribus haeret,
Roma oculis. Creduntque ducis ſollertibus actis
Aptius id coeptum, quam ſi duxiſſet ab ipſo
Fatali Aeneadis campo. Vulturna citata
Tranſmittunt alno vada, poſtremique relinquunt
Tardandis Italis corruptas igne carinas.
Tum Sidicina legunt pernicibus arva maniplis,
Threïciamque Calen, veſtras a nomine nati,
Orithyïa, domos. Hinc Alliſanus Iaccho
Haud inamatus ager, Nymphiſque habitata Caſinis
Rura

517. *demigrantem* Modius repoſuit pro *denigrantem*, quod tamen Dauſq. tuebatur, qui inſuper coniiciebat *de nigranti* vel *et de Tarp. nigrantem ſede*, gr. νεφεληγερέτην, ut ap. Virg. Aen. VIII, 353. — 518. *inſtincti* e ſcriptis. *inſtructi* vulg. inde a Marſo. 522. *alvo* vulg. Dauſq. etiam *alveo*. Heinſius coniiciebat *cavata alno*. 527. *inaratus* vulg. quod a Marſo ortum Dauſqueius fruſtra defendit. *Caſinis* e Colon. pro vulg. *Caſini*.

grare credebantur. v. interpr. ad Virg. A. II, 351. et Geſn. ad Claud. Eutrop. lib. II, 296. et ſup. lib. II, 593. — *inſtincti*, incenſi, incitati voce Hannibalis. cf. lib. VIII, 244. Sequitur exquiſita ratio militum applauſus ſignificandi, *Roma aur. h. Roma oculis.* At quam tenuis et diluta ſententia eſt, *credunt ducis* etc. Laudant milites Hannibalem, quod nunc demum, nec ſtatim poſt pugnam Cannenſem Romam petere inſtituerit. Quis, quaeſo, nunc hanc militum ſententiam deſideret? Aptior ea erat tranquillae deliberationi, quam huic tempori, quo cuncti ardore Romani vincendi flagrant. Contrariam adeo Livius Hannibalis et militum ſententiam adfert lib. XXVI, 7. *Cuius rei* (ſc. Romam petendi) *ſemper cupitae occaſionem praetermiſſam poſt Cannenſem pugnam et alii vulgo fremebant, et ipſe non diſſimulabat.*

521. ſeqq. Vulturno fluv. traiecto, verſus Romam procedunt. Hoc iter per partes, poetica ratione deſcribit Silius, ſingulis urbibus lociſque, ad quae pervenerunt, indicandis, ſequutus in ea re Livium ſuum l. c. cap. 9. ſeq. Iam ſingula videamus. *Corruptas igne carinas* Livius diſerte narrat. *Fulvium*, inquit, *Vulturnus tenuerat amnis, navibus ab Hann. incenſis.* — De Sidicino

Rura evaſtantur: mox et vicinus Aquinas,
Et, quae fumantem texere giganta, Fregellae
Agmine carpuntur volucri. Fert concitus inde
Per iuga celſa gradum, duris qua rupibus haeret
Bellator Fruſino, et ſurgit ſuſpenſa tumenti
Dorſo frugiferis Cerealis Anagnia glebis.
Iamque adeo eſt campos ingreſſus et arva Labici,
Linquens Telegoni pulſatos ariete muros,
Haud dignam inter tanta moram. Nec amoena retentant
Algida, nex iuxta Iunonis tecta Gabinae.
Praeceps ad ripas immani turbine fertur,
Sulfureis gelidus qua ſerpit leniter undis
Ad genitorem Anio, labens ſine murmure, Thybrim.
Hic ut ſigna ferox dimenſaque caſtra locavit,

F 2 Et

dicino et *Cale* v. lib. VIII, 513. Ibidem 529. de *Allifis*, cuius oppidi ager *Iaccho haud inam.* ob vini proventum. Ita Horat. Od. II, 6. 18. *Aulon Baccho amicus*, et Satyr. II, 8. 39. *Allifani calices* laudantur. — 528. *Caſinum* opp. in Volſcorum et Campaniae finibus, trans Lirim ſitum, unde *Nymphas Caſ.* dicit. 529. *Fregellas* ad Lirim fl. in regione bituminis et ſulphuris plena ſitas indicans, *fumantem texiſſe giganta* prodit, de quo phantaſmate diximus ad lib. VIII, 540. ſq.

530 - 35. Hinc per Fruſinatem et Anagninum agrum in Labicanum venit. Ita Livius l. c. cap. 9. f. — *per iuga celſa*, inter Fregellas et Fruſinum ſita. De *Anagnia* v. lib. VIII, 394. Nunc poetico ornatu *ſuſpenſam tumenti dorſo*, ut in ſaxis Hernicis exſtructam et *Cerealem*, frugiferam, dicit. 535. *linquens Tel.* Tuſculum a Telegono conditam urbem. v. ad lib. VII, 692. — *tecta Iun. Gab.* Gabios, ad lacum Regillum, ſupra Labico, ſitum oppidum, ubi Iuno colebatur.

538 - 41. Deinde ad Anienum fluv. qua Tiberim influit, caſtra ponit. Novum fere eſt, quod *leniter ſerpere* illum fluvium poeta dicit, cum alii rapidum, praecipitemque prodiderint, ut Horat. lib. I. Od. 7, 13. Ovid. Am. III. et VI, 45. *Sulfureas undas* malim ad colorem aquae referri, pro flavas, luteas, qui colores ſaepe fluminibus, et Tiberi inprimis tribuuntur, praeſertim cum idem Anio *gelidus* dicatur. v. ſup. lib. VIII, 402.

Et ripas tremefecit eques, perterrita pulſis
Ilia prima vadis ſacro ſe coniugis antro
Condidit, et cunctae fugerunt gurgite Nymphae.
At matres Latiae, ceu moenia nulla ſuperſint,
Attonitae paſſim furibundis greſſibus errant.
Ante oculos aſtant lacerae trepidantibus umbrae,
Quaeque gravem ad Trebiam, quaeque ad Ticina fluenta
Oppetiere necem, Paullus Gracchuſque cruenti,
Flaminiuſque ſimul, miſeris ante ora vagantur.
Clauſit turba vias. Stat celſus et aſper ab ira,
Ingentemque metum torvo domat ore Senatus.
Interdum tamen erumpunt ſub caſſide fuſae
Per tacitum lacrimae: quidnam Fortuna minetur,
Quidve parent Superi? Pubes diſperſa per altas
Stat turres, atque huc ventum ſub corde volutat,
Vt iam Roma ſatis credat defendere muros.
Poenus ut ad ſomnos vix totam curſibus actae
Indulſit pubi noctem, vigil ipſe, nec ullam
Ad requiem facilis, credenſque abſcedere vitae,
Quod ſopor eripiat, tempus; radiantibus armis
Induitur, Nomadumque iubet prorumpere turmas.
Inde, levis frenis, circum pavitantia fertur
Quadrupedante ſono perculſae moenia Romae.

Nunc

542. Notum phantaſma poeticum, terror Nympharum ex fluvio turbato, inprimis hoſtium adventu, de quo v. lib. VII, 410. ſeq. — *Ilia* Rhea poetis dicta, ab Ilio Troiae. Hanc Anieni fluvio nuptam fabulati ſunt poetae, quia Ennio auctore, Amulii iuſſu, ob ſacerdotium Veſtae violatum, in Anienem demerſa fuit. v. interpr. ad Horat. Od. 2. lib. I. ubi ad eandem fabulam adluditur.

545. ſq. Mulierum Romanarum ex hoſtium adventu trepidatio deſcribitur. cf. Liv. XXV., 9. cuius elegans gravitas mihi nunc multo magis, quam ornatus Silianus, arridebat. 557. Eo iam redacta Roma videbatur, ut nihil ei reliquum eſſet, niſi muros defendere.

558. ſqq. Hannibal urbem contemplatur. cf. l. I cap. 10. Variis ſententiis poeta locum ornavit, quae vim poeticam

habent,

Nunc aditus luſtrat, clauſas nunc cuſpide pulſat
Infeſta portas, fruiturque timore paventum.
Nunc, lentus celſis aſtans in collibus, intrat
Vrbem oculis, diſcitque locos, cauſaſque locorum.
Ac legeret viſu cuncta, et penetraret in omnes
Spectando partes, ni magno turbine adeſſet
Fulvius, haud tota Capuae obſidione relicta.
Tum demum caſtris turmas inflexit ovantes,
Spectata, ductor, ſatiatus pectora Roma.
  Atque, ubi nox depulſa polo, primaque rubeſcit
Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores,
Effundit rupto perſultans agmina vallo,
Et quantum clamare valet, Per plurima noſtra,
O ſocii, decora et ſacras in ſanguine dextras,

567. pro *lentus*, quod ex membranis reſtituerunt Barth. et Heinſ. vulg. *laetus*. 572. *ſuffixit* vel *ſuffexit* a Nicandro et Gryphio. *inflexit* e libris vett. Heinſ. Oxon. *influxit*. Burman. coni. *ſubduxit*. 573. *ſpectanda* e Cod. Put. Lefeb. 577. *veſtra* Heinſ. probante Drakenb. ut per ſuam ipſorum famam et gloriam milites hortetur Hannibal. 578. *ſaturatas ſanguine* coni. Heinſ. *ſatiatas* Drakenb.

habent, quamvis in nonnullis, ut ſolet, luxuriatur. Ita, cum *levis frenis* Hannibal dicitur, quae celeritatis vel artis laus nunc aliena videtur. Deinde quam arguta doctrina eſt, qua dicit *quadrupedante ſono ferri* pro obequitari. Caetera, quae ſequuntur, melioris indolis eſſe ſentio. — 567. *lentus adſtans*, lento obtutu, ut admirabundus, colles contemplans. v. ad lib. II, 639. — 568 *diſcitque* — — *locorum*; explicari ſibi loca quaeque, et unde ſingula nomen acceperint, iuſſit. Ita bene Marſus.

571. *Fulvius*, Q. Fulv. Flaccus, qui ex SConſulto Capuae obſidionem reliquerat. Liv. cap. 8. 9. et 10. — *haud tota*, nam duces cum magna militum copia remanſerunt. Liv. cap. 8. f.

574. ſeq. Poſtero die illuceſcente Hannibal copias educit, et ad virtutem admonet. v. Liv. XXVI, 11. Singula poeticis coloribus ornata ſunt. *effundit*, nota metaphora pro educit. — 578. *per ſacras in ſ. d.* dura brevitate dictum pro, per dextras veſtras ſanguine hoſtium fuſo venerabiles. *Vobis ite pares*, tuemini

Vobis ite pares, et tantum audete ſub armis,
Quantum Roma timet. Reliquam hanc exſcindite molem;
Nil, quod vincatis, toto reſtabit in orbe.
Neu populi vos Martigenae tardarit origo;
Intratam Senonum capietis millibus urbem,
Aſſuetamque capi. Fortaſſe curulibus altis,
Iam vos, exemplo proavorum, ad nobile letum
Exſpectant de more ſenes, mortique parantur.
Talibus hinc Poenus: ſed contra Oenotria pubes
Non ullas voces ducis aut praecepta requirit.
Sat matres ſtimulant, natique, et cara ſupinas
Tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum.
Oſtentant parvos, vagituque incita pulſant
Corda virûm, armatis infigunt oſcula dextris.
Ire volunt, et pro muris opponere denſi
Pectora, reſpectantque ſuos, fletumque reſorbent.
Vt vero impulſo patefactae cardine portae,
Et ſimul erupit motis exercitus armis,
Funditur immixtus gemitu precibuſque per altos
Ad coelum muros plangor, ſparſaeque ſolutis
Cri-

579. *votis ite* a Nicandro, quem alii ſecuti ſunt. 582. *ne pop.* Colon. et ſic Leſeb. 585. *ac nob.* cum vulg. Leſeb. *ad* e Colon 587. *hic* vulg. pro *ſed contra* Putean. *contraque.* 592. *defigunt* Put. 596. *motis* e Colon. vulg. *innctis.*

priſtinam virtutem veſtram. 582. *Martigenae* ab Aenea Veneris et Martis filio. Vnde Aeneadae ſaepe dicti Romani, et Venus Aeneadum genitrix Lucretio I, 1. — 583. ſeq. Romam a Gallis captam proponit, ex Liv. V, 41. quem locum poeta expreſſit: *Romae ſatis iam omnibus ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domos regreſſa, adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectabat. Qui eorum curules geſſerant magiſtratus, ut in fortunae priſtinae honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quae auguſtiſſima veſtis eſt tbenſas ducentibus, triumphantibuſve, ea veſtiti medio aedium eburneis ſellis ſedere.* cf. Flor. I, 13.

589. ſeq. Scena miſerationis plena, e Livio XXVI, 9. adumbrata, at paulo abſolutior.

Crinibus exululant matres, atque ubera nudant.
Fulvius antevolans agmen, Quis nesciat, inquit,
Non sponte ad nostros Poenum venisse penates?
A portis fugit Capuae. Subnectere plura
Conantem tristis coeli cum murmure vasto
Turbavit fragor, et subita de nube procellae.
Iupiter, Aethiopum remeans tellure, minantem
Romuleo Poenum ut vidit succedere vallo,
Coelicolis raptim excitis, defendere tecta
Dardana, et in septem discurrere iusserat arces.
Ipse e Tarpeio sublimis vertice cuncta,
Et ventos simul, et nubes, et grandinis iras,
Fulminaque, et tonitrus, et nimbos conciet atros.
Concussi tremuere poli, coelumque tenebris
Clauditur, et terras caeco nox condit amictu.
Instat tempestas oculis, hostique propinquo
Roma latet. Iactae in turmas per nubila flammae
Stridorem servant, membrisque insibilat ignis.

 Hinc

600. *quis nescius* Putean. 609. pro *cuncta* Lefeb. edidit *nutu*, nulla auctoritate adiecta, praeter similem locum vers. 724. Heins. coni. *iuncta simul*. 611. *concitat* pro *conciet* Put. 612. *concussu* ed. Rom. 1. et Mediol.

ior. Qui Silium morosius fastidiunt, his talibus locis immorentur velim. — 601. *Non sponte* h. e. expulsum e Capua. Ergo, Fulvius innuit, non timendus est hostis, qui veluti in fuga versatur. Brevis, at apta tempori et efficax admonitio est.

603. sqq. Describitur tempestas, quae pugnam Hannibalis et Roman. diremit, auctore Livio XXVI, 11. Neque oblitus est poeta colorum epicorum, quibus locum amplificaret. Ergo non solum singula tempestatis phaenomena per partes recenset, sed inprimis Deorum operam adfert, quibus Iupiter defendendae Romae certas partes tribuit. Iovem *ab Aethiopibus remeantem* inducit exemplo Homeri, qui Deos quotannis ad Aethiopes proficisci, ut ibi epulis et sacrificiis solennibus interessent, commentus est. cf. Il. α, 423. Odyss. α, 22. Diod. Sic. I, 97. — 608. *in septem disc. arces*. At quam indigne de Diis! — In sequenti tempestatis imagine poeta

Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuſcis Africus alis
Bella movent, quantis animos et pectora poſſint
Irati ſatiare Iovis. Fluit agmen aquarum,
Turbine confuſum piceo et nigrante procella,
Atque omnes circa campos ſpumantibus undis
Involvit. Celſus ſummo de culmine montis
Regnator Superûm ſublata fulmina dextra
Libravit, clypeoque ducis, non cedere certi,
Incuſſit. Summa liquefacta eſt cuſpis in haſta,
Et fluxit, ceu correptus fornacibus, enſis.
Ambuſtis ſed enim ductor Sidonius armis
Siſtebat ſocios, et caecum e nubibus ignem,
Murmuraque a ventis miſceri vana docebat.
Tandem poſt clades ſociûm coelique ruinam,
Non hoſte in nimbis viſo, non enſe, referri
Signa iubet caſtris, maeſtaſque reſuſcitat iras.
Ventis debebis nimirum hiemiſque procellis
Vnum, Roma, diem. Sed non te craſtina nobis
Lux unquam eripiet; deſcendat Iupiter ipſe
In terras licet. Infrendens dum talia fatur,
Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe,
Purgatuſque nitet diſcuſſis nubibus aether.
Aeneadae ſenſere Deum, teliſque repoſtis

Sum

619. *ruit agmen* coni. Heinſ. 636. *infrendens* ſcripsi e Rom. 2. In Rom. 1. Mediol. Beneſ. *accenſus*. In Oxon. vitioſ *miſcendis*.

poëta e Virgilio maxime colores hauſit. cf. Aen I, 85. ſq. IV, 160. ſq. et inprimis Georg. I, 320. ſq. — 617. De *fuſcis alis* ventorum vid ad lib. III, 524.

628. *ſiſtebat* a pugna revocabat, et *docebat coecum ignem* etc. vana, inania eſſe fulmina iſta. Manifeſte imitatus eſt poeta orationem Iarbae apud Virgil. A. IV, 209. *caecique in nubibus ignes terrificant animos et inania murmura miſcent?*

637. 38. Livius l. c. cap 11. *ubi recepiſſent ſe in caſtra mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur.* Haec poetic enunciantur. *iubar* ſc. ſolis exemplo Virgil. Aen IV, 130 *axis* pro coelo, ut inf. v. 665 *ſerenatus Olympus*.

639. *ſenſere Deum*, intellexerunt numine divino, Iove

qu

Summiſſas tendunt alta ad Capitolia dextras,
Et feſta cingunt montis penetralia lauro.
Tum vultus, modo non parvo ſudore madentes,
Nunc laetos Iovis aſpectant: Da, ſumme Deorum,
Da, pater, ut ſacro Libys inter proelia telo
Concidat. Haud alia potis eſt occumbere dextra.
Sic adeo orantes preſſere ſilentia, poſtquam
Abſtulerat terras nigrantibus Heſperus umbris:
Quem, ſimul attollens rutilantem lampada, Titan
Obruit, et vitae rediit mortalibus uſus,
Poenus adeſt, nec ſe caſtris Oenotria pubes
Continet. Haud dum enſes ſtricti, mediumque iacebat
Tantum ad bella loci, quantum tranſmittere iactae
Sufficerent haſtae, cum fulgor hebeſcere coeli
Per ſubitum coepit, denſaeque ſubire tenebrae;
Atque dies fugere, atque armari ad proelia rurſus
Iupiter. Incumbunt venti, craſſuſque, rotante
Auſtro, nimborum fervet globus. Intonat ipſe,

650. *clauſtris* coni. Burm. quia non in caſtris, ſed in urbe erant Romani. 654. pro *ſubire* idem Burm. coni. *redire*, quia eodem verſu ſimilis vox legatur *ſubitum*.

que propitio haec fieri. Eo pertinent *vultus Iovis laeti*, contrarii *ſudori*, quo antea ſimulacrum Iovis maduerat, noto portento, in rebus triſtibus, de quo v. ad lib. I, 98. — 644. *ſacro telo*, fulmine tuo.

646. Variatae deſcriptiones noctis ingruentis, et ſequentis diei illuceſcentis. Colores quis ignoret? *Titan Heſperum obruit*, luce ſua obſcurat, *attollens lamp.* graphice, proferens lucem. Virgilio *Titan extulit ortus* Aen. IV, 119. Caeterum omnis locus reſictus eſt ex his Livianis cap. 11. *Poſtero die eodem loco acies inſtructas, eadem tempeſtas diremit.* — 651. *medium iacebat* etc. Vtraque acies eo iam progreſſa erat, ut haſtae iactae ſpatium intereſſet. Iam in tempeſtatis inſtauratae imagine expende artem non contemnendam poetae colores variandi, quae eſt pars ingenii Siliani maxime inſignis et ferax. 656. *incumbunt*, ingruunt, exemplo Virgil. Aen. I, 84. — *nimborum ferv. globus*,

Quo tremat et Rhodope, Taurusque, et Pindus, et Atlas.
Audivere lacus Erebi, mersusque profundis
Agnovit tenebris coelestia bella Typhoeus.
Invadit Notus, ac, piceam cum grandine multa
Intorquens nubem, cunctantem et vana minantem
Circumagit, castrisque ducem succedere cogit.
Verum ubi depositis sepsit sese aggere telis,
Laeta serenati facies aperitur Olympi,
Nullaque tam mitem credas habuisse Tonantem
Fulmina, nec placido commota tonitrua coelo.
Durat, et affirmans non ultra spondet in ipsos
Venturam crebroque diem, modo patria virtus
In dextras redeat, nec Romam exscindere Poeni
Credant esse nefas. Vbi nam tunc fulmina tandem
Invicti latuisse Iovis, cum sterneret ensis
Aetolos campos? ubi, cum Tyrrhena natarent
Stagna cruore virûm? Pugnat pro moenibus, inquit,
Si

658. *quod tremat* e Col. Put. Rom. 2. edidit Lef. 660. pro *bella* in Cod. Tel. *regna.* 662. *conantem* e Nicandro vulg. In scriptis *cunctantem.* 668. *obfirmans* coni. Heins. quam etiam Cortius mihi ad marginem notavit. 669. versus variis doctorum virorum coniecturis tentatus. In Coloniensi erat *venturam crebra diem.* Barthius coni. *vent. retroque luem.* Heinsius ita: *saevituram aethrae rabiem*, vel *venturam hunc aethrâ rabiem.* Dausq. *ventorum e coelo rabiem*, vel *venturam coelo rabiem.* Vnde Lefeb. edidit *venturam coeli rabiem.* Cortius ad marginem Silii notavit, *ventorum restare diem*, viri docti, haud dubie Livineii, coniecturam. In tanta opinionum inconstantia non ausus sum quicquam mutare in contextu Drakenborchiano, praesertim cum de sensu non laborarem. Vna vox *crebroque* mihi suspecta est. 672. *latuisse* ex Colon. pro vulg. *iacuisse.*

bus, exquisite de fulminibus ex crassis nubibus emicantibus. Forte in mente habuit Virgil. Ge. 1. 455. *Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis fervere;* quamvis in hoc loco non necessario fulmina cogitari debent.

668 - 71. Spernens irata numina Hannibal spondet militibus suis, si modo fortes futuri sint, similem diem in posterum nunquam rediturum esse. Non poterat superba impietas hominis luculentius et invidiosius adumbrari. Scilicet artem nunc poetae, non rei dignitatem exploramus. —
Ad

ector Superûm tot iactis fulmine telis,
r tot motus cur me contra arma ferentem
ixisse piget? Ventis hiemique fugaces
ga damus. Remeet, quaeso, mens illa vigorque,
vobis, cum pacta Patrum, cum foedera adessent,
grare acies placitum. Sic pectora flammat:
nec equûm Titan spumantia frena resolvit.
nox composuit curas, somnusve frementem
us adire virum, et redeunt cum luce furores.
sus in arma vocat trepidos, clypeoque tremendum
epat, atque armis imitatur murmura coeli.
Vt vero accepit, tantum confidere Divis
onios Patres, summissaque Baetis ad oras
ilia, et noctu progressum moenibus agmen:
agitare fremens obsessos otia, iamque
uram Hannibalis Romam, violentior instat.
que propinquabat muro, cum Iupiter aegram
onem alloquitur curis, mulcetque monendo:
lane Sidonio iuveni, coniuxque sororque
a mihi, non ulla unquam sine fine feroci
des frena viro? Fuerit delere Suguntum,
Exac-

675. *fulminis alis* coni. Heins. — Burmann. ita: *tot tactis fulmine telis, Inter tot mortes* etc. 681. *resolvat* ed. Parm. Mediol. et Rom. 1. 689. *tamque* coni. Heins. *namque* Colon.

vers. 681. vid. lib. VI, 1- Nota imago est noctis uentis. — 684. *clipeo epat*, pro, clipeum moquatit, rotat. Virgilia- ormula ex Aen. XII, 332. *vors clipeo increpat*, ubi vid. Heynio notata.

86. sqq. Livius XXVI, 11. *uit spem Hannibalis magna res, quod cum ipse ad moe- urbis Romae armatus sede- , milites sub vexillis in supplementum Hispaniae profectos audivit. His motus ad Tutiam fluvium castra retulit.* Ita Livius. Sed poeta, ut occasio nasceretur Iovem cum Iunone sua in scenam producendi, a Livii ratione deflectens, Hannibalem dicit, cum securam Romam animadvertisset, *violentiorem institisse.* Ergo nunc Iupiter apparet, Iunonem orans, ut Hannibalem compescat, atque a Roma abstrahat.

Exaequare Alpes, imponere vincula ſacro
Eridano, foedare lacus. Etiamne parabit
Noſtras ille domos, noſtras perrumpere in arces?
Siſte virum. Namque, ut cernis, iam flagitat ignes,
Et parat accenſis imitari fulmina flammis.
His dictis, grates agit, ac turbata per auras
Devolat, et prenſa iuvenis, Saturnia, dextra,
Quo ruis, o vecors? maioraque bella capeſſis,
Mortali quam ferre datum? Iuno inquit, et atram
Dimovit nubem, veroque apparuit ore.
Non tibi cum Phrygio res Laurentive colono,
En, age, (namque, oculis amota nube parumper,
Cernere cuncta dabo) ſurgit qua celſus ad auras,
Aſpice, montis apex, vocitata Palatia regi
Parrhaſio plena tenet et reſonante pharetra,
Inten-

698. *prorumpere* Put. 710. *plena, tumet, en,* edidit Lefeb. e Cod. Tel. qui tamen *pl. t. et.* Sed illud *en* valde amat Lefeb.

hat. — 695. *fuerit*, fas, conceſſum fuerit, ut plenius dixit ſup. lib. VI, 604. qui locus omnino ob ſimilitudinem quandam comparandus eſt. — 696. *imponere vincula Erid.* quod alibi *claudere* cadaveribus dixit ad Trebiam fuſis, quibus flumina illa ita repleta ſunt, ut ſtagnarent, nec profluere aqua poſſet. Marſus tamen de ponte explicat, cuius ope Eridanum tranſierit.

701. *grates agit* Iuno Iovi. Cur? Nempe Iunoni intererat Hannibalem, cui favebat, a periculo liberari. Ergo grates agit Iovi, quod Hannibalem coercendi, atque ita Iovis irae eripiendi occaſionem ſibi dederit. Hoc certe Silius in mente habuerit neceſſe eſt. — 705. *nubem atram*, caliginem ſ. nubeculam denſam, qua involuta erat. 706. ſequitur mira oratio Iunonis, quae ut Hannibalem a conſilio Romae oppugnandae deterreat, ſeptem ei montes monſtrat, cum Deorum, qui unicuique praeſideant, recenſione. Omnis hic locus reſictus ex Virgil. Aen. II, 604 ſq. ubi Venus Aeneam ſimilibus argumentis ad fugam e Troia capeſſendam permovere ſtudet. v. ibi Heyn. — 709. mons Palatinus, in quo Palatium *regis Parrhaſii*, Evandri Arcadis a Parrhaſio monte, vel Parrhaſia opp. Arcadia

Intenditque arcum, et pugnas meditatur Apollo.
At, qua viciuis tollit ſe collibus altae
Molis Aventinus, viden', ut Latonia virgo
Accenſas quatiat Phlegethontis gurgite taedas,
Exſertos avide pugnae nudata lacertos?
Parte alia, cerne, ut ſaevis Gradivus in armis
Impleerit dictum proprio de nomine campum.
Hinc Ianus movet arma manu, movet inde Quirinus,
Quiſque ſuo de colle Deus. Sed enim aſpice, quantus
Aegida commoveat nimbos flammaſque vomentem
Iupiter, et quantis paſcat ferus ignibus iras.
Huc vultus flecte, atque aude ſpectare Tonantem,
Quas hiemes, quantos, concuſſo vertice, cernis
Sub nutu tonitrus! Oculis qui fulgurat ignis!
Cede Deis tandem, et Titaniā deſine bella.
Sic effata, virum indocilem paciſque modique,
Mirantem Superûm vultus et flammea membra,
Abſtrahit, ac pacem terris coeloque reponit.
  Reſpectans abit, et caſtris avulſa moveri
Signa iubet ductor, remeaturumque minatur.
Redditur exemplo flagrantior aethere lampas,
Et tremula infuſo reſplendent caerula Phoebo.
At procul e muris videre ŭt ſigna revelli
Aeneadae, verſumque ducem; tacita ora viciſſim
Oſtentant, nutuque docent, quod credere magno
Non audent haerente metu; nec abire volentis,
Sed

724. *fulguret* vulg. 736. *volentem* Put. *volentes* vulg. praeter Marſi editt. quae cum Colon. *volentis*.

diae. De his dictum ad lib. VI, 627. ſqq. — 716. 17. Campus Martius. 718. Ianiculus et Quirinalis. 721. *Iupiter*, ex monte Capitolino.

727. *flammea membra* ad oculos inprimis referenda, qui flammei et flammantes dici poetis ſolent in iratis et atroci vultu conſpicuis. *reponit*, reſtituit. Ad verſ. 732. v. lib. II, 663.

733. ſeqq. Egregius locus expreſſa veritate naturae. Romani Hannibalem abeuntem vident. Iam reſpirant, idque primum

Sed fraudem inſidiaſque putant, et Punica corda:
Ac tacitae natis infigunt oſcula matres,
Donec procedens oculis ſeſe abſtulit agmen,
Suſpectoſque dolos demto terrore reſolvit.
Tum vero paſſim ſacra in Capitolia pergunt,
Inque vicem amplexi permixta voce triumphum
Tarpeii clamant Iovis, ac delubra coronant.
Iamque omnes pandunt portas; ruit undique laetum,
Non ſperata petens dudum ſibi gaudia, vulgus.
Hi ſpectant, quo fixa loco tentoria regis
Aſtiterint: hi, qua celſus de ſede vocatas
Affatus fuerit turmas: ubi belliger Aſtur,
Atque ubi atrox Garamas, ſaevuſque tetenderit Hannon.
Corpora nunc viva ſparguntur gurgitis unda:
Nunc Anienicolis ſtatuunt altaria Nymphis.
Tum feſtam repetunt, luſtratis moenibus, urbem.

743. *coronant* e ſcriptis et vett. editt. Vulgo male *decorant*.
749. *Hannon* e ſcr. et ed. vett. Alii male *Ammon* poſt Marſum.
752. *feſta* vulg. a Marſo. *feſtam* e ſcr. et editt. vet.

primum vultu et ore taciti ſignificant. Nam *metus baeret* adhuc in animis, et fraudis ſuſpicionem alit. Senſim tollitur timor, ſublato ex oculis hoſte. Tum demum laetabundi ſacris faciundis vacant. 743. *delubra coronant*, coronis, ſertis, frondibus in delubrorum poſtibus ſuſpenſis. Virg. A. II, 248. *Nos delubra — feſta velamus fronde.* v. ſup. verſ. 641.

744. ſqq. Locus omnis adumbratus ad imitationem Virg. A. II, 27. ſq. Dilutam verbis gravitatem Maronianam ſentient, qui comparare utrumque velint. At iniquior profecto erat *Clemens* (Eſſai critique T. I. p. 58.) quod in ſingulis verbis Silium carpebat. — 750. *viva unda*, fluviali, ut *vivum flumen* Virg. Aen. II, 719. Solenne genus luſtrationis, quod preces et ſacrificia praecedebat. Exempla in Virgilio paſſim obvia. cf. Aen. IV, 635.

C. SILII



C. SILII ITALICI PVNICORVM LIBER XIII.

ARGVMENTVM.

Roma profectus Hannibal ad Tutiam flumen castra locat, et cum Romam reverti constituisset, Dasii cuiusdam transfugae monitis deterritus, ad lucum Feroniae pergit, eiusque templum spoliat. Hinc in Bruttios proficiscitur. Interea Fulvius Capuae copias suas admovet, urbemque, fausto omine accepto, cum tormentis vineisque aggredi instituit. Hic Taurea quidam, ex urbe egressus, Claudium ad certamen singulare provocat; sed mox Claudii virtutem minasque metuens in urbem confugit. Quem insecutus ille per mediam urbem penetrans, Romanorum animos ad similem impetum incendit. Ergo cuncti in urbem irrumpunt. Fulvius Numitorem, qui cum duobus fratribus excubias agebat, occidit. Scipio Virrium cum agmine ex urbe educto caedit. Calenus Marium saxo percellit, at mox a Scipione mortem amici ulturo interficitur. Ascanium Volesus obtruncat. Interea Campani obsidionem diutius non ferentes, urbem Romanis tradi cupiunt. Virrius senator Camp. dissuadens id consilium cum aliis in rogum ascendit. Posthaec porta urbis aperitur. Deliberantes de Capua Romanos vicit sententia, urbi parcendum esse. Capua recepta Fulvius Milonem, qui primus muros escenderat, corona murali donat: sontes securi subiicit: Tauream ense caedit. Scipio Puteolis degens cum audivisset patruum et patrem in Hispania occubuisse, dolore perculsus, umbras illarum videre et alloqui cupit. Itaque ad antrum Cumanum pergens, ibique ab Autonoe sacerdote edoctus, sacris rite factis, in Tartarum descendit, ubi illas umbras conveniens ex Sibylla vitae futurae fata accipit. Eadem deinde Scipioni

pioni omnem Tartarum explicat et umbras recenſet. Loquitur Scipio cum matre, patre et patruo. Videt Paulum, Flaminium, Servilium, Gracchum; deinde veteres Brutum, Camillum, Curium, Hamilcarem, Alexandrum, Croeſum, Homerum, Hectorem etc. Mox feminarum manes, Laviniam, Herſiliam, Tanaquilam, Lucretiam, Virginiam, Cloeliam. Monſtrantur etiam, qui ſint in crimine, manes, ut Tullia, Tarpeia virgo. Poſtremo Sibylla Hannibalis fata Scipioni ſciſcitanti praedicit.

SEGNE iter emenſo vix dum Tarpeia videri
Culmina deſierant; torvos cum verſus ad Vrbem
Ductor Agenoreus vultus, remeare parabat.
Caſtra locat, nulla laedens ubi gramina ripa
Tutia deducit tenuem ſine nomine rivum,
Et tacite Tuſcis inglorius affluit undis.
Hic modo primores ſociûm, modo iuſſa Deorum,
Nunc ſeſe increpitat. Dic, o! cui Lydia caede
Creverunt ſtagna, et concuſſa eſt Daunia tellus
Armorum tonitru, quas exanimatus in oras
Signa refers? Qui mucro tuum, quae lancea tandem
Intravit pectus? Si nunc exſiſteret alma
Carthago ante oculos, turrita celſa figura,
Quas abitus, miles, cauſas, illaeſe, dediſſes?

„Imbres,

2. *torvo vultu* ed. Mediol. 4. *radens* coni. Heinſ. Sed vid. nott. 5. *Tutia* verior lectio videbatur ex Cod. Oxon. Putean. et Rom. 1. confirmata etiam Cod. Pel. et Rom. 2 Lefeb. Eandem Sigonius in Liv. XXVI, 11. reſtituit ex Codd. et Cluv. Ant. It. II, cap. 10. p. 710. pro vulg. *Turia.*

1-6. Reverſus a Roma Hannibal ad Tutiam flumen caſtra locat. — Haec ornantur. cf. Liv. XXVI, 11. *Tutiam tenuem ſ. n. rivum* appellat, ut valde exiguum et obſcurum; *nulla ripa*, ripam nullam fingens, et plano ſere campo rivuli inſtar profluens, ideoque *gramina laedens.* vid. var. Lect.

7. *iuſſa Deorum* h. e. Deos immiſſa tempeſtate coepta Hannibalis interrumpentes. cf. lib. XII, 625. ſq. — 14. *abitus* ſcil. a Roma oppugnanda. *Illae-*

„Imbres, o patria, et mixtos cum grandine nimbos
Et tonitrus fugio.“ Procul hanc expellite gentis
Femineam Tyriae labem, niſi luce ſerena
Neſcire ac liquida Mavortem agitare ſub aethra.
Terror adhuc inerat Superûm, ac redolentia in armis
Fulmina, et ante oculos irati pugna Tonantis.
Parendi tamen, et cuicunque incumbere iuſſo
Durabat vigor, ac, ſenſim diffuſus ad aures,
Signa reportandi creſcebat in agmine fervor.
Sic, ubi perrupit ſtagnantem calculus undam,
Exiguos format per prima volumina gyros,
Mox, tremulum vibrans motu gliſcente liquorem,
Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes;
Donec

15. *grandine* Modius ex ſcriptis poſuit pro vulg. *ſanguine*. 16. *genti Tyriae* coni. Drakenb. 21. *cuique* Lefeb.

Illaeſum militem, acerba cum ironia, ignavum appellat et timidum, qui modo hoc agebat, ut incolumis et illaeſus evaderet. Etiam ſequentia, *imbres — fugio*, quibus milites loquentes inducuntur, acrem irriſionem habent. Turpe enim eſt, milites imbre et tonitru terreri. — 17. *Femineam labem — neſcire* etc. Haec iunge hoc ſenſu: pudeat vos ignaviae muliebris, quae non niſi ſerena et hilari tempeſtate pugnare audet. *liquida aethra*, clara, ut aerem, noctem, aeſtatem liquidam Virgilius paſſim, Georg. IV, 59. Aen. VI, 202. X, 272.

19 - 24. Quamvis adhuc pavebant milites, tamen Hannibali parebant, ſenſimque pugnae inſtaurandae cupiditas animis creſcebat. — *redolentia fulm.* quia ſupra poeta finxerat arma fulminibus aduſta lib. XII, 622. ſq. — 24 - 29. Comparatio ad hanc ſolam ſententiam ornandam pertinet: creviſſe ſenſim ardorem pugnandi. Siſtitur igitur imago aquae, cuius ex lapide iniecto circuli ſeu gyri ſenſim expanduntur. Silio propria eſt ea comparatio, et quamvis luxuriantis ingenii indicium habet, excuſari tamen poteſt exemplo Virgilii, qui ſimilibus naturae phaenomenis paſſim affectus et perturbationes animorum comparavit. cf. Aen. VII, 462. VIII, 22. ſq. Rem ipſam deſcripſit Seneca Nat. Quaeſt. I, 8. Silii imaginem graphice et ad naturam aptiſſime elatam nemo

Donec poſtremo laxatis circulus oris
Contingat geminas patulo curvamine ripas.
At contra Argyripae pravum decus, (inclita namque
Semina ab Oenea ductoris ſtirpe trahebat
Aetoli) Daſio fuit haud ignobile nomen,
Laetus opum, ſed clauda fides, ſeſeque calenti
Addiderat Poeno, Latiae diffiſus habenae.
Is, volvens veterum memorata antiqua parentum,
Longo, miles, ait, quateret cum Teucria bello
Pergama, et ad muros ſtaret ſine ſanguine Mavors,
Sollicitis Calchas (nam ſic fortiſſimus heros
Poſcenti ſocero ſaepe inter pocula Dauno
Narrabat memori Diomedes condita mente)
Sed Calchas Danais, niſi clauſum e ſedibus arcis
Armiſonae curent ſimulacrum avellere Divae,
Non unquam affirmat Therapnaeis Ilion armis
Ceſſu-

30. *Argyrippae prav. d.* Heinſ. ex Colon. et al. reſtituit pro vulg. *Agrippae parvum d.* quae lectio primum in ed. Wolf. Baſ. extitit, unde ad reliquas pleraſque manavit. 31. *Oenei* vulg. 32. Verſus felici emendatione Heinſii reſtitutus ex depravatis veſtigiis librorum, in quibus legebatur *Oetolidas* vel *Aulolidas id fuit.* Dauſqueius coni. *Oenidas*, quod recepit Cellar.

mo negabit. — 28-29. donec in utraque ripa gyri deſinunt, evaneſcunt, et veluti abſorbentur. Nam tum *patulum curvamen* oritur, cum gyrus a ripa interrumpitur et quaſi aperitur.

30. ſeqq. Hannibalem Romam redire parantem abſterret Daſius quidam, docens, Romam propter Palladium capi non poſſe. De Daſio expeditum eſt, Silium e Livio hauſiſſe, qui Daſium Altinium Arpinum vocat lib. XXIV, 25. ubi is Fabio Arpos ſe proditurum promittit. Deinde lib. XXVI, 38. Daſium Salapiae principem Hannibali amicum narrat. De *Argyrippa* v. ad lib. IV, 557. et de Oeneo avo Diomedis lib. III, 367.

35. *volvens*, evolvens, narrando repetens. Ita Virgil. Aen. I, 262. *Longius et volvens fatorum arcana movebo.* De Palladio, quamvis variae veterum ſcriptorum narrationes extant, tamen Silius Virgilium ſequitur, qui Aen. II, 164. ſq. narrat illud furtim ab Diomede et Vlyſſe iam ante Troiam captam ablatum fuiſſe. v. Heyn. ad illum locum in

Cessurum, aut Ledae rediturum nomen Amyclas.
Quippe Deis visum, ne cui perrumpere detur,
Effigies ea quas unquam possederit, urbes.
Tum meus adiuncto monstratam evasit in arcem
Tydides Ithaco, et, dextra molitus in ipso
Custodes aditu templi, coeleste reportat
Palladium, ac nostris aperit mala Pergama fatis.
Nam postquam Oenotris fundavit finibus urbem,
Aeger delicti, Phrygium placare colendo
Numen, et Iliacos parat exorare Penates.
Ingens iam templum celsa surgebat in arce,
Laomedonteae sedes ingrata Minervae:
Cum medios inter somnos altamque quietem,
Nec celata Deam, et minitans Tritonia virgo:
Non haec, Tydide, tantae pro laudis honore
Digna paras: non Garganus, nec Daunia tellus

 De-

47. *evadit* Putean. *amolitus*. Sed vid. nott. et edidit Lefeb.

48. Drakenb. probabat coni. Heins. 50. *male* coni. Heins. Sic et Rom. 2.

n Exc. p. 249. — 43. *The-rapnaeis* proprie Lacedaemo-niis, propter Agamemnonem et Menelaum Graecorum tum principes. v. sup. ad lib. VIII, 414. — *Ledae nomen* Hele-nam, Ledae filiam, Tyndari-darum sororem, unde Virgi-lio Aen. II, 601. *Tyndaridis Lacaena* dicitur. (v. Homer. Od. γ, 297. Il. γ, 237. 426.) Forma dicendi Virgiliana Aen. VII, 515. *mittit Onyten No-men Echionium*, h. e. Echionis filium. — *Amyclas* pro Laco-nia, unde Paris Helenam ab-duxerat. — 47. *meus Tyd.* propter necessitudinem Dio-medis, quam poeta supra de-claraverat v. 31. *adiuncto Ith.* Vlysse comite et socio. 48. *molitus dextra*, caedens, in-terficiens. vid. lib. V, 384. sq. Caeterum totus hic locus e Virgilio l. l. variatus est. — 50. *nostris — fatis*, h. e. in damnum et perniciem nostram effecit, ut Troia capi potue-rit.

51. sq. Narrat Dasius, quo-modo Diomedes Palladis Deae monitu, Palladium Lavinium transtulerit, et Aeneae resti-tuerit. Cum vero multi ve-terum de illo Palladio, et quomodo ad Aeneam rediis-set, varie statuerent, obscu-rum est, quem auctorem Si-lius

Debentur nobis. Quaere in Laurentibus arvis,
Qui nunc prima locant melioris moenia Troiae.
Huc vittas caſtumque refer penetrale parentum.
Quîs trepidus monitis Saturnia regna capeſſit.
Iam Phryx condebat Lavinia Pergama victor,
Armaque Laurenti figebat Troïa luco.
Verum ubi Tyrrheni perventum ad fluminis undas,
Caſtraque Tydides poſuit fulgentia ripa,
Priamidae intremuere metu. Tum, pignora pacis
Praetendens dextra ramum canentis olivae,
Sic orſus Dauni gener, inter murmura Teucrûm:
Pone, Anchiſiade, memores iraſque metuſque:
Quidquid ad Idaeos, Xanthum, Simoentaque nobis
Sanguine ſudatum, Scaeaeque ad limina portae,
Haud

61. *meliori* ex coni. Heinſ. ed. Leſeb. *nomina* Putean. 62. Verſus a Modio ex Cod. Col. emendatus. Vulg. varie *hu* *intra*, vel *mitras*. 67. ſuſpectum verſum habuit Heinſius. 68. *pignore* Colon. 71. *Anchiſiada* coni. Heinſ. et ſic ed. Leſeb.

lius ſecutus fuerit. Solinus cap. 2. diſerte dicit: *Aeneam a Diomede Palladium ſuſcepiſſe — Oenotris fin. urbem* Arpos, ſ. Argyrippam. cf. Virg. Aen. XI, 246. — *aeger delicti* ob Palladium furto ablatum. Hinc impius Tydides Virgilio Aen. II, 163.

61. *melioris Troiae.* Liv. I, 1. Aeneas ab Sicilia, claſſe Laurentem agrum tenuit: *Troiae* et huic loco nomen eſt. 62. Huc ſacra mea cum templo mihi dedicando transfer. *Vittas* et *penetralia* poetice pro ipſis ſacris et effigie Minervae vittata, exemplo Virg. A. II. 296. *manibus vittas Veſtamque potentem, aeternumque adytis effert penetralibus ignem.* Antea verſ. 293. *Sacra ſuoſque tibi commendat Troia penates.* cf. Aen. II, 167. *caſtum* etiam propter notam Minervae, perpetuae virginis, caſtitatem. — Ad verſ. 68. v. Virg. VIII, 116. qui ante oculos Silio fuit. De olea pacis ſigno nota res vel e Virgilio, cui *pacifera oliva* l. c. et *pacis rami* Aen. XI, 332. coll verſ. 101.

71. *pone memores iras.* Proprie *memor* Aeneas dicendu erat iniuriarum ab Achivis a Troiam illatarum, unde iraſ ci et metuere debebat. Se illa poetice dicta ſunt, u Virg. Aen. I, 4. *memorem Iu*

non.

Haud noſtrum eſt: egere Dei duraeque ſorores.
Nunc, age, quod ſupereſt, cur non melioribus, aevi,
Ducimus auſpiciis? Dextras iungamus inermes.
Foederis, en, haec teſtis erit: veniamque precatus
Troianam oſtentat trepidis de puppe Minervam.
Haec auſos Celtas irrumpere moenia Romae
Corripuit leto; neque tot de millibus unum
Ingentis populi patrias dimiſit ad aras.
His fractus ductor convelli ſigna maniplis
Optato laetis abitu iubet. Itur in agros,
Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco,
Et ſacer humectat fluvialia rura Capenas.
Fama eſt, intactas longaevi ab origine fani
Creviſſe, in medium congeſtis undique donis,
Immenſum per tempus opes, luſtriſque relictum
Innumeris aurum, ſolo ſervante pavore.
Hac avidas mentes et barbara corda rapina

 Polluit,

76. *inermes* e ſcriptis et ed. vett. pro vulg. *inertes.* 78. *oſtentat trepidus* Colon. ſed vulgatam lectionem tuebatur Heinſius. 81. *aras* e Colon. Oxon. et al. Vulg. *oras.* 84. pro *ante omnes* Heinſius coni. *annoſo*, vel *antiquo.* 86. *fani* ex Col. Mod. pro vulg. *fanni.* 90. *hac* e Colon. pro vulg. *haec.*

nonis ob iram, ubi vid. Heyn. — 74. *haud noſtrum*, non noſtra culpa, ſed factum voluntate Deorum, et Parcis, fatorum arbitris, ita diſpenſantibus. Hinc *durae ſorores*, et inevitabile fatum, αἱ ἀνάγκαι poetis dictae. 76. *dextras i. inerm.* pacem pangamus. — 79-81. De re vid. Liv. V, 49. — *patrias ad aras* pro vulg. in patriam. Ad unum omnes caeſi ſunt Celtae. Ita in proſa dixeris.

82-91. His monitis Daſii *fractus*, deterritus, ad lucum Feroniae pergit, eiuſque templum ſpoliandum permittit. Liv. XXVI, 11. Feroniae lucum in agro Capenate, exemplo Livii deſignat, lib. XXVII, 4. Dionyſ. III, 32. Nam erant alii duo inter Tarracinam, et Pomptinas paludes, quem tangit Virgil. Aen. VII, 800. deinde in Etruria inter Lunas et Piſas. v. Cluver. It. Ant. p. 460. De divitiis illius fani Liv. et Dionyſ. Hal. l. l. — 89. *ſolo ſerv. pavore*, h. e. homines religione, δεισιδαιμονίᾳ inducti hactenus ſe abſtinue-

Poliuit, atque armat contemtu pectora Divûm.
Avia tunc longinqua placent, quae ſulcat aratro
Ad freta porrectis Trinacria Bruttius arvis.
Dum Libys haud laetus Rhegina ad litora tendit,
Victor, ſummoto patriis a finibus hoſte,
Fulvius infauſtam Campana ad moenia clauſis
Portabat famam, miſeriſque extrema movebat.
Tum prenſans paſſim, cuicunque eſt nomen in armis,
Dedecus hoc defende manu: cur perfida, et urbi
Altera Carthago noſtrae, poſt foedera rupta,
Et miſſum ad portas Poenum, poſt iura petita
Conſulis alterni, ſtat adhuc, et turribus altis
Hannibalem ac Libycas exſpectat lenta cohortes?
Miſcebat dictis facta, et nunc robore ceſſas
Educi turres, quis vinceret ardua muri,
Cogebat, nunc coniunctas aſtringere nodis

Inſta-

91. *contemtus* coni. Burm. 94. *haud lentus* coni. Heinſ. et ſic Lefeb. laudato Livio XXVI, 12. ubi ſit *repentino adventu*, quem locum iam Drakenborch. attulerat. Is tamen lectionem vulg. ita tuetur, ut dicat, Hannibalem invitum, et Deorum portentis territum, ac tandem Daſii narratione permotum Romae capiendae ſpem poſuiſſe et inde moviſſe, id quod ex initio et fine ſuperioris libri conſtet. 97. *miſerique* Marſ. et poſt eum nonnullae editt. Drakſq. *miſeriſque* repoſuit. 99. *urbis* Colon. 101. *admiſſum* Oxon. cum priſcis editt. 106. *coniunctis* Purean.

tinuerant ab eo templo ſpoliando. — *armat pectora cont.* Hannibal, dum militibus ſpoliandum templum edixit.

92. ſeq. Ita Liv XXVI, 12. *Ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero et Rhegium eo curſu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppreſſerit.*

95. ſeqq. Fulvius Capuam tendit. Sed vide ſententiae ſtructuram poeticam. — *extrema movere* dicitur, qui ita urbem obſidet, ut ſpes nulla ſalutis civibus relinquatur.

98. *Tum prenſans*, cum precibus accedens ad ſingulos, *cuic. eſt nomen in armis*, principes exercitus milites. *Defende*, inquit, *dedecus*, iniurias a Campanis nobis factas armis ulciſcimini. v. lib. V, 490. — 103. *lenta*, veluti otioſa, tranquilla, nil metuens.

104 - 10. Turris ligneae et

arietis

Instabat ferroque trabes, quo frangeret altos
Portarum postes, quateretque morantia claustra.
Hic latera intextus stellatis axibus agger,
Hic gravida armato surgebat vinea dorso.
Ac postquam properata satis, quae commonet usus,
Dat signum, atque alacer scalis transcendere muros
Imperat, ac saevis urbem terroribus implet;
Cum subito dextrum offulsit conatibus omen.
Cerva fuit, raro terris spectata colore,
Quae candore nivem, candore anteiret olores.
Hanc agreste Capys donum, cum moenia sulco
Signaret, grato parvae mollitus amore,
Nutrierat, sensusque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram, docilisque accedere mensis,
Atque ultro blanda attactu gaudebat herili.

114. *offulsit* e Colon. pro vulg. *effulsit*. 118. Heins. coni. *molitus* et sic in Rom. 2. expressum reperiebat Lefeb. qui et probabat.

arietis constructio poetice describitur. — *robore* e ligno. 109. turris rotas lateribus adnexas habebat. cf. lib. IX, 240. ubi *mobili aggeri* comparat elephantos turres in dorsis exstructas gerentes. *stellati axes*, radiis instructi, rotae. *gravida — dorso*, armatis militibus, qui sub tegmine latebant, repleta. Sic iam Ennius apud Macrob. VI, 2. de equo Troiano: *gravidus armateis equus*. cf. Heyn. ad Virg. A. VI, 516.

114. seqq. Cervae descriptionem ad exemplum Virgilii Aen. VII, 483. seqq. effictam, iam interpretes monuerunt. Ex studio imitandi, et coloribus poeticis carmen distinguendi hoc totum de omine Flacco obiecto episodium a Silio assutum esse, in oculos incurrit. Quantum autem Maroniana narratio iucunditate, et sobria quadam elegantia emineat, scient, qui utramque comparare volent. — De *Capy* vid. sup. ad lib. XI, 30. — *cum moenia sulco sign.* noto more eorum, qui urbi condendae locum destinabant. Virg. A. V, 755. Aeneas *urbem designat aratro*. 119. *sensus hom. d. alendo* pro vulg. mansuefecerat. Haec mansuetudo porro describitur verss. 120. 21. At quam luxurianter dicta omnia! ut prope fastidium

Aurato matres assuetae pectine mitem
Comere, et humenti fluvio revocare colorem.
Numen erat iam cerva loci: famulamque Dianae
Credebant, ac tura Deûm, de more, dabantur.
 Haec, aevi vitaeque tenax, felixque senectam
Mille indefessos viridem duxisse per annos,
Seclorum numero Troianis condita tecta
Aequabat; sed enim longo nox venerat aevo.
Nam, subito incursu saevorum agitata luporum,
Qui noctis tenebris urbem (miserabile bello
Prodigium) intrarant, primos ad luminis ortus
Extulerat sese portis, pavidaque petebat
Consternata fuga positos ad moenia campos.
Exceptam laeto iuvenum certamine ductor
Mactat, Diva, tibi, tibi enim haec gratissima sacra,
Fulvius, atque, adsis, orat, Latonia, coeptis.
 Inde, alacer fidensque Dea, circumdata clausis
Arma movet, quaque obliquo curvantur in orbem
Moenia flexa sinu, spissa vallata corona
Alligat, et telis in morem indaginis ambit.

Dum

123. *renovare* vulg. primum a Nicandro in Iunt. *revocare* ex Putean. et editt. priscis Heins. 129. *mors* vulg. *nox* in scriptis. 136. *tibi, sibi enim hanc* edidit Les. ex Virg. Aen. VIII, 84. loco sane simillimo.

stidium legendi obrepat, si quis Virgilii lectione imbutus ad talia accedat. Hic l. c. de cervo suo: *Ille manum patiens, mensaeque adsuetus herili.* Quam apte ad naturam! — 122-23. Quanto iucundiora et castiora illa Virgilii: *pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.* Sed Silius ubique poetam affectat. — 129. *nox venerat*, mors longaeva impendebat. At meo sensu voc. *noctis* nude positum nunc, praesertim de cerva, aliquid duri habet, quamvis mortis notioni significandae passim adhibuerunt summi poetae. Ita et infr. v. 270. lib. VIII, 141. *Di longae noctis.* Ovid. Heroid. X, 112. *aeterna nox.* — 135. *Exceptam l. i. certamine.* Cogita milites omine fausto laetos inter se certasse, quis primus caperet cervam.

138-41. Iam Fulvius urbem obsidione claudit. Sed observa colores poeticos, more

Dum pavitant, ſpumantis equi fera corda fatigans,
Evehitur porta ſublimis Taurea criſtis
Bellator; cui Sidonius ſuperare lacerto
Ductor et Autololas dabat et Mauruſia tela.
Is, trepido ac lituûm tinnitu ſtare neganti
Imperitans violenter equo, poſtquam auribus hoſtis
Vicinum ſeſe videt, et clamore propinquo,
Claudius huic, inquit, (praeſtabat Claudius arte
Bellandi, et merita mille inter proelia fama)
Huic, inquit, ſolum, ſi qua eſt fiducia dextrae,
Det ſeſe campo, atque ineat certamina mecum.
Vna mora Aeneadae, poſtquam vox attigit aures,

145. *dabat* e Colon. vulg. *dedit*. 144. *ſuperare* mendoſum putabat Heinſ. et coni. *parere*. Cortius ad marginem Silii ſui adſcripſerat *ſuperante*, et laudavit Markl. Epiſt. crit. pag. 40. 146. *ac lituum* Heinſ. e Colon. ut iam Dauſq. emendaverat. Vulg. *alituum*. 147. in Rom. 1. Beneſ. *violentus*. 148. *en* pro *et* ed. Lefeb. 149. *huc* e Putean. Lefeb. et ſic quoque verſu 151. — 153. *accidit aures* coni. Drakenb.

re Siliano cumulatos illos maxime. — *in morem indaginis*. Vox retium, quibus ſaltus cinguntur, longam ſeriem notat. cf. Virgil. A. IV, 121. et inf. lib. XIV, 367. *navalem indaginem* dixit pro navium ordine ſ. corona.

142. ſeqq. Sequitur epiſodium Taureae cuiuſdam pugnam ſingularem cum Claudio narrans. At Silius in hoc loco hiſtoriae Livianae ordinem turbavit, ſuo arbitrio et commodo uſus. Nam Livius quidem in ea parte hiſtoriae, in qua narranda nunc Silius occupatur, Taureae illius Campani mentionem iniecit, ſed pugnae cum Claudio Aſello, Romano milite, inſtitutae mentio longe ante facta erat lib. XXIII, 46. 47. Vnde eam poeta huc traduxit, omnibus paene ad verbum expreſſis, ſi poetica pigmenta excipias. — *dum pavitant*, in urbe cives, obſidionem metuentes. — *ſublimis criſtis*, noto heroum ornamento, unde ſolent varia epitheta fingere poetae. Virg. A. I, 468. *criſtatus Achilles*. Homero κορυθαίολος Ἕκτωρ. 144. *cui* — *dabat*, cui hoc concedebat vel tribuebat Hannibal, ut exiſtimaret eum Mauros lacerti viribus antecellere. — 153. *una mora*, i. e. hoc unum impediebat Claudium, quominus illico pugnam

Dum daret auſpicium iuſque in certamina ductor.
Praevetitum namque et capital, committere Martem
Sponte viris. Erumpit ovans, ut Fulvius arma
Imperio ſolvit, patulumque invectus in aequor
Erigit undantem glomerato pulvere nubem.
Indignatus opem amenti, ſocioque iuvare
Expulſum nodo iaculum, atque arceſſere vires,
Taurea vibrabat nudis conatibus haſtam.
Inde, ruens ira, telum contorquet in auras.
At non idem animus Rutulo: ſpeculatur, et omni
Corpore perluſtrat, qua ſit certiſſima ferro
In vulnus via. Nunc vibrat, nunc comprimit haſtam,
Mentiturque minas; mediam tunc tranſiit ictu
Parmam, ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.
Tum ſtrictum propere vagina detegit enſem.
  Et jam ferrata rapiebat calce volantem
Taurea cornipedem, fugiens minitantia fata.
Nec

154. *iuſque* ex Colon. Mod. et Heinſ. *uſque* in aliis multis. *ſuus* Carrion. 155. Sic e Cod. Col. et Put. Mod. et Heinſ. In aliis varie *praevetitum capiti poena*, vel *namque capiti*, *praevebitur namque et capita*, vel *et caput.* 162. *furens ira* coni. Heinſ. *probante* Drakenb. *contorſit* Put. 163. Leſeb. ſic ed. et diſtinxit: *ſpeculatur in omni corpore, perluſtrat* etc. 165. *librat* coni. Heinſ. et ſic Leſeb. 166. *tranſiit* ex Colon. Vulg. *tranſigit* ſervavit Leſeb. 168. *deripit* coni. Burm. confirmata Cod. Tel. e quo ſic edidit Leſeb.

gnam iniret, quod neſas erat iniuſſu imperatoris id facere. Haec ex ipſo Livio expreſſa ſunt l. c. *Auſpicium iuſque* pro vulg. poteſtatem et veniam. vid. infr. lib. XVII, 568. — 159. *indignatus* ſpernens. De *amento*, haſtis adnexo, ad vim iaculandi augendam ſaepe vidimus. Idem *nodus* mox et alibi v. lib. I, 318. IV, 291. Qui igitur tale amentum ſpernebat, indicabat ſe propriis viribus pollere, quos *nudos conatus*, arguta brevitate, poeta appellat.

163. ſeqq. Haec eleganter et ad naturam apte deſcripta ſunt. — *comprimit*, retinet haſtam. *mentitur minas*, pro vulg. ſimulat ictum, quod ſit ad formidinem hoſtis augendam, et vires iaculo conciliandas. De verſu 171. vid. Var.

Nec Rutulus, levior, cedentis perdere terga:
Nam profugo rapidus fusis instabat habenis.
Vtque metus victum, sic ira et gloria portis
Victorem immisit, meritique cupido cruoris.
Ac dum vix oculis, vix credunt mentibus, hostem
Confisum nullo comitante irrumpere tectis,
Per mediam propere trepidantum interritus urbem
Egit equum, adversaque evasit ad agmina porta.
  Hinc ardore pari nisuque incurrere muris
Ignescunt animi, penetrataque tecta subire.
Tela simul flammaeque micant. Tunc saxeus imber
Ingruit, et summis ascendunt turribus hastae.
Nec pronum audendi virtute excellere cuiquam:
Aequarunt irae dextras. Dictaea per auras
Tranat, et in medium perlabitur urbis, arundo.
Laetatur, non hortandi, non plura monendi
Fulvius esse locum. Rapiunt sibi quisque laborem.
Quos ubi tam erectos animi videt, et superesse
Fortu-

171. *prendere* Mod. ex Colon. *perdere* in vulg. et aliis libris, defendentibus Barthio, Dausqueio, Burmanno. Vnde sic edidit Lef. hoc sensu: Rutulus, levior, h. e. velocior, non perdebat cedentis terga, sed fusis habenis profugo instabat. 182. Frustra viri docti sollicitarunt voc. *ascendunt*. Heins. coni. *adduntur*. Burm. *descendunt*. Imo vero, ut bene notavit interpres Francogall. non agitur de obsessis, sed de obsidentibus. Cortius ad marginem notavit ex Markl. Ep. crit. pag. 42. *missae succedunt t. h.* 183. Burm. coni. *nec pronum audenti virtutem ostendere cuiquam.* 188. Locum sic distinxit Lefeb. *et, super, esse, Fortunam, sibi quemque ducem*, hoc sensu: et praeter fortunam faventem, quemque sibi esse ducem. Quo quidem sensu nihil contortius esse potest.

Var. Lect. — 178. *adversa porta* e regione opposita illi, per quam Claudius Capuam intraverat. — 182. *summis asc. t. h.* ex turribus, quas obsessores muris admoverant, tela in defensores urbis coniiciuntur. v. Var. Lect.

183. seqq. Summa luxuries poetica est, qua iam communis omnium pugnandi ardor describitur. *nec pronum*, h. e. non facile erat uni aut alteri virtutem suam praecipuam ostendere, ita omnes eodem et pari furore pugnabant, *aequarunt irae dextras.* Mox satis exquisite: *rapiunt sibi q.* labo-

Fortunae sibi quemque ducem; ruit impete vasto
Ad portam, magnaeque optat discrimina famae.
Tres claustra aequaevo servabant corpore fratres,
Quîs delecta manus centeni cuique ferebant
Excubias, unaque locum statione tenebant.
Forma ex his Numitor, cursu plantaque volueri
Praestabat Laurens, membrorum mole Laburnus.
Sed non una viris tela. Hic mirabilis arcu,
Ille hastam quatere, ac medicatae cuspidis ictu
Proelia moliri, et nudo non credere ferro,
Tertius aptabat flammis ac sulfure taedas.
Qualis Atlantiaco memoratur litore quondam
Monstrum Geryones immane tricorporis irae;
Cui tres in pugna dextrae varia arma gerebant.
Vna ignes saevos, ast altera pone sagittas
Fundebat, validam torquebat tertia cornum,
Atque uno diversa dabat tria vulnera nisu.
Hos ubi non aequis variantes proelia Consul
Conspexit telis, et portae limina circum

Stra-

199. *armabat* coni. Burm. Lefeb. edidit.

202. *in pugnam* ex coni. Heins.

laborem. 189. *superesse fort. sibi quemque d.* quemque fortunae suae auctorem esse. Sententia plana est, at obscure elata. Sed vid. Var. Lect. 190. *discrimina famae optat,* occasionem ex periculis superatis gloriam adipiscendi quaerit. — Sequitur itaque narratio variarum cladum, a Flacco, Scipione aliisque ad urbem Capuam factarum, in qua quidem poeta magis ingenio suo ad quaevis mira et atrocia narranda prono indulsit, quam historiae fidem servavit. Quis non illud statim studio quaesitum putet, quod tres fratres, iidemque varia armorum genera tractantes in uno loco excubias agunt? At hoc commentum coloribus variis orationem distinguendi, occasionem adferebat, quam cupide Silius arripere solet. — *aequaevo corp.* tergemini. In vers. 192. Virgilium poetae ante oculos fuisse, Aen. IX, 161. Drakenborch. monuit. Virgilio praeiverat Homer. Il. ι, 85. sq.

200. *Atlant. lit.* insulae

Ery-

Stragem, ac perſuſos ſubeuntum ſanguine poſtes,
Concitat intortam furiatis viribus haſtam.
Letum triſte ferens auras ſecat Itala taxus,
Et, qua nudarat, dum fundit ſpicula ab alto,
Arcum protendens, Numitor latus, ilia tranſit.
At, non obſepto contentus limine Martem
Exercere levis bello, ſed turbidus auſi,
Virrius incauto fervore eruperat amens
Recluſa in campum porta, miſeramque furori
Vincentum obtulerat pubem. Ruit obvia in arma
Scipio, et oblatum metit inſatiabilis agmen.
  Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrierant, audere trucem. Nec corpore magno
Mens erat inferior. Subſidere ſaepe leonem,
Nudus inire caput pugnas, certare iuvenco,
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Aſſuerat, crudoque aliqua ſe attollere facto.
Is, dum praecipites expellit Virrius urbe,
Seu ſpreto, ſeu ne fieret mora, nudus in aequor
Thora-

224. *aliqua* ex Colon. In aliis erat *olim ſe, oblique, obliquo.*

Erythiae. v. Heſiod. Theog. 289. Apollodor. I, 6. cum Comment. Heyn. p. 71. et cf. ſup. lib. I, 278.

213-18. Alia ſcena. Virrius, *levis bello ſed turb. auſi,* audax magis quam fortis, extra portam cum ſuis ſe proripuerat, quos Scipio *metit,* caedit et fugat. Huius caedis aliquot partes in ſequentibus ornantur.

219-43. Calenum in Romanos irruentem Scipio conficit. Epiſodium omnibus fere generibus luxuriae poeticae, quam adamat Silius, inſtructum. *Tifata,* mons Capuae imminens, ut Livius ait lib. XXVI, 5. cf. ſup. lib. XII, 486. — *audere trucem* graeca forma, audacem, bellicoſum. — *ſubſidere leonem* pro ex inſidiis capere ſ. occupare dictum Heinſius voluit, uſus loco Virgilii Aen. XI, 268. *devictam Aſiam ſubſedit adulter,* ubi ille plura, cui adſtipulatur Heynius ad l Virgil. in Var. Lect. Marſus ſimpliciter, ſternere, explicat, non male, ut puto. Nam eo tandem redit illa ex inſidiis occupatio. — *deducere cornua tauri,* ad terram detrahe-

Thorace exierat, leviorque premebat anhelos
Pondere loricae, et palantes victor agebat.
Iamque Veliternum media tranſegerat alvo,
Iam, ſolitum aequali ludo committere equeſtres
Scipiadae pugnas, Marium tellure revulſo
Perculerat ſaxo. Miſer implorabat amicum
Cum gemitu exſpirans, ſcopuluſque premebat hiantem.
Sed, validas ſaevo vires duplicante dolore,
Effudit lacrimas pariter cornumque ſonantem
Scipio, ſolamen properans optabile in armis
Hoſtem proſtrato morientem oſtendere amico.
Tranavit, liquidas volucris ceu ſcinderet auras,
Haſta viri pectus, rupitque immania membra.
Quanta eſt vis agili per caerula ſumma liburnae,
Quae, pariter quoties revocatae ad pectora tonſae
Percuſſere fretum, ventis fugit ocior, et ſe,
Quam longa eſt, uno remorum praeterit ictu.
  Aſcanium Voleſus, proiectis ocius armis,
Quo levior peteret muros, per aperta volantem
Aſſequitur planta. Deiectum protinus enſe

Ante

trahere, ut docuit Gronov. Obſ. lib. I, 17. Id enim facere ſolent, qui taurum domare, eiuſque robur frangere volunt. De *crudo facto* vid. ad lib. V, 423. — 227. *levior*, expeditior, quia ſine armis prodierat. *anhelos* veluti ſuſpirantes ſub pondere armorum. In verſ. 230. Marium deſignat Scipionis amicum et coaetaneum. 235-36. Ordo eſt: properans amico proſtrato hoſtem morientem oſtendere, quod eſt ſolamen optabile iis, qui in pugna cadunt. — 240-43. Comparatio ad celeritatem et vim haſtae declarandam pertinet. Caetera abſolvunt imaginem, acutiſſime profecto, ut iam Barthius notavit, expreſſam, praeſertim his verbis: *ſe quam longa eſt, uno praeterit ictu*, h. e. ſpatium ſuae menſurae uno remorum ictu excedit, ſ. praecurrit. Es faehrt auf einen Ruderſchlag weiter fort, als es ſelbſt lang iſt. Sed ego tamen in talibus ludentem poetam agnoſco

246. Manifeſte ex Virgil. Aen. IX, 770. — 248. *procurſus impete*, ex niſu et impetu procurrendi. Res ad miraculum uſque exaggerata. — 251.

Ante pedes domini iacuit caput: ipſe ſecutus
Corruit ulterior procurſus impete truncus.
Nec ſpes obſeſſis ultra reſerata tueri
Moenia. Convertunt greſſus, recipique precantes,
Infandum! excludunt ſocios. Tum cardine verſo
Obnixi torquent obices, munimina ſera.
Acrius hoc inſtant Itali, clauſoſque fatigant.
Et, ni caeca ſinu terras nox conderet atro,
Perfractae rapido patuiſſent milite portae.
Sed non in requiem pariter ceſſere tenebrae.
Hinc ſopor impavidus, qualem victoria movit.
At Capua, aut maeſtis ululantum flebile matrum
Queſtibus, aut gemitu trepidantum exterrita patrum,
Tormentis finem metamque laboribus orat.
Muſſat perfidiae ductorque caputque Senatus
Virrius,

250. *Recipine precantes, infandum! excludant socii?* Lef. ex Cod. Tel. ut ait, edidit, difficili ſenſu. 252. *obicis munimina aënae* coni. Heinſ. *mun. abena* Barth. *munim. ſaeva* Burm. Sed vid. nott. 255. *rabido* Lefeb. 257. *movit* e Colon. Vulg. *novit*. Putean. *norit*.

251. claudunt portam. Id cum ornatu poetico dictum. cf. Liv. XXVI, 6. *obnixi;* ſtudium et impetum movendi cogita, ut ap. Virgil. A. III, 208. *Nautae obnixi torquent ſpumas.* At *munimina ſera* obices dicit, quatenus ſero et ſpe ſalutis amiſſa portas muniebant. Senſus planus eſt, et interpretes fruſtra laborarunt.

258. ſqq. Cum Liv. XXVI, 12. narraſſet Numidas, qui ſpecie transfugarum ex caſtris Romanis literas ad Hannibalem mitterent, comprehenſos, mulcatos a Flacco, et praecifis manibus Capuam reductos fuiſſe, cap. 13. ita pergit: *Conſpectum tam triſte ſupplicium fregit animos Campanorum. Concurſus ad curiam populi factus* etc. ubi et ſequitur Virrii oratio. Deinde cap. 14. *Virrii oratione audita, maior pars,* inquit, *ſenatus, multis ſaepe bellis expertam populi Rom. clementiam haud diffidentes ſibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miſeruntque.* Ergo quas deditionis cauſas Silius verſſ. 258. et 59. adfert, ipſe potius finxit, quia a tali reipublicae Campanae ſtatu non abhorrebant, et erant ornatui poetico aptiores, — 261. *perfidiae ductor,* defe-

Virrius, a Poeno nullam docet esse salutem,
Vociferans, pulsis vivendi e pectore curis:
Speravi sceptra Ausoniae, pepigique, sub armis
Si dexter Poenis Deus et Fortuna fuisset,
Vt Capuam Iliaci migrarent regna Quirini:
Qui quaterent muros Tarpeiaque moenia, misi:
Nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos
Portaret fasces nostro de nomine Consul.
Hactenus est vixisse satis; dum copia noctis.
Cui cordi comes aeterna est Acherontis ad undam
Libertas, petat ille meas mensasque dapesque:
Et, victus mentem fuso per membra Lyaeo,
Sopitoque necis morsu, medicamina cladis
Hauriat, ac placidis exarmet fata venenis.
Haec ait, et turba repetit comitante penates.
Aedibus in mediis consurgens ilice multa
Exstruitur rogus, hospitium commune peremtis.
Nec vulgum cessat furiare dolorque pavorque.
Nunc menti serae Decius redit, et bona virtus
Exsilio punita truci. Despectat ab alto
Sacra fides, agitatque virûm fallacia corda.
Vox occulta subit, passim diffusa per aures:
Foedera,

273. *vinctus* ex coni. Heinsii edidit Lef. pro *victus*. 283. *per auras* scripti tres et Rom.

defectionis a Romanis auctor, ut Livius appellat l. c. cf. sup. lib. XI, 65. — 268. *nec m. v. afuit*, pro vulg. ego auctor fui, poposci, ut alter Consul Rom. e Campanis crearetur. v. lib. XI, 59. sq.

271. 72. Apud Livium cap. 13. Virrius ita: *Quibus vestrum ante fato cedere, quam haec tot tam acerba videant, in animo est, iis apud me hodie epulae instructae, parataeque sunt.* — 273. Livius cap. 14. suo modo eleganter: *alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali, venenum omnes sumserunt.* Sed expende poeticam rationem Silii. *Medicamina cladis* venenum dicitur, quod *exarmat fata*, dum eos, qui sumunt, ex manibus et cladibus hostium vindicat.

280. De *Decio* v. sup. ad lib. XI, 158. seqq. — 285.

Foedera, mortales, ne ſaevo rumpite ferro:
Sed caſtam ſervate Fidem. Fulgentibus oſtro
Haec potior regnis. Dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquet amici,
Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit
Vnquam expers luctus lacrimaeque. Aget, aequore ſemper
Ac tellure premens, aget aegrum nocte dieque
Deſpecta ac violata Fides. Adit omnia iamque
Concilia, ac menſas contingit, et, abdita nube,
Accumbitque toris, epulaturque improba Erinnys.
Ipſa etiam Stygio ſpumantia pocula tabo
Porrigit, et large poenas letumque miniſtrat.
Virrius interea, dum dat penetrare medullas
Exitio, aſcenditque pyram, atque amplexibus haeret
Iungentum fata, et ſubici iubet ocius ignes.
Stringebant tenebrae metas, victorque ruebat.

Iam;

287. *tenuis* coni. Heinſ. et ſic Lefeb. 291. *namque* Colon. 298. *iungentum* ex Colon. Mod. et Heinſ. pro vulg. *iungere tum.*

285. *fulgentia oſtro regna*, pro imperiis ſummis, ſplendidiſſimis, inuſitate dictum et incommode, niſi ſub *regnis* munera intelligas, ad quorum ſplendorem purpura pertinet. cf. lib. II, 700. 701. — 286. *dubio rerum*, dandi caſu, ei, cuius ſpes dubiae, tenues ſunt, ut mox dicitur. Bene cogitatas ſententias, at verbis nimium dilutas video.

29 . ſeqq. *Erinnyn* quod advocat poeta in deſperato conſilio Virrii, noto more poetarum factum eſt. Furiis enim agitantur homines ſcelerum ſibi conſcii, et illae ipſae ſunt ultrices perfidiae, aliorumque flagitiorum. v. ſup. ad lib. II, 595. ſq. Virgil. A. IV, 473. 74. ſq. Ergo *pocula ſp. t. porrigit*, h. e. veneno letifero ex Stygia palude hauſto repleta eſt et ita *letum miniſtrat*, dum animi ſtimulis veluti quibuſdam ad mortem ſibi conſciſcendam adiguntur, ut fit in flagitioſis et deſperatis. Hoc docent verſus ſqq. 296-98. *iungentes fata* ſunt mortis ſocii.

299. *String. tenebr. met.* Nox ad finem paene pervenerat, ut fit in crepuſculo matutino, *victorque* Romanus *ruebat*, impetum fecit. Poeta nempe acceſſit ad exprimenda illa Livii

Iamque ſuperſtantem muro, ſocioſque Milonem
Voce attollentem pubes Campana videbat.
Pandunt attoniti portas, trepidoque capeſſunt
Caſtra inimica gradu, quis leto avertere poenas
Deſuerant animi. Patet urbs, confeſſa furorem,
Et reſerat Tyrio maculatas hoſpite ſedes.
Matronae puerique ruunt, maeſtumque Senatus
Concilium, nullique hominum lacrimabile vulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnis,
Spectabantque viros, et laeta et triſtia ferre
Indociles, nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum, nunc foedantes in pulvere crinem
Canentem, et turpi lacrima precibuſque pudendis
Femineum tenues ululatum fundere in auras.
Atque ea dum miles miratur inertia facta,
Exſpectatque ferox ſternendi moenia ſignum,
Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu
Religio, et ſaevas componit numine mentes:

Ne

308. *omnis* metri cauſa repoſuit Heinſ. pro vulg. *omnes.* 319. *traxiſſe* e Colon. et Oxon. In aliis fuit *tranſiſſe.* Putean. etiam *ſtruxiſſe.*

Livii XXVI, 14. „Poſtero die porta Iovis, quae adverſus caſtra Romana erat, iuſſu Proconſulis aperta eſt.“

300. Milonem poeta fingit muros aſcendiſſe. Vnde infra verſ. 365. corona murali a Fabio donatur. — 307. *nulli hom, lacrymabile vulgus.* Merito ſuo, inquit Drakenborch. haec plebem Campanam pati, nec dignam eſſe, quae defleatur, innuere vult Silius: nam ingens eam momentum ad defectionem attuliſſe patet ex iis, quae ſupra narravit lib. XI. init. et Liv. lib. XXIII.

308. Exercitus de Capua evertenda imperatoris mandata expectans deſcribitur. *ſtabant innixi pilis*, ut apud Virgil A. X, 229. *ſtant longis adnixi hoſtis* etc. cf. verſ. 315.

316 ſeqq. Quantum diſcrepet narratio Silii hoc loco a fide hiſtorica Livii, intelligent, qui utrumque conferre velint. Dum enim poeta urbis ſervandae conſilium a religione et Iovis voluntate repetit, quoniam ſcilicet ea ratio

Ne flammam taedaſque velint, ne templa ſub uno
In cinerem traxiſſe rogo. Subit intima corda,
Perlabens ſenſim, mitis Deus. Ille ſuperbae
Fundamenta Capyn poſuiſſe antiquitus urbi,
Non cuiquam viſus, paſſim monet: ille refuſis
In ſpatium immenſum campis habitanda relinqui
Vtile tecta docet. Paulatim atrocibus irae
Langueſcunt animis, et vis mollita ſeneſcit.
Pan Iove miſſus erat, ſervari tecta volente
Troïa, pendenti ſimilis Pan ſemper, et imo
Vix ulla inſcribens terrae veſtigia cornu.
Dextera laſcivit caeſa Tegeatide capra
Verbera laeta movens feſta per compita cauda.
Cingit acuta comas, et opacat tempora, pinus,
Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte:
Stant aures, imoque cadit barba hiſpida mento.

H 2 Paſto-

327. *imo* ex Col. pro vulg. *uno*. 333. *imoque* Colon. pro vulg. *ſomnoque*. Heinſius coni. *ſimoque*, vel *ſummoque*. Illud prius expreſſit Lefeb.

tio plures ornatus poeticos admittebat, Livius XXVI, 16. ſolius utilitatis mentionem fecit. *De urbe*, inquit, *agroque reliqua conſultatio fuit; quibuſdam delendam cenſentibus. Caeterum praeſens utilitas vicit. Nam propter agrum, quem omni fertilitate terrae ſatis conſtabat primum in Italia eſſe, urbs ſervata eſt, ut eſſet aliqua aratorum ſedes.* — In verſu 323. eſt aliquid Livianae ſententiae congruum.

326. ſqq. Pan, a Iove miſſus, deſcribitur, habitu et coloribus paſſim obviis apud veteres poetas cf. Hymnum Homeri, unde ſingula expreſſa videntur. Primum *pendenti ſimilis*, h. e. volanti per aerem, ob levitatem, qua incedit, vix terram tangens, unde *σκιρτητης*, *περιδρομος*, ut fere omnes dii ſilveſtres, et agreſtes. cf verſ. 337. *Imum cornu* ungulam dicit, quia cornipes fingebatur, *κεροβατης*, ad diſcrimen ſummi in capite. In verſſ. 329. 30. adludit ad Lupercalia, quo feſto pellibus hoſtiarum obvios quoſque verberabant. Hinc intelliges, quorſum *verbera laeta*, et *feſta cauda* pertineant. v. Plutarch. Rom. 20. Ovid. Faſt. II, 425. — 331. Sequitur reliquus habitus

Paſtorale Deo baculum, pelliſque ſiniſtrum
Velat grata latus tenerae de corpore damae.
Nulla in praeruptum tam prona et inhoſpita cautes,
In qua non, librans corpus, ſimiliſque volanti
Cornipedem tulerit praeciſa per avia plantam.
Interdum inflexus, medio naſcentia tergo
Reſpicit arridens hirtae ludibria caudae.
Obtendenſque manum ſolem inferveſcere fronti
Arcet, et umbrato perluſtrat paſcua viſu.
Hic, poſtquam mandata Dei perfecta, malamque
Sedavit rabiem, et permulſit corda furentum,
Arcadiae volucris ſaltus et amata reviſit
Maenala; ubi argutis longe de vertice ſacro
Dulce ſonat calamis, ducit ſtabula omnia cantu.
  At legio Auſonidum, flammas ductore iubente
Arceri portis, ſtanteſque relinquere muros,
(Mite decus mentis) condunt enſeſque faceſque.
Multa Deûm templis domibuſque nitentibus auro
Egeritur

335. pro *grata* Heinſ. coni. *rapta.* Deinde *teneri* ed. Leſeb. 337. *in quam* Leſeb. 344. *permulſit* Mod. ex Col. Vulg. *perfulſit.* 347. *ſonans* coni. Heinſ. et ſic Leſeb.

tus corporis. *Pinu* caput cinctum, *acuta*, noto epitheto ex Ovid. Met. I, 699. *Pan pinu praecinctus acuta,* ubi vid. adnott. Gierig. Obſervent tirones in hac deſcriptione cum delectu eleganti verba haec poſita, *erumpunt*, *ſtans*, *cadit* pro vulgari, habet cornua in fronte, erectiores aures, barbam, unde ἠϋγένειος Homero in Hymn. Mox *rubicunda frons* ſatis propria Pani. Ita Virgil. Ecl. X, 26. *Pan Deus Arcadiae venit: quem vidimus ipſi ſanguineis ebuli baccis minioque rubentem.* — 336. 38. deſcribitur Pan graecorum οὔρειος, vel ὀρεσιβάτης, montivagus. cf. Ovid. Faſt. II, 285. *Ipſe Deus velox diſcurrere gaudet in altis montibus.* — 341. 42. Videtur Silius imaginem ante oculos habuiſſe, cum haec ſcriberet. Similem gemmam cum imagine hominis manum ſuper fronte tenentis ad umbram ori faciendam e Gorlaei Dactyliotheca Drakenborch. exhibuit aeri inciſam.

351. ſeqq. Exaggerata ſunt, quae Silius de collatis ſpoliis memorat. Apud Livium eius rei

Egeritur praeda, et victus alimenta ſuperbi,
Quîſque bonis periere, virûm de corpore veſtes
Femineae, menſaeque alia tellure petitae,
Poculaque Eoa luxum irritantia gemma.
Nec modus argento, caelataque pondera facti
Tantum epulis auri, tum paſſim corpora longo
Ordine captiva, et domibus depromta talenta,
Paſcere longinquum non deficientia bellum,
Immenſique greges famulae ad convivia turbae.
Fulvius, ut finem ſpoliandis aedibus, aere
Belligero revocante, dedit, ſublimis ab alto
Suggeſtu, magnis auctor non futilis auſis:
Lanuvio generate, inquit, quem Soſpita Iuno
Dat nobis, Milo, Gradivi cape victor honorem,
Tempora murali cinctus turrita corona.
Tum ſontes procerum meritoſque piacula prima
Acciit, et iuſta punit commiſſa ſecuri.
Hic atrox virtus, (nec enim occuluiſſe probarim
Spectatum vel in hoſte decus) clamore feroci,
Taurea, Tuue, inquit, ferro ſpoliabis inultus

 Te

363. *auctor* ex coni. Heinſ. Vulg. *fautor*. 364. *Lanuvio* Heinſ. ex Col. repoſuit, et ſic legendum docuit Cluv. It. Ant. III. cap. 4. p. 937. 366. *cinctus* ex Colon. pro vulg. *cunctis*. 369. *probarim* Mod. ex Colon. In veteribus editt. *precatur* et *probatum*. Vnde Cortius in margine Silii ſui notavit *probatur* ex Markl. ep. crit. p. 45. — 371. *tuue* Mod. ex Colon. Sic et in ed. Rom. 1. Med. Vulg. *tunc*.

rei levia tantum veſtigia reperiuntur, ut lib. XXVI, 14. Sed arripit poeta, quicquid poteſt, ſi id modo ornatum epicum capit. In verſu 354. *femineas veſtes* dici molliores, quam ut virum deceant, ſericas, Coas, et id genus alias, in promtu eſt. *Menſae alia tel. pet.* ut citreae, ex Africae ſilvis advectae, iudice Drakenborchio. cf. Petron. Sat. cap. 119. — 356. vaſa caelata aurea.

361. ſeqq. Fulvius Milonem corona murali donat. v. ſup. verſ. 300. Lanuvio ortum dum prodit, alluſit, ſuo more, ad Milonem eum, quem Cicero celebri oratione defendit, Lanuvii dictatorem. *Iuno Soſpita* Lanuvii culta. v. Liv. X II, 1. XXIII, 31. — Quae verſſ. 367. etc. ſequuntur,

Te maiorem animam? Et iusso lictore recisa
Ignavos cadet ante pedes fortissima cervix?
Haud unquam hoc vobis dederit Deus. Inde, minaci
Obtutu torvum contra et furiale renidens,
Bellatorem alacer per pectora transfigit ensem.
Cui ductor, Patriam moriens comitare cadentem.
Qui nobis animus, quae dextera, quidve viritim
Decernet Mavors. Tibi, si rebare pudendum
Iussa pati, licuit pugnanti occumbere letum.
Dum Capua infaustam luit haud sine sanguine culpam,
Interea geminos terra crudelis Hibera

Fortuna

372 Barthius ex Oxon. *viso lictore.* 374 *vobis* Mod. ex Colon. pro vulg. *nobis.* 380. pro *Iussa* primus Nicander in Iunt. dederat *iusta.*

tur, Livius narrat l. l. cap. 15. et 16.

381 seqq. In Hispania interea Cnaeus et Publius Sciones ceciderant. vid. Liv. XXV, 36. coll XXVI, 18. Hinc Silius occasionem arripit in longum episodium excurrendi, quo ad exemplum Virgilii Aen. VI. Scipionem filium narrat inferos adiisse, ut ibi umbras parentis et patrui spectaret. Iam sive opportunitatem huius episodii inferendi, sive modum tractandi enarrandique in utroque poeta consideremus, planum est Virgilianum carmen et arte et gravitate omnino praestantius esse hac imitatione Siliana. Cum enim non Helenus solum (Aen. III, 441. sq.) sed et Anchisae umbra (Aen. V, 731. sq. coll. VI, 115) Aeneae iniunxisset, ut ad inferos descenderet, non temere adsutum a Virgilio hoc episodium, sed potius valde opportunum et ad carmen perficiendum necessarium existimari debet. Contraria Silii ratio est. Apud quem cum nihil omnino praecessisset, quod spem vel suspicionem, nedum necessitatem talis episodii adferre possit, necesse est, ut nobis videatur maxime abruptum, cum studio imitandi quaesitum et minus opportunum. Deinde quantam gravitatem dignitatemque rerum et verborum Virgilianum carmen adfert! ut ipsis legentibus quidam quasi terror et horror obrepat, tanquam si comites Aeneam ad Orcum sequeremur. Silius autem dum in his omnibus nec superare posset Maronem, nec aequare, nisi ad verbum omnia

descri-

Fortuna abſtulerat, permiſcens triſtia laetis,
Scipiadas, magnumque decus, magnumque dolorem.
Forte Dicarchea iuvenis dum ſedit in urbe
Scipio, poſt belli repetens extrema penates,
Huc triſtis lacrimas et funera acerba ſuorum
Fama tulit. Duris quanquam non cedere ſuetus,
Pulſato lacerat violenter pectore amictus.
Non comites tenuiſſe valent, non ullus honorum
Militiaeve pudor. Pietas irata ſiniſtris
Coelicolis furit, atque odit ſolatia luctus.
Iamque dies, iterumque dies abſumta querelis.
Verſatur ſpecies ante ora oculoſque parentum.

385. *dum ſedit* Heinſ. ex ſcriptis et priſcis editt. Primus Marſus edidit *conſedit*.

deſcriberet, neceſſario inferior manſit; quamvis ſuo modo multa bene et graviter expreſſit. — 383. *Fortuna permiſcens triſtia laetis*, quatenus partim Scipionum necem attulit, partim virtutem illorum, quam pugnando exhibuerant, in illuſtri loco poſuit. Ergo etiam eadem *decus dolore* permiſcuit. Vide, quam in his antitheſibus lubenter immoretur poeta.

385. *Forte*, h. e. fors ita tum ferebat, ut Scipio Puteolis commoraretur, *penates*, Romam, *repetiturus*. Quotquot interpretum omne carmen Silianum ex legibus ἐποποιΐας metiebantur, vel omnibus numeris abſolutam hiſtoriae narrationem poſtulabant, unicumve carminis heroem Hannibalem opinabantur, eos hic tranſitus offendebat, nimis abruptus et praeceps, ut *Clementem* Francogallum, cuius alio loco mentionem fecimus. Nos pro iis, quae de carmine Siliano ſentimus, narrationis quoddam emblema, ſcenam inſertam, et epiſodium cernimus, etſi eius adornandi rationem non omnino probamus. — De *Dicarchaea* v. ſup. lib. VIII, 535 — 390. *tenuiſſe*, luctum eius ſedare, conſolari. *non honorum pudor*: quaſi vero in honoribus id eſſe deberet, ut a luctu ſe abſtineret, qui illis conſpicuus eſſet. Alia ratio *militiae* eſt, quae profecto fortis animi praeſidia adfert. — 391. *pietas irata Coelicolis*. Similes querelas impatientes, et paene impias adverſus Deos paſſim legimus in ſimilibus veterum locis.

Ergo excire parat manes animaſque ſuorum,
Alloquioque virûm tantos mulcere dolores.
Hortatur vicina palus, ubi ſignat Averni
Squalentem introitum ſtagnans Acheruſius humor.
Noſcere venturos agitat mens protinus annos.
Sic ad Cymaeam, quae tum, ſub nomine Phoebi,
Autonoe tripodas ſacros antrumque tenebat,
Fert greſſus iuvenis, conſultaque pectoris aegri
Pandit, et aſpectus orat contingere patrum.
Nec cunctata diu vates, Mactare repoſtis
Mos umbris, inquit, conſueta piacula, nigras
Sub

400. *Cymaeam* Heinſ. ex Colon. In aliis *Crymaeam*. 405. *furvas* pro *nigras* ed. Leſeb.

locis. v. Kirchmann. de fun. Rom. p. 168. ſq. qui multos congeſſit.

397. ſeqq. Secutus eſt poeta in hoc loco opinionem ab Homero et Virgilio uſurpatam, eſſe in tractu Cumano, fontibus calidis, ſulphureque ſcatente, variiſque antris ſpecubuſque patulo, introitum ad inferos. Itaque et Vlyſſem Homerus (Od. λ.) et Virgilius (Aen. VI.) Aeneam haec loca adiiſſe narrant. Neque opus eſt in his demonſtrandis latius evagari, poſtquam ab Heynio, viro ſummo, ad liquidum perducta ſint omnia, quae ad hanc ſuperſtitionem iudicandam pertineant, in Excurſ. ad l. l. Virg. — cf. quae dicta ſunt ad lib. XII. 120. ſq.

400. ſeqq. Servavit poeta evocationem manium ab Homero uſurpatam in Tireſia. *Cymaeam* Avtonoen, ſacerdotem Phoebi ab alia Sibylla vate diverſam induci, certum eſt variis ex locis carminis, ut verſ. 410. et 488. ſeq. In quo quidem diſcrepat ab inſtituto Virgilii, cui ad unam feminam omnia referri videntur, ut Heynius docuit, Exc. V. ad Aen. VI. Quam rationem etiam Ovid. Met. XIV, 104. ſq. ſervavit. Niſi exiſtimemus, Virgilium a Silio eodem modo intellectum fuiſſe, quo recentiores quidam, Holdsworthus et Spencius, interpretati ſunt, qui apud Virgilium Sibyllam a Deiphobe diverſam ſtatuerent. Caeterum Avtonoë Siliana adumbrata videtur ex Homerica Circe, quae Vlyſſem ſimili modo inſtituit Odyſ. lib. X. ſ. fin.

404. Sacrum manibus faciendum praecipit Cymaea anus, exemplo Virgil. VI, 153.

Duc

Sub lucem pecudes, reclusaeque abdere terrae
Manantem iugulis spirantum caede cruorem.
Tunc populos tibi regna suos pallentia mittent.
Cetera, quae poscis, maiori vate canentur.
Namque tibi Elysio repetita oracula campo
Eliciam, veterisque dabo inter sacra Sibyllae
Cernere fatidicam Phoebei pectoris umbram.
Vade, age, et, a medio cum se nox humida cursu
Flexerit, ad fauces vicini castus Averni
Duc praedicta sacris duro placamina Diti:
Mella simul tecum et puri fer dona Lyaei.
 Hoc alacer monitu, et promissae nomine vatis,
Apparat occulto monstrata piacula coepto.
Inde, ubi nox iussam procedens contigit horam,
Et spatia aequarunt tenebras transacta futuras,
Consurgit stratis, pergitque ad turbida portae
Ostia Tartareae: penitus quîs abdita vates
Promissa implerat, Stygioque sedebat in antro.
Tum, qua se primum rupta tellure recludit

Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto sq. — 406. *sub lucem*, nocte in diem vergente, quod est tempus post mediam noctem ingruens. cf. vers. 413. et Virg. v. 255. *primi sub lumina solis*. Mox cum praecipit *cruorem abdere terrae reclusae*, fossam sanguinis excipiendi causa faciendam admonet. Praeivit inprimis Hom. λ, 25. sq. — 416. *mella — et dona Lyaei*, haud dubie ad ductum Homeri vers. 27. *μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ*. Lactem etiam addit Scipio inf. 434. cf. Ovid. Met. VII, 246. 47.

417. sqq. Iam ad vatis monitum exequendum se accingit Scipio. Locus omnino variatus e Virgil. VI, 236. sq. — *ubi nox* etc. statim post mediam noctem, hora definita. Hanc sententiam, vide, quibus ambagibus poeticis efferat! — *turbida ostia*, tenebricosa, horrenda, mox *invisum coelo specus*. cf. Virg. l. c. 237. 38. — 424. *qua se primum* etc. sub ipsius speluncae s. antri Stygii ingressum victimas parat. Hic Silius Cocytum ponit, discrepans a Virgilio VI, 295. seq. cuius tamen verba aemulatus est. cf. infr. 571. 72. Neque enim in his fluminibus ordinandis

Invisum coelo specus, atque eructat acerbam
Cocyti laxo suspirans ore paludem,
Inducit iuvenem, ferroque cavare refossam
Ocius urget humum, atque, arcanum murmur anhelans,
Ordine mactari pecudes iubet. Ater operto
Ante omnes taurus Regi, tum proxima Divae
Caeditur Hennaeae casta cervice iuvenca.
Inde tibi, Alecto, tibi, nunquam laeta Megaera,
Corpora lanigerûm procumbunt lecta bidentum.
Fundunt mella super Bacchique et lactis honorem.
Sta, iuvenis; faciemque, Erebo quae surgit ab omni,
Exclamat vates, patere. Accedentia cerno
Tartara, et ante oculos assistere tertia regna.
Ecce ruunt variae species, et quidquid ab imo
Natum hominum exstinctumque chao est. Iam cuncta videbat,
Cyclopas, Scyllamque, et pastos membra virorum
Odrysiae telluris equos. Contende tueri,
Eductumque tene vagina interritus ensem.
Quaecunque ante animae tendent potare cruorem,
Dissice, dum castae procedat imago Sibyllae.
Interea

425. *invisus* Colon. cum priscis editt. et sic edidit Lefeb. 435. *sta, iuvenis,* Heinsius reposuit pro vulg. *stas iuv.* 444. *dissice* ex Colon. et Putean. Vulg. *disiice*.

nandis subtilitas geographica poetarum desideranda est. vid. Heyn. Exc. IX. ad Virg. l. c. — 430. *operto Regi*, Virg. *Stygio.* — *Divae Hen.* Proserpinae, de qua vid. lib. I, 214. — *casta cerv. iuvenca*, pro qua Virg. *sterilem vaccam* dixit. Homer. στεῖραν βοῦν. — 432. Eumenidibus sacrum facit Scipio. Apud Virgilium Aeneas matri Eumenidum, Nocti, et sorori Terrae.

435. seqq. Admonet Autonoe Scipionem, ut constanter ferat adspectum Tartari propinqui. — 439. *ab imo chao*, a prima mundi origine, cum adhuc chaos esset. cf. Ovid. Met. I, 7. — 441. *Odrys. t. equos*, Diomedis Thracis, quos ille hospitum carne pascebat. v. sup. lib. III, 38. — 442. cf. Virgil. VI, 260. et Hom. Od. κ, 535. et λ, 48.

Interea cerne, ut greſſus inhumata citatos
Fert umbra, et properat tecum coniungere dicta:
Cui datur ante atros abſumti corporis ignes,
Sanguine non tacto, ſolitas effundere voces.
Aſpicit, et ſubito turbatus Scipio viſu,
Quinam te, qui caſus, ait, dux maxime, feſſae
Eripuit patriae; cum tales horrida poſcant
Bella viros? Nec enim dextra conceſſerit ulli
Appius, aut aſtu. Decimum lux retulit ortum,
Vt te, cum Capua remearem, vulnera vidi
Mulcentem, hoc uno maeſtum, quod adire nequires
Saucius ad muros, et Martis honore careres.
Contra quae ductor: Feſſo mihi proxima tandem
Lux gratos Phaethontis equos avertit, et atris
Aeternum demiſit aquis. Sed lenta meorum,
Dum vanos ritus, cura, et ſollemnia vulgi
Exſequitur, ceſſat flammis imponere corpus,
Vt portet tumulis per longum membra paternis.
Quod te per noſtri Martis precor aemula facta,
Arce, quae putres artus, medicamina, ſervant:
Daque

460. *cura* Heinſ. repoſuit. Et ita habent omnes editt. ante Marſum, qui *curat* edidit. 464. *putres* Heinſ. emendavit. In Colon. et Parm. erat *patris* vitioſe pro *putris*. Vulg. *patriis* Barth. coni. *Phariis*.

445. ſeqq. Appius, cuius umbra nunc primum occurrit Scipioni, manifeſte ex Homerico Elpenore Od. λ, 51. ſq. aut Palinuro Virgilii 337. adumbratus. — 454. Vulneratum ad Capuam Appium Livius narrat lib. XXVI, 6. mortuum cap. 16.

457. *proxima* ſcil. illi diei, qua me ultimum vidiſti, *equos Phaetont. avertit*, pro vulg. luce et vita me privavit, quod mox variat, *atris aquis*, Stygiis, in Tartarum *demiſit*. Iam verſſ. 459-62. queritur Appii umbra de exequiarum ritibus, quibus cadaver in patriam ad maiorum ſepulcra deportandum eſſe putabatur, adeoque interea, ne putreſceret, condimentis ſervandum. Hanc *lentam curam* appellat, quod a Capua ad Romam longius iter erat. Itaque verſ. 464. 65. optat quantocius cremari,

Daque vago portas quamprimum Acherontis adire.
Tum iuvenis: Gens o veteris pulcherrima Clauſi,
Haud ulla ante tuam, quanquam non parva fatigent,
Curarum prior exſtiterit. Namque iſta per omnes
Diſcrimen ſervat populos, variatque iacentum
Exſequias tumuli et cinerum ſententia diſcors.
Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Hibera,
Exanima obſcoenus conſumit corpora vultur.
Regia cum lucem poſuerunt membra, probatum eſt
Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo

Corpo-

468. *nam iuſta — ſervant* coni. Heinſii, vel Livineii, quam Cortius in margine ſui libri notavit.

mari, et *medicamina* a corpore arceri, ut loca beata intrare poſſit.

466. De *Clauſo*, unde omnis familia Claudiorum originem ducebat, diximus ad lib VI I, 414. — 467. Nil prius curabo, inquit Scipio, quam funus tuum, quod optas. Iam ſequitur recenſio variorum generum mortuos tractandi et ſepeliendi, quae apud diverſos populos obtineant. Hunc locum omnem ſemper maxime abſurdum iudicavi. Non poteſt ulla probabilis ratio inveniri, quare poeta haec Scipionem diſputantem induxerit. Certe, ſi in ſolatium Appii dicta quis putaverit, ridiculus conſolandi modus mihi videtur. Credo poetam, cum vellet doctrinam expromere, et variandi ornatus artem oſtentare, non ſenſiſſe, quam abſurde et contra dignitatem carminis epici id faceret. Eum omnem locum, ſi quem alium, ex carmine Siliano, ut abſit, optaverim. Et quid iſtud *namque* habet, ad quod referatur? — 468. *iſta* ſcil. cura ſepeliendi, *diſcrimen ſervat*, diverſa eſt apud populos diverſos. Eam ſententiam mox argute variat verbis.

471. ſeqq. De ſequentibus ſepeliendi ritibus, qui teſtimonia veterum deſiderat, adeat omnino Kirchmanni ad libros de funeribus Rom. Appendicem cap. 2. et ſeq. — De *Aegyptiis* locus eſt Herodot. lib II, 86. ubi vero *ſaxi odorati* nulla mentio fit, ſed capſae ligneae, cui cadaver incluſum fuerit. Ergo cogitari poteſt opus arcuatum, quod cum *odoratum* dicit, debebit id potius ad corpus ipſum unguentis conditum, quam ad

ſaxum

Corpora, et a menſis exſanguem haud ſeparat umbram.
Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro
Ora virûm, et longum medicata reponit in aevum.
Quid, qui recluſa nudos Garamantes arena
Infodiunt? Quid, qui ſaevo ſepelire profundo
Exanimos mandant Libycis Naſamones in oris?
At Celtae vacui capitis circumdare gaudent
Oſſa, nefas! auro, ac menſis ea pocula ſervant.
Cecropidae ob patriam Mavortis ſorte peremtos
Decrevere ſimul communibus urere flammis.
At gente in Scythica ſuffixa cadavera truncis
Lenta dies ſepelit, putri liquentia tabo.
Talia dum memorant, umbra veniente Sibyllae,
Autonoe, Finem hic, inquit, ſermonibus adde
Alternis. Haec, haec veri fecunda ſacerdos:
Cui tantum patuit rerum, quantum ipſe negarit
Plus noviſſe Deus. Me iam comitante tuorum
Tempus abire globo, et pecudes imponere flammis.
At gravida arcanis Cymes anus attigit ore
Poſtquam ſacrificum, delibavitque cruorem,
In decus egregiae vultus intenta iuventae,
Aetherea fruerer cum luce, haud ſegniter, inquit,
Cymaeo populis vox noſtra ſonabat in antro.
Tunc

478. *medicata* ex Colon. *mercata* Putean. Primus Marſus ed. *myrrhata*. 491. *quanto* coni. Barth.

ſaxum referri, more poetico. *ſtantia*, erecta, ἱςαντες ὀρθον προς τοιχον, Herodotus ait. — 476. *menſis haud ſeparat*. Lucian. de Luctu: Αἰγυπτιος ξηρανας τον νεκρον συνδειπνον και συμποτην ἐποιησατο. v. Kirchm. l. c. p. 61. — 482. Idem de Scythis Strabo lib. VII. pag. 458. ſ. 298. et Herod. lib. IV. At Silius e Livio hauſit, qui idem Boiis tribuit lib. XXIII, 24. — 484. De Athenienſium ſepulcris publicis in Ceramico conſtitutis, v. plura apud Meurſ. Ceram. cap. 22. et 23.

494. cf. Tireſiae verba ap. Hom. Od. λ, 94. 95. — 497. In libris Sibyllinis, inquit, olim Romanorum et tua fata expo-

Tunc te permixtum ſcelis rebuſque futuris
Aeneadum cecini. Sed non ſat digna mearum
Cura tuis vocum. Nec enim conquirere dicta,
Aut ſervare fuit proavis ſollertia veſtris.
Verum age, diſce, puer, (quando cognoſcere cordi eſt)
Iam tua, deque tuis pendentia Dardana fatis.
Namque tibi cerno properatum oracula vitae
Hinc petere, et patrios viſu contingere manes.
Armifero victor patrem ulciſceris Hibero,
Creditus ante annos Marti, ferroque reſolves
Gaudia Poenorum, et miſſum laetabere bello
Omen, Hiberiacis victa Carthagine terris.
Maius ad imperium poſt haec capiere, nec ante
Iupiter abſiſtet cura, quam cuncta fugarit
In Libyam bella, et vincendum duxerit ipſe
Sidonium tibi rectorem. Pudet urbis iniquae,
Quod poſt haec decus hoc patriaque domoque carebit.
Sic vates, greſſumque lacus vertebat ad atros.
Tum iuvenis, Quaecunque datur ſors durior aevi,
Obnitemur, ait: culpa modo pectora ceſſent.
Sed,

503. *quoniam cognoſcere* Colon. 508. *creditus Martem* ed. Lefeb. ſine auctoritate. 511. *rapiere* coni. Heinſ. 515. Verſus ab Heinſio conſtitutus. Vulg. *quod tu poſt decus hoc — carebis.*

expoſui; *ſed non ſat digna* etc. h. e. contemſiſtis eos libros. Adluditur ad Tarquinium Superbum, ad quem cum delati eſſent novem libri fatidici, ſex combuſtis, tres tantum ſervavit. 505. *cerno tibi properatum*, h. e. video itineris tui hoc conſilium eſſe, ut fata tua cognoſcas etc.

507. ſeqq. Iam Sibylla vaticinatur, ut Tireſias ap. Homer. Od. λ, 99. ſeq. — 508. *creditus Marti*, ad bellum miſſus in Hiſpaniam, *ante annos*, Livio quidem auctore, annos nondum viginti et quatuor natus, lib. XXVI, 18. — 510. *omen.* Nempe Carthago Hiſpaniae capta omen fuit ſuperandae Carthaginis in Africa. — 511. *maius ad imp.* ad Conſulatum cum P. Licinio Craſſo. v. Liv. XXVIII, 38. — 515. Exilium Scipionis canit. Accuſatus

Sed, te oro, (quando vitae tibi causa labores
Humanos iuvisse fuit) siste, inclita virgo,
Paulisper gressum, et nobis manesque silentum
Enumera, Stygiaeque aperi formidinis aulam.
Annuit illa quidem: sed, non optanda recludis
Regna, ait. Hic tenebras habitant, volitantque per umbras
Innumeri quondam populi. Domus omnibus una.
In medio vastum late se tendit inane,
Huc, quidquid terrae, quidquid freta, et igneus aer
Nutrivit primo mundi genitalis ab aevo,
(Mors communis agit) descendunt cuncta: capitque
Campus iners, quantum interiit, restatque futurum.
  Cingunt regna decem portae: quarum una receptat
Belligeros, dura Gradivi sorte creatos.
Altera, qui leges posuere atque inclita iura
Gentibus, et primas fundarunt moenibus urbes.
Tertia ruricolas, Cereris iustissima turba
Quae venit ad manes, et fraudum illaesa veneno.
Exin, qui laetas artes vitaeque colendae
Invenere viam, nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt Phoebo, sua limina servant.
Pro-

524. *habitant* e scriptis Heins. pro vulg. *agitant*. Deinde *per auras* Putean. 532. *crematos* ed. Lefeb. incertum e quo libro.

satus enim repetundarum a Petilliis tribunis plebis Linternum in exilium voluntarium concessit. v. Liv. XXXVIII, 50. et 53. Hinc *urbs*, Roma, *iniqua*, ingrata, quod tantum virum expelli passa est.

526. seqq. Sequitur omnis Tartari descriptio, ductis passim ex Homero et Virgilio coloribus adumbrata. Sed eam imaginem ita Silius variavit, ut omnem locum decem portis circumdaret, secutus, ut Heynio videtur in Excurs. VIII. Platonis circulos in Phaedone nominatos; quamvis et σιδήρειαι πύλαι Homeri Il. ϑ, 15. in hoc phantasma deducere poterant. — 532. *belligeros*, bello et proelio interfectos. Hunc locum ornatius et copiosius extulit Virg. VI, 478. sq. coll. 648. sq. — Ad verss. 537. 38. cf. Virg. l. c.

Proxima, quos venti saevaeque hausere procellae,
Naufraga porta rapit; sic illam nomine dicunt.
Finitima huic, noxa gravido et peccasse fatenti,
Vasta patet populo. Poenas Rhadamanthus in ipso
Expetit introitu, mortemque exercet inanem.
Septima femineis reseratur porta catervis,
Humentes ubi casta fovet Proserpina lucos.
Infantum hinc gregibus, versasque ad funera taedas
Passis virginibus, turbaeque in limine lucis
Est iter exstinctae, et vagitu ianua nota.
Tum, seducta loco, et laxata lucida nocte,
Claustra nitent, quae secreti per limitis umbram
Elysios ducunt campos. Hic turba piorum,
Nec Stygio in regno, coeli nec posta sub axe:
Verum, ultra Oceanum sacro contermina fonti,
Lethaeos potat latices, oblivia mentis.
Extrema hinc, auro fulgens, iam lucis honorem
Sentit,

546. *humentes* ex Colon. Vulg. *liventes*, quod Drakenborch. probabat, expressit Lef. laudato Cod. Tel. Rom. 1 2. 554 *contermina* Mod. ex scriptis pro vulg. *certamine*. 555. *potant* Putean.

l. c. vers. 662. 63. — 548. *turbae — exstinctae*, infantum. Virgil. 427. *infantumque animae flentes in limine primo.* Sed agnosce dulcedinem loci Virgiliani. Silius, qui ornatus ab illo exhaustos sentiebat, bene fecit, quod breviter singula et sobrie ornavit.

550. seqq. Elysios campos, non cum Virgilio sub terra, sed cum Homero (Od. δ, 563. sq.) et Hesiodo (ἔργ. 170. sq.) ad Oceanum occid. in insulis fortunatis ponit. Locum nulla caligine obductum, adeoque Tartaro oppositum exhibet, exemplo Virgilii VI, 640. *largior hic campos aether et lumine vestit purpureo.* Alii poetae passim eius regionis felicitatem variis modis adumbrarunt. v. Heyn. ad Virg. l. l. — Porro, cum Oceanum posuisset Silius, *sacrum* etiam *fontem*, Lethe s. Limam addit, qui in Oceanum influit ex vetere Lusitania, unde *Lethaeos latices* dixit, ad modum Virgil. v. 713. *Lethaei ad fluminis undam Securos latices et longa oblivia potant.*

556. *Extrema*, decima porta.

Sentit, et admoto ſplendet ceu ſidere lunae.
Hac animae coelum repetunt; ac, mille peractis,
Oblitae Ditem redeunt in corpora, luſtris.
Has paſſim nigrum pandens Mors lurida rictum
Itque reditque vias, et portis omnibus errat.
Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago,
Limoſique lacus: late exundantibus urit
Ripas ſaevus aquis Phlegethon, et, turbine anhelo
Flammarum reſonans, ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens Cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit, et ſpumanti gurgite fertur.
At, magnis ſemper Divis regique Deorum
Iurari

557. *admotae* coni. Heinſ.

ta. 558. *Hac* porta *coelum repetunt.* Locus refictus e Virg. VI, 748. ſeq. niſi quod *annos* in *luſtra* mutavit Silius. Nempe in numero annorum nunc ſibi non conſtabant veteres, ut Heyn. docuit ad illum locum. cf. Claud Ruf. II, 491. ſeq. Sed hanc omnem opinionem de animabus poſt purgationem exactam corpora repetentibus, luculentius cum cauſis ſuis et ornatius expoſuit Virgilius. Noſter poeta harum rerum veluti epitomen ſcribit: v. omnino Heynii Exc. XIII. ad illum locum Virgilii.

562. In fluviorum infernalium recenſu, certos auctores ſecutus, an ſuo arbitrio uſus ſit noſter, dubium eſt. Certe a Virgilio in univerſum diſcrepat. Niſi forte Platonicae rationis memor fuit, cui in Phaedone Tartarus vorago eſt, in quam omnia flumina confluant, et inde rurſus effluant. Silius nominavit omnes, haud dubie ut ornatus cumulandi uberior occaſio eſſet. — *ſine corpore*, argute nimis dictum videtur de voragine. Nempe in tractu inferorum nullum omnino corpus, ſolae umbrae reperiuntur. In his, quae ſingulis fluminibus attribuit, non magnopere diſcrepat a caeteris poetis eius aetatis. De *Phlegethonte* igneo cf. Claud. l. l. 468. Stat. Theb. VIII, 30. Sed vide luxuriantem in ignis notatione Silium! In *Cocyto* diſſentit a reliquis, qui plerumque lacrymarum flumen faciunt a κωκυτῷ, ut Claud. et Stat. l. l. Nam verſ. 577. alium lacrymarum amnem anonymum ponit, incerta auctoritate uſus. 568. De *Styge* quae notat, centies ex Homero

Iurari dignata palus, picis horrida rivo,
Fumiferum volvit Styx inter ſulfura limum.
Triſtior his Acheron ſanie craſſoque veneno
Aeſtuat, et, gelidam eructans cum murmure arenam,
Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.
Hanc potat ſaniem non uno Cerberus ore.
Haec et Tiſiphones ſunt pocula, et atra Megaera
Hinc ſitit, ac nullo rabies reſtinguitur hauſtu.
Vltimus erumpit lacrimarum fontibus amnis
Ante aulam, atque aditus, et inexorabile limen.
Quanta cohors, omni ſtabulante per avia monſtro,
Excubat, et manes permixto murmure terret!
Luctus edax, Macieſque, malis comes addita morbis,
Et Maeror paſtus Fletu, et ſine ſanguine Pallor,
Curaeque, Inſidiaeque, atque hinc queribunda Senectus,
Hinc angens utraque manu ſua guttura Livor,
Et deforme malum ac ſceleri proclivis Egeſtas,
Errorque inſido greſſu, et Diſcordia gaudens
Permiſcere fretum coelo; ſed et oſtia Ditis
Centenis ſuetus Briareus recludere palmis,
Et Sphinx, virgineos rictus infecta cruore,
Scyllaque, Centaurique truces, umbraeque Gigantum.
Cerbe-

574. *potat* e ſcriptis et priſcis editt. pro vulg. *optat*, quod primus Marſus ediderat. 579. *quanta* pro *quarta* ex Oxon. Barth. et ſic Colon. ubi et *atria* pro *avia*. 588. *recludere* ex ſcriptis et editt. priſcis pro vulg. *excludere*.

mero et Virgilio a caeteris poetis traducta ſunt, et tralaticia cf. Odyſſ. o, 36. Virg. VI, 324. — 570. *triſtior*, atrocior, funeſtior. Eam triſtitiam in Acherontis imagine ſatis graphice et abſolute poeta expreſſit, niſi quod rei foeditas faſtidio et nauſea animum implet. — 573. *lentus*. Atqui Seneca *furentem* et *rapidum* deſcribit, Stygem autem lentum, Herc. Fur. 714. et 712.

579. ſeqq. Hic locus adumbratus eſt e Virgil. VI, 273. ita ut poeta ſibi variandi paſſim nonnulla arbitrium ſumeret. Similes loci ſunt apud Claud Rufin. I, 30. ſq. et Senec. Herc. Fur. 690. ſeq. — 588. de *Briareo* nota narratio

Cerberus hic ruptis peragrat cum Tartara vinclis,
Non ipſa Alecto, nec fera furore Megaera
Audet adire ferum, dum fractis mille catenis
Viperea latrans circumligat ilia cauda.
Dextra vaſta comas nemoroſaque brachia fundit
Taxus, Cocyti rigua frondoſior unda.
Hic dirae volucres, paſtuſque cadavere vultur,
Et multus bubo, ac ſparſis ſtrix ſanguine pennis,
Harpyiaeque fovent nidos, atque omnibus haerent
Condenſae foliis: ſaevit ſtridoribus arbor.
Has inter formas coniux Iunonis Avernae,
Suggeſtu reſidens, cognoſcit crimina regum.
Stant vincti, feroque piget ſub iudice culpae.
Circumerrant Furiae, poenarumque omnis imago.
Quam vellent nunquam ſceptris fulſiſſe ſuperbis!
Inſultant duro imperio non digna nec aequa
Ad ſuperos paſſi manes: quaeque ante profari
Non licitum vivis, tandem permiſſa queruntur.
Tunc alius ſaevis religatur rupe catenis:
Aſt alius ſubigit ſaxum contra ardua montis:

I 2 Vipe-

595. *numeroſaque* coni. Heinſ. 597. *cadavera* Putean. 600. *ſaevit* e ſcriptis et editt. priſcis, pro *nutat*, quod primus Nicander edidit in Iunt. 602. *ſeraeque culpae* coni. Heinſ. 610. *perque ardua* vulg. *ſubicit* Cod. Tel. Rom. 2. *ſubiicit* in Beneſ.

tio Homeri Il. α, 403. Dictus et Aegaeon, cf. Virg. Aen. X, 567.

595 ſqq. Variatus locus e Virg. l. l. 282. ubi ulmus Somni ſedes nominatur. Taxi meminit etiam Seneca Herc. Fur. 686. in loco huic ſimillimo et Lucan. VI, 645.

601. ſeqq. *coniux Iun. av.* Proſerpinae coniux Pluto, ἄναξ ἐνερων Ἀϊδωνευς Hom. Il. υ, 61. qui et in throno ſ. *ſuggeſtu* collocat. Novo autem phantaſmate Silius *reges* à Plutone iudicatos infert. — In verſ 605. color orationis Virgilianus Aen. VI, 430. — 606 *inſultant* regibus, eoſque accuſant *manes*, umbrae eorum, qui in terris (*ad Superos*) male ab iis habiti ſunt, *non digna nec aequà paſſi*.

609. 10. De Prometheo vel Siſypho et Ixione cogitare potuit poeta; quamvis omnino

Vipereo domat hunc aeterna Megaera flagello.
Talia letiferis restant patienda tyrannis.
  Sed te maternos tempus cognoscere vultus,
Cuius prima venit non tardis passibus umbra.
Adstabat fecunda Iovis Pomponia furto.
Namque, ubi cognovit Latio surgentia bella
Poenorum, Venus, insidias anteire laborans
Iunonis, fusa sensim per pectora patrem
Implicuit flamma. Quae ni provisa fuissent,
Sidonia Iliacas nunc virgo accenderet aras.
  Ergo ubi gustatus cruor, admonuitque Sibylla,
Et dedit alternos ambobus noscere vultus,
Sic iuvenis prior: O, magni mihi numinis instar,
Cara parens, quam, te ut nobis vidisse liceret,
Optassem Stygias vel leto intrare tenebras!
Quae sors nostra fuit, cui te, cum prima subiret,
Eripuit sine honore dies, et funere carpsit?

Excipit

611. *alterna* coni. Heins. 612. In Putean. *faciferis* pro *fatiferis* aiebat Heins. Sed Lefeb. *laetiferis* ibi legi affirmabat. 620. *Sidonis* ex coni. Heins. Lefeb. qui et *Italicas* ex Cod. Put. adfert.

omnino haec poenarum genera posuit Virg. VI, 617. cf. Hom. Od. λ, 592. — Infra v. 871. 72. similia poenarum genera Hannibali adsignantur.

613. seq. Mater Scipioni occurrit. Locus similis Homerico de occursu matris Vlyssis Od. λ, 151. seq. — 615. *Iovis furto*, occulto concubitu in serpentem mutati. cf. lib. VII, 487. Infra hoc furtum latius explicatur. — 616. Laus magna Scipionis. Venus Romanis opem latura adversus Iunonem, effecit, ut Scipio gigneretur. Alioquin (v. 620.) *Sidonia virgo Il. aras accenderet*, e Carthaginiensibus virgines Vestales caperentur. Sic Cellarius. Rectius fortasse Marsus: virgines Punicae in altaribus Rom. sacrificarent. Sed omnino haec arguta et longinquius petita Silii ratio est imperium Romanum designandi.

621. seqq. *gustatus cruor*, noto ritu. Sic mater Vlyssis, poto cruore, agnoscit filium Od. λ, 152. cf. inf. 706. et 735. — 627. *sine honore*, exsequiis, mox *funere*. —

629

Excipit his mater: Nullos, o nate, labores
Mors habuit nostra: aethereo dum pondere partum
Exsolvor, miti dextra Cyllenia proles
Imperio Iovis Elysias deduxit in oras;
Attribuitque pares sedes, ubi magna moratur
Alcidae genetrix, ubi sacro munere Leda.
Verum age, nate, tuos ortus, ne bella pavescas
Vlla, nec in coelum dubites te tollere factis,
Quando aperire datur nobis, nunc denique disce.
Sola die caperem medio cum forte petitos
Ad requiem somnos, subitus mihi membra ligavit
Amplexus, non ille, meo veniente marito,
Assuetus facilisque mihi: tum luce corusca,
Implebat quanquam languentia lumina somnus,
Vidi (crede) Iovem. Nec me mutata fefellit
Forma Dei, quod, squalentem conversus in anguem,
Ingenti traxit curvata volumina gyro.
Sed mihi post partum non ultra ducere vitam
Concessum. Heu, quantum gemui, quod spiritus ante,
Haec tibi quam noscenda darem, discessit in auras!
His alacer colla amplexu materna petebat:
Vmbraque ter frustra per inane petita fefellit.
Succedunt simulacra virûm concordia, patris
Vnanimique simul patrui. Ruit ipse per umbram,

 Oscula

629. *partu* vulg. per appositionem. Nostra lectio est ex Colon. In Putean. erat *pondere partus*, unde Heins. coni. *aetherei d. p. partus*. 633. Putean. *numine*. 635. *te attollere* Put. Sic et in Tel. et Rom. 2. 640. *corruscum* edidit Lefeb. sine auctoritate, ut videtur. In Col. *corruscas*, unde Heins. *corruscans*. 650. *simul. consortia* coni. Heins.

629. *aeth. pondere p.* exquisite, ut divinitus genitum. — 630. munus Mercurii animas ad loca inferorum deducendi notum ex Hom. Od. ω. init. Vnde Horat. Carm. I, 10. 17. *Tu pias laetis animas reponis sedibus*. cf. Virgil. Aen. IV, 242. sq.

637. sqq. cf. Gell. N. A. VII, 1. et Liv. XXVI, 19. — 647. *haec noscenda*, scil. te esse ex Iove genitum. 649. cf. Hom.

Oſcula vana petens, iuvenis, fumoque volucri
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.
Quis te, care pater, quo ſtabant Itala regna,
Exoſus Latium Deus abſtulit? Hei mihi! nam cur
Vlla fuere adeo, quibus a te ſaevus abeſſem,
Momenta? Oppoſito mutaſſem pectore mortem.
Quantos funeribus veſtris gens Itala paſſim
Dat gemitus! Tumulus vobis, cenſente Senatu,
Mavortis geminus ſurgit per gramina campo.
Nec paſſi plura, in medio ſermone loquentis
Sic adeo incipiunt; prior haec genitoris imago:
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,
Dulce tamen venit ad manes, cum gratia vitae
Durat apud ſuperos, nec edunt oblivia laudem.
Verum age, fare, decus noſtrum, te quanta fatiget
Militia. Heu, quoties intrat mea pectora terror,
Cum repeto, quam ſaevus eas, ubi magna pericla
Contingunt tibi! Per noſtri, fortiſſime, leti
Obteſtor cauſas, Martis moderare furori.

Sat

654. *Qui te* ed. Lef. *quod ſtabant* Colon. *cum ſtab.* Mediol. 655. *Latio* vulg. 664 *gratia* e Scriptis. Vulg. *gloria.* Deinde *duret*, et *edant* in priſcis editt. Lefeb. poſt *ſuperos* ita interpunxit, ut ſequentia hunc ſenſum habeant: *tum non edunt obl. mentem.* Non placet. vid. nott.

Hom. Od. λ, 205. 206. Virgil VI, 700.

652. noti colores ex Homero et Virgilio. cf. Il. ψ, 100. Aen. VI, 702. et II, 792. — 654. Similis forma verborum Virgil. VI, 341. *Quis te, Palinure, deorum eripuit nobis, medioque ſub aequore merſit?* — 656. *cur ulla momenta* etc. Haec mihi fri gent, ſaltem his verbis expreſſa. Et cur *ſaevus?* cum opem ferre patri abſens non poſſet. — 657. *mutaſſem*, pro te ſubiiſſem, vel a te depuliſſem. Hoc *praeripere letum* dixit lib II, 118. ſeq. Sic Scipio patrem ad Ticinum e mortis periculo eripuerat. v. lib. IV, 456. ſq. — 660. De hôc more Romanorum viros illuſtres in Campo Martio ſepeliendi expoſuit Kirchmannus de Fun. Rom. II. 25.

664. *dulce venit* etc. pro vulg. dulce eſt manibus ſuperſtitem

Sat tibi sint documenta domus. Octava terebat
Arentem culmis messem crepitantibus aestas,
Ex quo cuncta mihi calcata, meoque subibat
Germano devexa iugum Tartessia tellus.
Nos miserae muros et tecta renata Sagunto,
Nos dedimus Baetin nullo potare sub hoste.
Nobis indomitus convertit terque quaterque
Germanus terga Hannibalis. Pro barbara nunquam
Impolluta fides! Peterem cum victor adesum
Cladibus Hasdrubalem; subito venale, cohortes
Hispanae, vulgus, Libyci quas fecerat auri
Hasdrubal, abrupto liquerunt agmine signa.
Tunc hostis socio desertos milite, multum

671. *sint* ex Colon. Vulg. *sunt*. 681. *Libyco auro* vulg.

stitem et vigentem in terris memoriam et gloriam cognoscere. Similem sententiam laudant e Claudiano de Cons. Mall. Theod. 1. sq.

671. cf. sup. lib. VI, 121. — In reliqua narratione de Scipionum in Hispania expeditionibus et fatis Silius Liviana expressit e lib. XXV, 32-37. coll. lib. XXIV, 41. 42. — 672. 73. Octavus annus erat, ex quo mihi et fratri omnis Hispania cesserat. Nota ratio poetica e messibus numerandi annos, sed nunc non sine luxuria verborum expressa. *devexa subibat*, ornate pro, sub iugum missa est. — 675. Apud Livium XXIV, 42. haec sunt: *Cum iam* (nempe ex quo tempore ductu Scipionum in Hispania bellatum fuerat) *res prosperae in Hispania essent, verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum octavum iam annum sub potestate hostium esse. Itaque id oppidum vi pulso praesidio Punico receperunt, cultoribusque antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt.* Hinc Scipio dicere poterat se cum fratre *muros et tecta renata* Sagunto dedisse, et effecisse, ne *Baetin sub hoste potaret*, liberata a Punica obsidione.

678-81. Conqueritur Scipio perfidiam Celtiberorum barbaricam, ut ipse Livius vocat, qui per occulta colloquia, et mercede ab Hasdrubale inducti, signis sublatis, repente defecerant. v. Liv. l. c. cap. 33. — *venale vulgus*, cum acerbo contemtu pro, fidem

Ditior ipſe viris, ſpiſſo circumdedit orbe.
Non ſegnis nobis nec inultis, nate, peracta eſt
Illa ſupremà dies, et laude incluſimus aevum.
Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.
Excelſae turris, poſt ultima, rebus in artis
Subſidium optaram, ſupremaque bella ciebam.
Fumantes taedas, ac lata incendia paſſim,
Et mille iniecere faces. Nil nomine leti
De Superis queror. Haud parvo data membra ſepulcro
Noſtra cremaverunt in morte haerentibus armis.
Sed me luctus habet, geminae ne clade ruinae
Ceſſerit affuſis oppreſſa Hiſpania Poenis.
Contra quae iuvenis turbato fletibus ore:
Dî, quaeſo, ut merita eſt, dignas pro talibus auſis
Carthago expendat poenas. Sed continet acres
Pyrenes populos, qui, veſtro Marte probatus,
Excepit feſſos, et notis Marcius armis
Succeſ-

685. *laudi indulſimus aevum* coni. Heinſ. 693. *in Martem hortantibus armis* Putean.

fidem et perfidiam venalem habentes. — *cohortes, quas fecerat auri*, inſolentius dictum pro vulg. quas pro auro ſibi conciliaverat, mancipaverat.

687. ſeqq De Cnaei Scipionis interitu in turri incenſa iterum Liv. l. c. cap. 36. unde poeta ſua ornavit. — 692. *haud parvo ſepulcro*, turri. Ludentem verbis poetam audio, non Cnaeum Scipionem. Omnino hoc loco ſententias bonas arguto et duro ornatu elatas ſentio. — *In morte haerentia arma* ſignificant Scipionem cum armis veluti in rogum, more heroibus optabili et decoro, coniectis crematum. Conferunt Od. λ, 74. ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν. Il. ζ, 418. et cf. ſup. lib. X, 562. et Virg. A. VI, 217.

694. 95. Hoc unum vereor, ne poſt mortem noſtram Hiſpania a Poenis recuperata fuerit. In his Cnaeus patriae amorem commendat. Itaque mox Scipio in patrui ſolatium docet res Hiſpaniae labefactatas reſtituiſſe Marcium copiis Romanorum denuo collectis, et ad pugnam confirmatis. Poeta nunc quoque, ut ſolet, veſtigia Liviana premit, v. lib. XXV, 37. — 700. *notis armis*, Livius l. c. de

Succeſſit bello. Fuſos quoque fama ferebat
Victores acie, atque exacta piacula caedis.
His laeti rediere duces loca amoena piorum:
Proſequiturque oculis puer adveneratus euntes.
Iamque aderat multa vix agnoſcendus in umbra
Paullus, et epoto fundebat ſanguine verba:
Lux Italûm, cuius ſpectavi Martia facta,
Multum uno maiora viro, deſcendere nocti,
Atque habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Cui contra tales effundit Scipio voces:
Armipotens ductor, quam ſunt tua fata per Vrbem
Lamentata diu! Quam paene ruentia tecum
Traxiſti ad Stygias Oenotria tecta tenebras!
Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hoſtis
Conſtituit, laudemque tuo quaeſivit honore.
Dumque audit lacrimans hoſtilia funera Paullus,
Ante oculos iam Flaminius, iam Gracchus, et aegro
Abſumtus Cannis ſtabat Servilius ore.
Appellare viros erat ardor, et addere verba:
Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.
Nunc meritum ſaeva Brutum immortale ſecuri

 Nomen,

705. *muta umbra* edidit Lefeb. ſuum ſenſum ſecutus. In ſua muta umbra, inquit, quia tot vulneribus confoſſus fuerat, ut ni locutus fuiſſet, non agnoviſſet eum Scipio. Ergo etiam mox *at epoto* exhibet, pro *et*. Scilicet mutatis verbis ſenſus mutatur. Sed illud non eſt criſin exercere. Et quod *mutam umbram* nunc loco Virgilii Aen. VI, 264. adſtruere conatur, ubi ſunt *umbrae ſilentes*, id eo tantum pertinere poteſt, ut probes illud epitheton ſolere adiungi *umbrae*. Alia quaeſtio eſt, quare illa potiſſimum lectio in Silio vera ſit. 708. *nocti* Mod. ex Colon. In Put. et Oxon. *noſti*. In Vulg. *nunc te*. 709. *ſubiit* in Cod. Tel. Lef. 710. *cui contra* Mod. et Heinſ. ex ſcriptis. pro vulg. *quem contra*. Oxon. *qui contra*.

de hoc Marcio: *ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina, ſub qua per tot annos militiae artes edoctus fuerat.* — 701. *fuſos acie.* Lege Liv. l. c. in medio cap. 37.

714. cf. ſup. lib. X, 521. ſeqq.

721. *ſaeva ſecuri*, ut conſulatus inſignibus, quem primus Romanorum Brutus geſſerat. cf. ad lib. IX, 415.

Nomen, nunc Superos aequantem laude Camillum,
Nunc auro Curium non unquam cernit amicum.
Ora Sibylla docet venientum, et nomina pandit.
Hic fraudes pacis Pyrrhumque a limine portae
Deiecit, visus orbus. Tulit ille ruentem
Thybridis in ripas regem, solusque revulso
Pone ferox ponte exclusit redeuntia regna.
Si tibi dulce virum, primo qui foedera bello
Phoenicum pepigit, vidisse; hic inclitus ille
Aequoreis victor cum classe Lutatius armis.
Si studium et saevam cognoscere Hamilcaris umbram;
Illa est, (cerne procul) cui frons nec morte remissa
Irarum servat rabiem. Si iungere cordi est
Colloquium; sine, gustato det sanguine vocem.
Atque ubi permissum, et sitiens se implevit imago,
Sic prior increpitat non miti Scipio vultu:
Taliane, o fraudum genitor, sunt foedera vobis?
Aut haec Sicania pepigisti captus in ora?

Bella

722. *superis aequantem* vulg. Sed) iam Marsus ita explicabat, ut *Superos* necessario probaret. Heins. coni. *superis aequandum*. Dausq. *aequatum*, aut *Superis se aequantem*. 730. *inclitus* ex script. et ed. pr. In Oxon. Rom. 1. et aliis *medius ille*. Vulg. *martius*. 731. pro *victor* in Putean. *ultor*. 733. *nec caede remissa* Rom. 1. Cortius ad marginem notavit *remissam* coniecturam viri docti, haud dubie Livineii. 737. *non mitis* in scriptis viderat Heins. 739. *Haud haec* coni. Heins. sublata interrogationis nota. *atque haec* ex Put. edidit Lefeb.

723. ***auro non unquam amicum***; languido ornatu elata sententia. De repudiatis a *Curio* Samnitibus, qui ei magnum auri pondus attulissent, nota historia. v. Valer. Max. IV, 3.

726. *visus orbus*. Appium Claudium caecum designat, qui pacem cum Pyrrho ineundam gravi oratione dissuasit. v. Flor. I, 18 - 20. Ovid. Fast. VI, 203. Ipsam orationem expressit Plutarchus in Pyrrho.

727. 28. Horatius Cocles Porsennam ponte reciso coercens. v. Liv. II, 10.

729 - 31. De Lutatio cum Poenis ad Aegates insulas victis foedera pacis pangente, passim supra dictum, ut lib. I, 33. seq. — In sequentibus Hamilcaris umbra idoneo

cum

Bella tuus toto natus contra omnia pacta
Exercet Latio, et, perruptis molibus, Alpes
Eluctatus adest; fervet gens Itala Marte
Barbarico, et refluunt obstructi stragibus amnes.
Post quae Poenus ait: Decimum modo coeperat annum
Excessisse puer, nostro cum bella Latinis
Concepit iussu: licitum nec fallere Divos
Iuratos patri. Quod si Laurentia vastat
Nunc igni regna, et Phrygias res vertere tentat,
O pietas, o sancta fides, o vera propago!
Atque utinam amissum reparet decus! Inde citato
Celsus abit gressu, maiorque recessit imago.
Exin designat vates, qui iura sub armis
Poscenti dederint populo, primique petitas
Miscuerint Italis Piraeo litore leges.
Laetatur, spectatque virûm insatiabilis ora
Scipio, et appellet cunctos; ni magna sacerdos
Admoneat turbae innumerae: Quot millia toto
Credis

741. *praeruptis* Putean. *perruptae molibus Alpis Eluctatus* coni. Heins. probante Drakenb. 746. *placitum* Putean. 751. *incessit* ex Puteano Lefeb. attulit, laudato Virgil. Aen. I, 409.

cum delectu iuxta Lutatium cernitur, cum quo ille vana pacis foedera pepigerat. Hinc sensum verss. 738. 39. expedias licet.

744. seqq. vid. quae dicta sunt ad lib. I, 77. sq. unde repetuntur, quae nunc Hamilcar eloquitur. 750. *amissum decus*, ex victoria Romanorum apud Aegates, et ob foedera pacis facta. Hinc sup. lib. I, 61. de Hannibale: *avet Aegates abolere, parentum dedecus, ac Siculo demergere foedera ponto.* coll. v. 106 - 108.

752. Monstrat vates Decemviros legibus scribendis, quorum nomina, una cum legatis Athenas missis, recenset Liv. III, 31. et 35. — *sub armis*, quia tum penes Decemviros summa reipublicae erat. Caeterum in hoc et sequenti umbrarum recensu non arbitror curiose quaerendum, quare hos potissimum et non alios viros nominaverit poeta. In his haud dubie arbitrio suo utebatur et uti poterat Silius. Omnino magnos et nobiles fama et factis viros elegit,

Credis in orbe, puer, luſtras dum ſingula viſu,
Deſcendiſſe Erebo? Nullo non tempore abundans
Vmbrarum huc agitur torrens, vectatque capaci
Agmina mole Charon, et ſufficit improba puppis.
Poſt haec, oſtendens iuvenem, ſic virgo profatur:
Hic ille eſt, tellure vagus qui victor in omni
Curſu ſigna tulit; cui pervia Bactra, Dahaeque;
Qui Gangem bibit, et Pellaeo ponte Niphaten
Adſtrinxit; cui ſtant ſacro ſua moenia Nilo.
Incipit Aeneades: Libyci certiſſima proles
Hammonis, quando exſuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces, ſimilique cupidine rerum
Pectora noſtra calent, quae te via, fare, ſuperbum
Ad decus et ſummas laudum perduxerit arces.
Ille ſub haec: Turpis lenti ſollertia Martis.
Audendo bella expedias. Pigra extulit artis
Haud unquam ſeſe virtus. Tu magna gerendi
Praecipita tempus: mors atra impendet agenti.
Haec effatus abit. Croeſi mox advolat umbra,

Dives

758. *dum ſecula* Putean. 762. *iuvenem* ex Colon. pro vulg. *iuveni*. 764. *curſim* coniecerunt Mod. et Heinſ. *Dahaeque* ex ſcriptis et Rom. 1. al. *Dacaeque*. 770. *fare* ex Colon. pro *ſcire* vulg. 773. *artis* h. e. artis in rebus, Colon. pro vulg. *aſtris*. 774. In Putean. *tum — praecipitas*. Vnde Heinſ. coni. *dum — praecipitas*, vel *ni praecipitas*.

elegit, in quibus eſſet materia ornatus poetici adhibendi.

760. *umbrarum torrens*, ad copiam notandam, ut *unda* ſaepe poetis v. ſup. lib. IV, 159. — *improba puppis*, grandis, ut antea *capax moles*. v. Heyn. ad Georg. Virg. I, 145.

762. *iuvenem*, Alexandrum Magnum. 763. *vagus victor curſu*. Felicis victoris imago, qui facili negotio ubique vincit. Sequuntur variae Alexandri expeditiones in Scythia, quae *Bactra* ad Ochum fl. et *Dahis* populis, in India, quae *Gange* flum. et in Armenia, quae *Niphate* fl. deſignatur. 766. *ſua* moenia, Alexandria Aegyptiaca.

772. ſeqq. Superba brevitate ſententiarum hic locus eminet. Illico ſuſpiceris virum aliquem magnum has ſententias eloqui.

Dives apud ſuperos; ſed mors aequarat egenis.
Atque hic, Elyſio tendentem limite cernens
Effigiem iuvenis caſtam, cui vitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines,
Dic, ait, hic quinam, virgo? nam luce refulget
Praecipua frons ſacra viro, multaeque ſequuntur
Mirantes animae, et laeto clamore frequentant.
Qui vultus! quam, ſi Stygia non eſſet in umbra,
Dixiſſem facile eſſe Deum! Non falleris, inquit,
Docta comes Triviae: meruit Deus eſſe videri,
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes,
Et cantu Muſas et Phoebum aequavit honore.
Atque haec cuncta, prius quam cerneret, ordine terris
Prodidit, et veſtram tulit uſque ad ſidera Troiam.
Scipio, perluſtrans oculis laetantibus umbram,
Si nunc fata darent, ut Romula facta per orbem

Hic

779. *effigiem iuvenis, caſtae cui* etc. cum vulg. edidit Lefeb. *caſti* Heinſ. coni. 782. *multaeque frequentant* et mox *clamore ſequuntur* ed. Lefeb. 784. *quam* Colon. et Oxon. Vulg. *quem.* 792. *perſultans* ex Rom. 2. Lefeb.

778. ſeqq. Sequitur inſignis de Homero locus. Et expectandum erat, Silium in Homeri cogitationem incidiſſe, cum in Virgilio ſuo lib. VI, 667. Muſaeum poetam a Sibylla monſtratum legiſſet. In *vitta* praeivit etiam Virgilius l. c. ubi Heynius notavit hoc inſigni declarari viros ſanctos et ſacros, cum vittatos ſacerdotes, vates et Deos antiquitas prodiderit. Ad variationem pertinet, quod *purpuream* Silius extulit pro nivea Virgilii. — 781. cf. Stat. Achil. I, 11. Tranſtulit poeta in Homeri umbram, quae Virgilius l. c. verſ. 861. in umbra Marcelli, magni viri, laudaverat. — 787. De *numine*, quod credebatur vatibus ineſſe, memorabiles locos Drakenborch. attulit ex Ovid. Am. III. Ecl. IX, 17. et Faſt. VI, 5. ſq. Nota eſt etiam ἀποθέωσις Homeri a Cupero illuſtrata. — 790. *haec cuncta*, δεικτικῶς Sibylla de hoc omni Tartaro et inferis loquitur, ubi nunc Scipio cum ea verſabatur. Haec nimirum loca deſcripſit Homerus vivus Odyſſ. libro λ. *priuſquam*

Hic caneret vates, quanto maiora futuros
Facta eadem intrarent hoc, inquit, teste nepotes!
Felix Aeacida, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi! Crevit tua carmine virtus.
Sed quae tanta adeo gratantum turba requirens,
Heroum effigies maioresque accipit umbras.
Inde viro stupet Aeacide, stupet Hectore magno,
Aiacisque gradum venerandaque Nestoris ora
Miratur, geminos aspectat laetus Atridas,
Iamque Ithacum, corde aequantem Peleïa facta.
Victuram hinc cernit Ledaei Castoris umbram:
Alternam lucem peragebat in aethere Pollux.
Sed subito vultus monstrata Lavinia traxit.
Nam virgo admonuit, tempus cognoscere manes
Femineos, ne cunctantem lux alma vocaret.
Felix haec, inquit, Veneris nurus ordine longo
Troiu-

798. *Sed quae tanta adeo grassantum turba? requirens heroum effigies*, etc. Sic edidit Lefeb. e coni. Heins. praeter *grassantum*, quod sua auctoritate posuit. 800. *ecce viro* Lefeb. sine vestigiis librorum edidit. In scriptis erat *ire viro*, vitiose, forte pro *inque viro*. Vnde Hoeffttius, Batavus, cuius libellum criticum laudavimus ad lib. II, 421. putabat legendum *irato*, adscito ex Homero Achillis epitheto, ut apud Horat. Ep. II, 2. 42. Ovid. Am. II, 18. 1. Claudian. Prim. Cons. Stil. I, 99. Cortius ad marginem notavit *inque uno*. Burmann. coni. *hinc viso*, vel *in Phthio*, vel *in diro*, vel *inde fera* 802. *aspectat* e scriptis. *geminosque aspectat* coni. Heins. *et spectat* viri docti apud Cortium.

quam cerneret, antequam ipse haec loca adierat.

794. *quanto mai. — intrarent* pro vulg. quanto clariora Romanorum facta forent apud posteros hoc praecone Homero. Quae sequuntur, haud dubie expressa sunt ex oratione Alexandri M. qua utebatur apud Achillis monumentum in Sigeo promontorio, a Cicerone et Plutarcho memorata, *o fortunate adolescens, qui virtutum suarum praeconem Homerum habuisti.*

798. seqq. Verba sunt etiamnum Scipionis, quibus tanquam transitu quodam poeta utitur ad umbrarum recensum continuandum. — *accipit umbras*, audit nomina umbrarum ex vate. De *Castore* et *Polluce* v. lib IX, 295.

806. *vultus* oculos Scipionis *traxit*, in se convertit. —
810.

Troiugenas iunxit sociata prole Latinis.
Vis et Martigenae thalamos spectare Quirini?
Hersiliam cerne: hirsutos cum sperneret olim
Gens vicina procos, pastori rapta marito
Intravitque casae, culmique e stramine fultum
Pressit laeta torum, et soceros revocavit ab armis.
Adspice Carmentis gressus. Evandria mater
Haec fuit, et vestros tetigit praesaga labores.
Vis et, quos Tanaquil vultus gerat? Haec quoque castae
Augurio valuit mentis, venturaque dixit
Regna viro, et dextros agnovit in alite Divos.
Ecce pudicitiae Latium decus, inclita leti
Fert frontem atque oculos terrae Lucretia fixos.
Non datur, heu! tibi, Roma, nec est, quod malle deceret,
Hanc laudem retinere diu. Virginia iuxta,

Cerne,

814. *intr. casae* ex Colon. *lustravitque casae* Put. Oxon. cum editt. priscis. 817. *cecinit* coni. Drakenb.

811. *Quirini Martigenae,* Romuli Martis filii, unde Virgilio *Mavortius* Romulus Aen. VI, 778. De *Hersilia* uxore Romuli v. Liv. I, 11. — Sequentia, quae raptum Sabinarum tangunt, itidem nota sunt e Livii l. c. cap. 9. et sq. — 812. *procos hirsutos* dicit Romanos ob vitam horridam et pastoritiam, ut ipsum Romulum *pastorem.* Eodem etiam *torum stramine fultum* pertinet. 815. *soceros rev. ab armis.* v. Liv. cap. 13. ubi tamen universae mulieres Sabinae pacem restituunt. Sed cap. 11. *Hersilia ovantem Romulum precibus raptarum fatigata orat, ut parentibus earum det veniam, et in civitatem recipiat: ita rem coalescere concordia posse.*

816. De *Carmenta* matre Evandri vid. Liv. I, 7. et sup. lib. VII, 18. *Fatidicam vatem* dicit Virgil. Aen. VIII, 340. *cecinit quae prima futuros Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.* cf. Ovid. Fast. I, 517. seq.

818-20. Expressa sunt ex his Livianis lib. I. cap. 34. *accepisse id augurium* (quod ante memoratum fuerat) *laeta dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Etrusci, coelestium prodigiorum mulier. Excelsa et alta sperare complexa virum iubet* etc.

Cerne, cruentato vulnus sub pectore servat,
Tristia defensi ferro monumenta pudoris,
Et patriam laudat miserando in vulnere dextram.
Illa est, quae Thybrim, quae fregit Lydia bella,
Nondum passa marem, quales optabat habere
Quondam Roma viros, contemtrix Cloelia sexus.
Cum, subito aspectu turbatus, Scipio poscit,
Quae poenae causa, et qui sint in crimine manes.
Tum virgo: patrios fregit quae curribus artus,
Et stetit adductis super ora trementia frenis,
Tullia, non ullos satis exhaustura labores,
Ardenti Phlegethonte natat. Fornacibus atris
Fons rapidus furit, atque ustas sub gurgite cautes
Egerit, et scopulis pulsat flagrantibus ora.
Illa autem, quae tondetur praecordia rostro
Alitis, (en quantum resonat plangentibus alis
Armiger ad pastus rediens Iovis!) hostibus arcem
Virgo, immane nefas! adamato prodidit auro
Tarpeia, et pactis reseravit claustra Sabinis.

Iuxta

825-27. De *Virginia* a patre Virginio telo transfixa omnem historiam huc pertinentem e Livio pete lib. III, 44-48. Hinc ornatum poetae expedies.

828. Sequitur *Cloeliae* virginis imago. cf Liv. II, 13. *Lydia bella*, cum Porsenna Etruscorum rege. Illud epitheton passim explicavimus, inprimis ad lib. IV, 720.

831. seq. Iam Scipio est in iis locis, ubi poenae umbrarum exercentur variis modis, quos Virgilius nominatim recensuit lib VI, 557. *Hinc exaudiri gemitus, et saeva sonare verbera, tum stridor ferri, tractaeque catenae.* Harum igitur rerum *aspectu turbatus* Scipio est. Ad vers 832. cf. Virg. vers. 560. 61. unde colorem Silius duxit.

833. sqq. De *Tullia* Servii Tullii filia, coniuge Tarquinii Sup. vid. Livius I, 48. Valer. M. IX, 11. 1. Ovid. Fast. VI, 603 — De Phlegethonte similia Virgil. VI, 551. — *scopulis* — *ora*, saxorum fragmina igne candentia ori Tulliae impingit.

839-43. Ostenditur *Tarpeia*, quae Sabinis arcem Romanam prodidit cf. Liv. I, 11. Poenam Tarpeiae poeta finxit simi-

Iuxta (nonne vides? neque enim leviora domantur
Delicta) illatrat ieiunis faucibus Orthrus
Armenti quondam cuſtos immanis Hiberi,
Et morſu petit, et polluto eviſcerat ungue.
Nec par poena tamen ſceleri: ſacraria Veſtae
Polluit, exuta ſibi virginitate, ſacerdos.
Sed ſatis haec vidiſſe, ſatis: mox deinde videnti
Nunc animas tibi, quae potant oblivia, paucas
In fine enumeraſſe paro, et remeare tenebris.
Hic Marius (nec multa dies iam reſtat ituro
Aetheream in lucem) veniet tibi origine parva
In longum imperium Conſul: nec Sulla morari
Iuſſa poteſt, aut amne diu potare ſoporo.
Lux vocat, et nulli Divûm mutabile fatum.
Imperium hic primus rapiet: ſed gloria culpae,
Quod reddet ſolus: nec tanto in nomine quiſquam
Exi-

845. *Ortbrus* Colon. Vulg. *Orcus*. Putean. *Orchus*, forte pro *Orthus*, ut coni. Balbus ad Val. Flacc. III, 555. vid. nott. 847. *pollutam* edidit Lefeb. ut ad Veſtalem referatur. 852. *enumeraſſe* ex Colon. et Oxon. Vulg. *enumerare*, quod ſervavit Lefeb.

ſimilem Tityi apud Homer. λ, 575. Virgil. VI, 597. vel Promethei ap. Heſiod. Theog. 523.

844-50. Virgo Veſtalis pudicitiae violatae poenam dat. Huic *illatrat Ortbrus*, canis Geryonis, Ὄρθρος Apollodoro, Ὄρθος Heſiodo, et Schol. Apollon. IV, 1399. — *morſu petit*, ſc. virginem, cuius ſcelus verſu ſeq. notatur.

851. cf. quae dicta ſunt ad verſ. 558 ſq. — Mirum phantaſma eſt Silii, quod res geſtas Marii, Sullae, Pompeii et Caeſaris ita vates praedicit, ut illos ex Orco in terras mox prodituros narret. De bello civili inter Marium et Sullam, nota res. cf. Liv. epit. 77. Marius *veniet in long. imperium*, ut qui ſepties conſul creatus eſt: Sulla non poteſt *morari iuſſa*, non impedire leges fati, quod Marium Romae deſtinavit; unde mox *nulli Divum mutabile fatum* dicitur. — 858. *imperium*, dictaturam. — *gloria culpae, quod reddet ſolus*, h. e. Sulla, quamvis culpam imperii rapti contrahet, tamen in eo laudandus erit, quod hoc

Exiſtet, Sullae qui ſe velit eſſe ſecundum.
Ille, hirta cui ſubrigitur coma fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput: ille Deûm gens,
Stelligerum attollens apicem, Troianus Iulo
Caeſar avo; quantas moles, cum ſede recluſa
Hac tandem erumpent, terraque marique movebunt!
Heu miſeri, quoties toto pugnabitur orbe!
Nec leviora lues, quam victus, crimina victor.
Tum iuvenis lacrimans, Reſtare haec ordine duro
Lamentor rebus Latiis: ſed luce remota
Si nulla eſt venia, et merito mors ipſa laborat,
Perfidiae Poenus quibus aut Phlegethontis in undis
Exuret ductor ſcelus, aut quae digna renatos
Ales in aeternum laniabit morſibus artus?
Ne metue, exclamat vates. Non vita ſequetur
Inviolata virum: patria non oſſa quieſcent.
Namque ubi, fractus opum, magnae certamine pugnae
Pertu-

864. *quantos montes* Put. Idem Colon. mox *pugnabitis.*

865. *hanc* Colon. et ſic Leſeb.

hoc imperio ſolus ipſe ſe abdicavit, rationemque adminiſtratae reipublicae reddidit. In eo *ſecundum* non habuit. Nam Caeſar, qui eandem poteſtatem rapuit, noluit deponere, tanquam dictator perpetuus. Cell.

862. *Deum gens.* Iulius Caeſar, dum ab Iulo originem ducebat, eandem etiam ad Aeneam et Venerem referebat. v. Virg. Aen. I, 286. *Stelligerum apicem* explicabit Suet. Caeſ. 88. — 865. *ſede hac*, ex Erebo. *quantas moles — mov.* quantos tumultus civiles, quantamque reipubl. calamitatem adferent! —

867. Pompeius victus, et Caeſar victor, uterque luent iisdem poenis crimina, ambo interficientur.

870. etc. Si poſt mortem (*luce remota*) nulla criminum et culpae venia eſt, dic mihi, quaeſo, quales Hannibali poenae impendent. Durior formula eſt: *merito mors ipſa laborat* pro vulg. poſt mortem etiam umbrae infernales, ut in vita meruerunt, poenas dant.

874. ſeq. Canit vates ultima fata Hannibalis. *magnam pugnam* dicit, qua ad Zamam a Scipione victus eſt. v. Polyb. XV, 9. ſeq. Liv. XXX, 29-35.

Pertulerit vinci, turpemque orare ſalutem,
Rurſus bella volet Macetûm inſtaurare ſub armis.
Damnatuſque doli, deſertis coniuge fida
Et dulci nato, linquet Carthaginis arces,
Atque una profugus luſtrabit caerula puppe.
Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.
  Pro! quanto levius mortalibus aegra ſubire
Servitia, atque hiemes, aeſtus, fugamque, fretumque,
Atque famem, quam poſſe mori! Poſt Itala bella
Aſſyrio famulus regi, falſuſque cupiti
Auſoniae motus, dubio petet aequora velo;
Donec, Pruſiacas delatus ſegniter oras,
Altera ſervitia imbelli patietur in aevo,
Et latebram munus regni. Perſtantibus inde
Aeneadis, reddique ſibi poſcentibus hoſtem,
Pocula furtivo rapiet properata veneno,

889. *imbelli* e ſcriptis Heinſ. pro vulg. *imbellis*.

29-35. — *turpem ſalutem* orabat Hannibal, miſſis ad Scipionem legatis, qui eius fidem et miſericordiam implorarent, ut Livius ait l. c. cap. 36. — 878. *Macetum armis*, Antiochi Syriae regis, ad quem clam literas ab Hannibale miſſas eſſe, e Carthagine Romam nunciatum erat. Igitur legati Roma miſſi ſunt ad ſenatum Carthaginienſem, qui eo nomine Hannibalem arguerent. Id animadvertens, nave exceptus, ex Africa exceſſit. vid. Liv. XXXIII, 45-48. Nepos VII, 6. Hinc verſus 879-81. expedias licet.
  882. Hannibal in Aſiam ad Antiochum regem confugiet. v. Liv. XXXIII. ſub f. — *Cilicia*, ubi *Taurus* mons, eſt pars Aſiae minoris.
  885. ſeqq. Cum res ei non ſucceſſerit e ſententia, (*falſus cupiti* etc.) Antiocho a Romanis victo fugatoque, (v. Liv. XXXVI, 19. ſq.) *petet aequora dubio velo*, incertus quo tendat, in Bithyniam ad regem Pruſiam navigabit. — Mox *altera ſervitia* poeta dicit, quaſi denuo famuli Pruſiae, ut ante Antiochi, cui operam ſuam addixerat, et quidem *imbelli in aevo*, ſenex, cum bello minus aptus erit. De his et ſeqq. vid. Liv. XXXIX, 51. Nepos Han. 12. — *Veneno* periturum Hannibalem iam ſupra

Ac tandem terras longa formidine solvet.
Haec vates, Erebique cavis se reddidit umbris.
Tum laetus socios iuvenis portumque revisit.

894. *reddidit* Mod. e Colon. In aliis *retulit*, et sic Lefeb. 895. in nonnullis editt. *laetos*, quod Lefeb. edidit, sed in Additamentis Var. lect. reprobavit. *laetus* Modius ex scriptis reposuit.

supra lib. II, 707. ipse poeta, ut vates, praedixerat. 893. *terram form. solvet.* Similem locum Virgilii Ecl. IV, 13. Drakenborch. commendavit: *Te duce, si qua manent, sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua solvent formidine terras.* 894. plane ut Homer. λ, 199. de Tiresiae anima, *ὡς Φαμενη, ψυχη μεν ἔβη δομον 'Αϊδος εἰσω Τειρεσιαο.* Ad vers. 895. cf. Virgil. VI, 900 Nemini persuadere volumus, ut credat Silium ex apertis Virgilii et Homeri voluminibus haec similia verba nunc descripsisse: sed tamen poetam illorum lectione imbutum ex hac similitudine agnoscimus, quod genus imitationis maxime intelligi volumus, cum de imitatione loquimur.



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER XIV.

ARGVMENTVM.

Rerum in Sicilia gestarum narrationem inchoaturus poeta primum illius situm, fertilitatem, colonos et loca maxime memorabilia recenset. Siciliae rex fuit Hiero, bonus imperator, et socius pop. Romani. Hic senex regnum tradidit nepoti iuveni, qui pessime id administrabat. Is cum Poenis faveret, mox interfectus una cum sororibus, ansam dedit discordiis civilibus: nam pars Poenos pars Romanos adiutos volebat. In hoc ipso motu Marcellus cum classe ad Siciliam adpellit. Fit proelium in Leontinis campis, et caedes promiscua. In ea praecipue eminuit scena inter Beryam Poenum et militem Tyrrhenum, nomine Asilum. Inde Marcellus ad Syracusas aciem admovet. Milites in auxilium Syracusarum miserunt Messana, Catane, Camerina, Hybla, Selinus, Myle, Eryx, Centuripae, Entella, Thapsos, Acrae, Agyrium, Tyndaris, Acragas. Horum populorum ductor erat Crosphus. Praeterea auxilia miserunt Gela, Halaesa, Palica, Agesta, gentes ad Acim, Hypsam, Alabim, Achaten, Crysam, Hipparim, Pantagiam, Symaethum, Thermas Himerenses. A partibus Romanorum hae urbes stetere: Petraea, Callipolis, Enguion, Hadranum, Ergetum, Melite, Calacte, Cephaloedium, Tauromontanus tractus. Caeterae pro Poenis militabant, ut Agathyrna, Trogilos, Facelina, Panormos, Herbesos, Navlocha, Morgentia, Amastra, Tisse, Netum, Mutyce, Achaetenses, Drepane, Helorus, Triocala, Arbela, Ietas, Tabas, Cossyra, Mute, Gaulum. Ipsae Syracusae bene operibus et armis munitae erant. Iam Marcellus urbem oppugnaturus, arte mechanica Archimedis,

dis, qua Syracusanos adiuvabat, diu coercetur. Iam adventante classe Sidonia, utrimque concurritur, magnaque pugna navalis oritur. Himilco magistrum navis Romanae et mox navitam Taurum interficit; quam caedem singulae aliae sequuntur. Vincentibus Romanis Himilco fugam capessit; naves hostiles loco cedunt. Tum Romani illico in urbem irrupissent, ni pestilentia orta moram iniecisset. Quae cum esset sensim imminuta, Marcellus quamvis male affectis morbo militibus oppugnationem instaurat, ita tamen ut domibus, templisque parcendum esse iuberet, atque a caedibus milites arceret. Archimedes autem ab ignaro milite interfectus est.

Flectite nunc vestros, Heliconis numina, cantus
Ortygiae pelagus Siculique ad litoris urbes.
Muneris hic vestri labor est, modo Daunia regna
Aeneadum, modo Sicanios accedere portus,
Aut Macetûm lustrare domos et Achaïa rura,
Aut vaga Sardoo vestigia tingere fluctu,
Vel Tyriae quondam regnata mapalia genti,
Extre-

4. *Sicanos* ed. Parm. 5. *Macetûm* ex Col. Al. *Macedum*. 6. *tinguere* Colon. *tingere* Rom. 2. Vulg. *cingere*.

1. 2. Cum in libro superiori longa, de Scipionis in Tartarum descensu, digressio narrationis veluti filum abrupisset, solenni formula carmen poeta continuat, ad bellum, quod Fabio et Marcello Cs. hoc tempore in Sicilia gestum est, transitum parans. De ipsa formula cf. Virgil. A. VII, 641.

3 9. Dum poeta Musis varias regiones perlustrandas adsignat, hoc veluti ornatu poetico singula rerum capita, quae in sequentibus usque ad finem carminis descripturus est, antecapiendo recenset. Ergo *Daunus regnis* Appuliam vel in universum Italiam, *Sicaniis portubus*, Siciliam, *Macetum domibus*, et *Achaus ruribus* Macedoniam et Aetoliam, unde cum Philippo rege Romanis controversiae erant, *Sardoo fluctu*, Sardiniam, *Tyriae mapalibus*, Libyam, *extremo die terrarumque metis*, Hispaniam occid. designat. In his enim regionibus

Extremumve diem et terrarum inviſere metas.
Sic poſcit ſparſis Mavors agitatus in oris.
Ergo, age, qua litui, qua ducunt bella, ſequamur.
Auſoniae pars magna iacet Trinacria tellus,
Vt ſemel expugnante Noto et vaſtantibus undis
Accepit freta, caeruleo propulſa tridente.
Namque per occultum caeca vi turbinis olim
Impactum pelagus laceratae viſcera terrae
Diſcidit, et, medio perrumpens arva profundo,
Cum populis pariter convulſas tranſtulit urbes.
Ex illo, ſervans rapidus divortia, Nereus
Saevo dividuos coniungi pernegat aeſtu.
Sed ſpatium, quod diſſociat conſortia terrae,
Latratus fama eſt (ſic arta intervenit unda)
Et matutinos volucrum tranſmittere cantus.

8. *extremumve* ex ſcriptis Heinſ. pro vulg. *extremumque*. 16. *diſcidit* omnes ſcripti Cod. Alii vulg. libri *disiicit*, primum ortum a Nicandro. Vnde nonnulli *diſſicit* ſcribendum coniecerunt. 17. *convulſis* Colon. et Oxon. cum Rom. 2. et ſic Lef.

bus poſt Cannenſem cladem uſque ad Scipionis mortem a Romanis bella ſunt agitata. Vnde mox *ſparſis*, h. e. diverſis et diſſitis *in oris Martem agitatum* dicit.

11-22. Sicilia, olim Italiae continens, motu terrae, anguſto freto facto, disiuncta. Hanc ſententiam, ut poeta, ſatis graviter et ἐπικῶς, eloquitur Silius, praeeuntibus multis aliis poetis, quorum colores huc transferre poterat. Conferri debent omnino Virgil. A. III, 414. Ovid. Met. XV, 290. Lucan. III, 59. Val. Fl. II, 617. Stat. Silv. I, 3. 32. Haec loca iam laudavit Geſnerus ad Claud. Rapt. Proſ. I, 140. ubi veterum de Siciliae disiunctione opiniones late expoſuit. cf. etiam Thucyd. VI, 1. Diod. Sic. V, 11. Iuſtin. IV, 1. Cluver. Sicil. Ant. I, 1. — 14. ſeq. In promtu eſt motum terrae deſcribi, quo diſrupta tellus undas utrinque *impactas*, immiſſas accepit, *Noto* etiam *expugnante*, h. e. ventis ſaevientibus, et vim aquae augentibus ad fretum perfringendum. — 18. 19. Ex illo tempore Italia ab Sicilia freto disiungitur. *Nereum* noto phantaſmate, etiam Claudianus adhibuit l. c. — 20-22.

Multa ſolo virtus. Iam reddere foenus aratris,
Iam montes umbrare olea, dare nomina Baccho,
Cornipedemque citum lituis generaſſe ferendis,
Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras.
Hic et Paeonios arcano ſulfure fontes,
Hic Phoebo digna et Muſis venerabere vatum
Ora excellentum, ſacras qui carmine ſilvas,
Quique Syracoſia reſonant Helicona Camena.
Promtae gens linguae: aſt eadem, cum bella cieret,
Portus aequoreis ſueta inſignire tropaeis.
Poſt dirum Antiphatae ſceptrum et Cyclopia regna,
Vomere

23. *foenus* ex Colon. Mod. In Vulg. *ſemen*. In Oxon. vitioſe *ſevus*. Putean. *ſcimus*. 24. Pro *olea* in aliis *Dea*, Pallade ſcilicet, *Deae*, *Deo*. 26. *accedere* pro *accendere* Barthius et Heinſ. emendarunt 28. Locum vulgo corruptum Gronovius Obſerv. III, 7. et Heinſius partim e libris ſcriptis et priſcis editt. partim ex coniectura ſanarunt. Legebatur *dignum* et *venerabile*. 31. *cierent* coni. Heinſ.

22. Fretum ita anguſtum eſt, ut *latratus* canum, et *volucrum*, gallorum fortaſſe, *cantus* invicem audiri poſſit. Idem de Boſphoris duobus Plinius tradit lib. IV, 1.

23-26. De fertilitate Siciliae nota fama eſt et paſſim dictum in ſuperioribus. vid. lib. I, 212. — *virtus*, praeſtantia, ἀρετὴ etiam hoc ſenſu dicta graecis, ut Strab. VI, 419. (213.) — Ad verſ. 26. vid. inf. v. 200. Mel Siculum, ex Hybla monte, Attico ſ. Hymetto, comparat. v. Horat. Od. II, 6. Vnde *Hyblaeas opes*, et *Hyblae thymum* laudat Virg. Ecl. I, 55. VII, 37.

27. *Paeonios fontes*, medicatos, aquas calidas, a Paeone Deorum medico, Apolline. vid. Hom. Il. ε, 401. et Strabo l. c.

28-30. Muſas Siculas dum laudat Silius, memor inprimis fuit Theocriti, bucolicorum auctoris. Vnde Virgil. Ecl. VI, 1. *Syracuſium verſum* dicit, et *Sicelides Muſas*, ut paſtoritii carminis praeſides appellat Ecl. IV, 1. σικελὸν μέλος Bion. Id. VII, 1. σικελικαὶ Μοῖσαι Moſch. Id. III. Eo et *ſilvae* pertinent, illud genus carminis deſignantes. cf. Virg. Ecl. IV, 3.

33. ſq. Recenſet poeta veteres Siciliae incolas, qui e vicinia Italiae, Hiſpaniae, Graeciae ibi conſederunt. Ergo *Antiphatae ſceptro* Laeſtrigones deſignat, populo antiquo

Vomere verterunt primum nova rura Sicani.
Pyrene misit populos, qui nomen ab amne
Ascitum patrio terrae imposuere vacanti.
Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, novavit
Possessis bello mutata vocabula regnis.
Nec Cres dedecori fuit accola; duxerat actos
Moenibus e centum non fausta ad proelia Minos,
Daedaleam repetens poenam. Qui fraude nefanda
Postquam perpetuas iudex concessit ad umbras,

 Coca-

34. *Sicani* ex Putean. Vulg. *Sicano.* 39. 40. Locus primum a Nicandro, versu spurio addito, corruptus: *Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat Sicanum Siculo nomen. mox accola Minos Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohortes.* Ed. Rom. 1. et Med. omisso spurio versu, habent: *nec res dedecori fuit. accola duxerat arctos Moenibus haerentum non fausta ad proelia Minos.* Heinsius haec ex scriptis et coniectura emendavit. *actum* edidit Lefeb. ut ad *accola* referatur ex Putean. ubi erat *actus.* Sed nonne corruptum esse potest idem ex *actos,* et nonne *accola,* ut collectivum, fert numerum pluralem? 41. *poenam* ex Colon. et aliis scriptis. Primus Nicander ed. *pennam.*

quo Italiae, cuius reges Lamus et Antiphates memorantur. cf. sup. lib. VIII, 531. VII, 275. — *Cyclopes*, feram gentem Siciliae antra et rupes in vicinia Aetnae incolentem ex Homero novimus Odys. ι, 106. sqq. cf. Virg. A. III, 569. et 675. Thucyd. VI, 1. — 34. *Sicanos* ex Hiberia, quam *Pyrene* monte notat, in Siciliam delatos effert, nomine amnis Sicani patrii adscito. Ita Thucyd. VI, 2. *σικανοι, Ἴβηρες ὀντες. και ἀπο τȣ σικανȣ ποταμȣ τȣ ἐν Ἰβηρια ὑπο Λἰγυων ἀναςαντες,* et Dionys. Hal. I, 22. p. 57. Reisk.

37. *Ligures* ab Vmbris et Pelasgis agro suo pulsos, et a Siculo, qui transvexerit, Siculos appellatos fuisse, Dionys. I, 22. tradit ex Philisto Syracusano. Eam sententiam poeta expressit.

39-44. Cretenses veteres Siciliae incolae. Minos cum cohorte Cretensium in Siciliam persecutus Daedalum, fraude et insidiis Cocali regis et filiarum eius occisus est. Illa ergo cohors remansit. Historia extat apud Diod. Sic. IV. sub f. Memoravit Strabo VI. p. 419. ubi Camicum Cocali regiam vocat et pag. 427. cf. Ovid. Met. VIII. Pindari interp. Od. IV. Nem. et VI. Pyth. De *centum moenibus*, quibus Creta memorabilis fuit, pervulgata res est. Iam Homero

Cocalidum inſidiis, feſſo Minoïa turba
Bellandi ſtudio Siculis ſubſedit in oris.
Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes,
Troianuſque Helymus, ſtructis qui, pube ſecuta,
In longum ex ſeſe donarunt nomina muris.
Nec Zanclaea gerunt obſcuram moenia famam,
Dextera quam tribuit poſito Saturnia telo.
Sed decus Hennaeis haud ullum pulchrius oris,
Quam

49. *zelo* in membranis ſuis legebat Barthius.

mero eſt κρητη 'εκατομπολις Il. β, 649. cf. Virg. A. III, 106. et Meurſ. Creta I, 5. — *repetens Daed. p.* Daedalum ad poenam petens. Sed variatam hanc de Daedalo narrationem ſupra vidimus lib. XII, 90. ſq.

45-47. *Aceſten* cum *Helymo*, quos et Virgilius iunxit Aen. V, 73. iam ante Troiae excidium ex urbe profugiſſe, et vento ſecundo uſum in Siciliam perveniſſe, tradidit Dionyſ. Hal. I, 52. Sed addit urbes ex illorum nominibus Αἴγεσαν et Ἔλυμα in Aegeſti gratiam ab Aenea conditas. Ergo alias hiſtorias ſecutus eſt Silius, cum ab illis urbes conditas fuiſſe tradit. Lycophron quidem verſ. 964. tres urbes ab Aegeſta conditas perhibet, quas Scholiaſtes *Aegeſtam, Entellam, Erycem* appellat. v. omnino Heyn. Excurſ. I. ad Virg. Aen. V.

48. 49. *Zanclaea nomina,* Meſſana, a ζαγλη dicta, quia ferebatur falx illa, quam Saturnus exciſis patris pudendis abiecerit, in Siciliam deciſſe. Hinc expedies *Saturniam dextram,* et *telum poſitum,* h. e. abiectum. Veteres, qui de Zancle tradidere, omnes a *Ζαγλη falce,* dictam perhibent, ſed ita, ut loci figuram dicant falcis ſimilem fuiſſe, praeter Diod. Sic. IV, ult. qui a Zanclo rege deductum nomen exiſtimat. Mythi autem, quem Silius affert, illi immemores ſunt. Itaque mera alluſio eſt, Silio tribuenda, qui valde ſibi placet in nominum originibus e longinquo repetendis. cf. Thucyd. VI, init. Strabo VI. p. 268. ſ. 410. Macrob. Saturn. I, 8. De ipſa fabula Heſiod. Theog. 163-190.

50-52. *Syracuſarum* notatio, a priſcis urbis originibus longinquius petita. Conditae fuerunt ab Archia Corinthio. v. Strab. VI. pag. 413. (269.) Thucyd VI, 3. p. 379. Iam Corinthus ſita erat in *Iſthmo* Peloponneſiaco, qui Siſy-

Quam quae Sisyphio fundavit nomen ab Isthmo,
Et multum ante alias Ephyraeis fulget alumnis.
Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacrae portantem signa coronae.
At non aequus amat Trinacria Mulciber antra.
Nam Lipare, vastis subter depasta caminis,
Sulfureum vomit exeso de vertice fumum.
Ast Aetna eructat tremefactis cautibus ignis
Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem
Murmure per caecos tonat irrequieta fragores
Nocte dieque simul. Fonte e Phlegethontis ut atro
Flammarum exundat torrens, piceaque procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cavernis.
Sed quanquam largo flammarum exaestuet intus
Turbi-

51. pro ab *Isthmo* in Colon. Oxon. et ed. Parm. *ab Hista*. 53. *receptat* e script. et editt. priscis pro vulg. *recepit*. 58. *ignes* vulg. 64. *exaestuet*, et mox *profluat* e Colon. pro *exaestuat*, *profluit*. In Putean. et al. *perfluat*.

Sisyphius dicitur, quod in his oris olim Sisyphus Aeoli filius imperaverit, qui et Ephyrae s. Corinthi conditor perhibetur Apollodoro I, 9. 3. — Archiam Syracusas coloniam duxisse, Strabo refert lib. VIII. p. 583. (380.) Hinc poeta *Ephyraeos alumnos* dicit, Corinthios illos colonos, ab Ephyre prisco Corinthi nomine.

53. 54. *Alpheum* Elidis fluvium, subter terram in Siciliam profluentem, cum *Arethusa* iungi, nota fabula est, cuius passim poetae meminerunt. v. Strab. VI. p. 415. (270.) Plin. II, 103. inprimis Virgil. A. III, 694. et Heyn. ad Ecl. X, 4. Ovid. Met. V, 572. sq. Adde Mosch. Idyl. VIII. — *portantem signa coronae*. Fabulam refert Strabo VI. pag. 422. (275.) *Coronas, quae Eurotae et Alpheo nuncupatae in communem alveum Abiae Arcadicae iniiciantur, quamque in eo, cui nuncupata fuerit, amne emergere*. cf. Plin. II, 103. Hinc Alpheus ἀγων ϛεφανηφορον ὑδωρ apud Nonn. Dionys. lib. XXXVII, 173. v. Cluver. Sic. Ant. I, 12. pag. 156. sq.

55. seqq. Siciliae ignis subterraneus perniciosus est. Hoc poeta docet exemplis *Liparae*, Aeoliarum praestantissima, atque *Aetnae* montis ignivomi.
Itaque

Turbine, et aſſidue ſubnaſcens profluat ignis,
Summo cana iugo cohibet, mirabile dictu!
Vicinam flammis glaciem; aeternoque rigore
Ardentes horrent ſcopuli: ſtat vertice celſi
Collis hiems, calidaque nivem tegit atra favilla.
Quid referam Aeolio regnatas nomine terras?
Ventorumque domos, atque addita clauſtra procellis?
Hic verſi penitus Pelopea ad regna Pachyni

Pulſata

66. Pro *cana* Dauſq. coni. *plana.* In Oxon. vitioſe *cava.* 69. pro *calidaque* Dauſq. coni. *altamque* vel *canamque.* Drakenborch. *calidamque.* 70. *numine* coni. Heinſ. Vid. nott.

Itaque Trinacria *antra* poſuit, quia de his tantum nunc ſermo eſſe poteſt. *Liparae* inſulae θερμα ὑδατα et πυρος ἀναπνοας diſerte perhibet Strabo VI. p. 423. (275) et Callimach. Dian. 46. ſeq. Vulcani officinam dixerat. Virgilius in ſimili loco Hieram Vulcaniam ſibi delegit deſcribendam Aen. VIII, 416. ſq. — In *Aetnae* imagine adumbranda multi poetae certarunt. v. Cerda ad l. Virg. Cluv. Sic. Ant. I, 8. et notum carmen Cornelii Severi. Non male Silius colores variavit, ſi nobilem locum Virgilianum compares Aen. III, 571. ſq. cum adnott. Heyn. Sed praeter caeteros noſter mirum phaenomenon verticis in tanta ignis profuſione nive et glacie obtecti, inprimis ornavit, non ſine luxuria verborum, una re ſexties variata. Simillimus locus eſt Claudiani Rapt. Proſ. I, 164. qui totus comparari meretur. De re ipſa v. Strabo l. c. et Senec. Epiſt. 79.

70. 71. Aeolias inſulas deſignat, *Aeolio nomine*, h. e. ſimpl. ab Aeolo olim *regnatas*, de quo v. Strabo VI. l. c. Plin. III, 9. inprimis autem Homer. κ, 1. ſq. ubi et fundus fabulae, et Virgil. I, 51. cum Heynii Exc. — *ventorum domos*, variate. Nam Virgilius *nimborum patriam*, et *loca foeda furentibus Auſtris* extulerat. — *clauſtra*, ut Virg. vincla, et carcer.

72. ſeq. Iam tria promontoria Siciliae notantur. *Pachyni ſaxa reſpondent*, h. e. e regione, in adverſa parte ad mare Ionium ſita ſunt. Eodem modo et reliqua duo promontoria ſecundum terrarum oppoſitarum tractus deſcripſit. De verbo *reſpondere* cf. Heyn. ad Virg. A. VI, 23. — *Pelop. ad regna*, ad Peloponneſum Graec. verſus Orientem

Pulſata Ionio reſpondent ſaxa profundo.
Hic, contra Libyamque ſitum Cauroſque furentes,
Cernit devexas Lilybaeon nobile Chelas.
At, qua diverſi lateris frons tertia terris
Vergit in Italiam prolato ad litora dorſo,
Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus.
His longo mitis placide dominator in aevo
Praefuerat terris Hieron, tractare ſereno
Imperio vulgum pollens, et pectora nullo
Parentum exagitare metu, pactamque per aras
Haud facilis temerare fidem, ſocialia iura
Auſoniis multos ſervarat caſta per annos.
Verum, ubi fata virum fragili ſolvere ſenecta,
Primaevo ceſſit ſceptrum exitiale nepoti,
Et placida indomitos accepit regia mores.
Namque, bis octonis nondum rex praeditus annis,
Caligare alto in ſolio, nec pondera regni

Poſſe

76. *terrae* e ſcriptis Heinſ. adfert. 79. *placide* e ſcriptis et editt. vet. Heinſ. pro vulg. *placido*. 88. *perditus* Colon. *proditus* coni. Heinſ. hoc eſt, editus, natus. Burmannus probat, ſed exponit renunciatus, creatus Rex.

entem vergunt. — 74. Africam, cui oppoſitum eſt *Lilybaeum* promont. deſignat poetico ritu, primum *Cauris* ventis rapidioribus Libyam perflantibus, et *chelis*, brachiis Scorpionis, ſigno coeleſti, (in quorum locum poſtea Aſtrologi librae ſignum poſuerunt, v. Heyn. ad Virg. Georg. I, 33.) cui ſubiacet Africa. — *devexas* ornate pro pendentes de coelo.

79. ſeqq. Iam belli Siculi cauſas et occaſionem prodit poeta, Liviana veſtigia premens lib. XXIV, 4. ſeq. — 84. *multos annos*. Livius l. c. definite quinquaginta annos ponit. 86. *nepoti* Hieronymo. *Sceptrum exitiale*, ex eventu dictum. Livius quidem illum *puerum* ait, *vixdum libertatem*, *nedum dominationem modice laturum*. 88. *bis oct. nondum*. Livius *quindecim tunc ferme annorum iuvenem*. Sed in talibus rebus, cum poeta tractatur, nunquam religioſe inhaereri debet. — 89. *caligare*, noto ſenſu in tali re, de iuvene rege, quem ſplendor imperii, cui non par eſt, quadam veluti vertigine

Posse pati, et nimium fluxis confidere rebus.
Iamque brevi nullum, delicta tuentibus armis,
Fas notum, ignotumque nefas: vilissima regi
Cura pudor. Tam praecipiti materna furori
Pyrrhus origo dabat stimulos, proavique superbum
Aeacidae genus, atque aeternus carmine Achilles.
Ergo ardor subitus Poenorum incepta fovendi:
Nec sceleri mora. Coniungit nova foedera, pacto,
Cederet ut Siculis victor Sidonius oris.
Sed stabant poenae, tumulumque negabat Erinnys,
Qua modo pactus erat socium non cernere, terra.

Saevos

92. *regni* nonnullae editt. et Cod. Tell. ap. Lefeb. — Dausqueius ita locum interpungebat: *vilissima regni cura. Pudor!* 93. *tum* coni. Heins. et sic ed. Mediol. 97. *coniungit* ex emendatione D. Heins. pro *iungit*, in quo versus claudicabat. Burmannus coni. *Nec sceleri mora fit. iungit* etc. Lefeb. edidit *nam iungit.* Cortius ad marginem notavit *iungit enim*, et mox *pactus.*

gine occupat, ut oculis caecis agat. Simili modo Hannibal, iuvenis audax, cum imperio potiretur, sup. lib. II, 299. *novi caecus caligine regni.*

94. *Pyrrhus dabat stim.* Haec variata sunt e Livio cap. 6. ubi Hieronymus dicitur *inflatus assentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis materni avi meminisse iubebant.* v. Heyn. ad Virg. A. VI, 840. — *aeternus carmine* Homeri Iliade. v. sup. lib. XIII, 796.

96. seqq. Livius duplicem legationem prodit ab Hieronymo Carthaginem missam, primam *ad foedus cum Hannibale faciendum. Pacto convenit*, inquit, *ut quum Romanos Sicilia expulissent, Himera amnis, finis regni Syracusani ac Punici imperii esset.* Aliam ideo, *quod aequum censebat, Sicilia sibi omni cedi, Italiae imperium proprium quaeri Carthaginiensi populo.* Haec ergo sunt *nova foedera*, quae Silius memorat, ut *victor Sid.* Hannibal *cederet* omnino *Siculis oris.* Et videtur Silius in hoc loco Hieronymi *levitatem* et *iactationem animi*, cuius cum Livius ex duplici legatione illa arguit, exprimere voluisse, dum primum *ardorem subitum* Poenum adiuvandi, et mox *nova foedera* commemorat, quibus ille favor quodammodo tollebatur. vid var. Lect.

99 - 106. Interfectus est Hieronymus a coniuratis, et omnis

Saevos namque pati faſtus, iuvenemque cruento
Flagrantem luxu, et miſcentem turpia diris,
Haud ultra faciles, quos ira metuſque coquebat,
Iurati obtruncant: nec iam modus enſibus: addunt
Femineam caedem, atque inſontum rapta ſororum
Corpora proſternunt ferro. Nova ſaevit in armis
Libertas, iactatque iugum. Pars Punica caſtra,
Pars Italos et nota volunt; nec turba furentum
Deſit, quae neutro ſociari foedere malit.
Tali Trinacriae motu, rebuſque Sicanis
Exitio regis trepidis, ſublimis honore
(Tertia nam Latios renovarat purpura faſces)
Marcellus claſſem Zanclaeis appulit oris.
Atque ubi cuncta viro, caedeſque expoſta tyranni,
Ambiguaeque hominum mentes; Carthaginis arma
Quos

102. *diris* e Colon. pro *duris*. In Putean. *dictis*. 112. *revocarat* Put.

omnis ſtirps regia caeſa. Haec Silius, ut ſolet, omiſſis rerum geſtarum cauſis et nullo ordine, breviter notat. Livius accuratius et latius ea perſecutus eſt. — *tumulum negabat Er.* Livius XXIV, 21. ita: *relata tyranni ſcelera*, inquit, *foedioreſque libidines adeo mutaverunt animos, ut inſepultum corpus paulo ante deſiderati regis paterentur.* — 101. *pati faſtus* — — *haud ultra faciles*, haec iunge, et refer ad *iuratos*, h. e. coniuratos, qui ope Dinomenis interficiendum in Leontinis agris Hieronymum curaſſent. cf. Liv. l. c. cap. 7. — 105-107. *femineam caedem*, accurate narrat Livius cap. 25. et 26. Primum Demaratam Hieronis et Harmoniam Gelonis filias, coniuges Adranodori et Themiſti, interfecerunt. Deinde Heracleam filiam Hieronis, quae cum duabus filiabus virginibus in ſacrarium ad Penates confugerat, abſtractam a penetralibus iugulant: in virgines deinde reſperſas matris cruore impetum faciunt. Haec expreſſit Silius verſu 105. *inſontum* — *proſternunt ferro.*

110. ſeqq. Marcellus in Siciliam advenit. Hoc poetico ſermone enunciatur. cf. Liv. XXIV, 27. — 112. Marcellus tertium Conſul. Nota conſulatus inſignia, *purpura*, latus clavus, et *faſces*. —
116.

Quos teneant, et quanta, locos; quod vulgus amicum
Duret Troiugenis; quantos Arethuſa tumores
Concipiat, perſtetque ſuas non pandere portas;
Incumbit bello, ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore peſtem.
Non aliter Boreas, Rhodopes a vertice praeceps
Cum ſeſe immiſit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras, ſequitur cum murmure molem
Eiecti maris, et ſtridentibus affremit alis.
Prima Leontinos vaſtarunt proelia campos,
Regnatam diro quondam Laeſtrygone terram.
Inſtabat ductor, cui tarde vincere Graias
Par erat, ac vinci, turmas. Ruit aequore toto;
(Femineum credas maribus concurrere vulgum)
Et Cereri placitos fecundat ſanguine campos.
Sternuntur paſſim; pedibuſque evadere letum
Eripuit rapidus Mavors. Vt cuique ſalutem
Promiſit fuga, praeveniens dux occupat enſe.
Ite, gregem metite imbellem, ac ſuccidite ferro,
Clamat, cunctantes urgens umbone catervas.
Pigro

126. *diro* e ſcriptis Heinſ. et ſic Put. Rom. 2. Vulg. *duro*.
130. *placitos* e Colon. pro vulg. *placidos*.

116. *quod vulgus am. dur. Troi.* h. e. quinam a partibus ſtent Romanorum. Mox *Arethuſa* pro Syracuſanis; ſed *portas* incommode infert, cum de fonte dixerat. — 121. Nota comparatio poetarum, impetus bellici, cum ventis rapidioribus, qualis eſt *Boreas*, de quo vid. ad lib. I, 587. ſq. — *decimo volumine*, decumano fluctu. Ovid. Triſt. II. Eleg. 11. argutius eundem deſcribit, *poſterior nono eſt, undecimoque prior*. cf. Lucan. V, 672. τρικυμίαν graeci dixerunt.

125. ſeqq. cf. Liv. XXIV, 30. — 127. *cui tarde* etc. Marcello perinde erat, imbelles Leontinos tarde vincere, ac vinci Vnde infra 138. dicuntur *mediocre decus vincentum, ignava iuventus*. — *Graias* autem turmas cum contemtu et inertiae notatione dixiſſe videtur, ut mox *femineum vulgus* de iisdem Leontinis. Ergo *ruit*, ſternit eos et penitus caedit. Livius l. l.
tanto

Pigro luctandi ſtudio certamen in umbra
Molle pati docta, et gaudens ſplendeſcere olivo,
Stat, mediocre decus vincentum, ignava iuventus.
Haec laus ſola datur, ſi viſo vincitis hoſte.
Ingruit, audito ductore, exercitus omnis;
Solaque, quod ſupereſt, ſecum certamina morunt,
Quis dextra antiſtet, ſpoliiſque excellat opimis.
Euboïci non, per ſcopulos illiſa Caphareo,
Euripi magis unda furit; pontumve ſonantem
Eiicit anguſto violentius ore Propontis;
Nec fervet maiore fretum rapiturque tumultu,
Quod ferit Herculeas extremo Sole columnas.
 Mite tamen dextrae decus inter proelia tanta
Enituit fama. Miles Tyrrhenus, (Aſilo
Nomen erat) captus quondam ad Thraſymena fluenta,
Servitium facile et dominantis mollia iuſſa
Expertus Beryae, patrias remearat ad oras
Sponte faventis heri; repetitiſque impiger armis
Tum

139. *Si viſu vincitis hoſtem* Barth. coni. *Si viſi v. hoſtem* Gronov. 141. *morunt* ex emendat. Heinſii. Vulg. *norunt.* 152. *Beryae* Colon. Caeteri libri variant *Berrae*, *Boreae*, *Verri.*

tanto ardore militum Marcellum uſum eſſe narrat, ut primo impetu urbem expugnarent. Illam ignaviam mox variis documentis et ſignis poeta notat uſque ad verſum 138. In his *ſplendeſcere olivo*, de unguentis, nota Graecorum mollitie, dictum quis dubitet? — 139. *viſo hoſte*, cum alluſione, ut Barthio videbatur, ad Caeſareum illud, veni, vidi, vici.

143. *Caphareo*, monte Euboeae, ad Euripi fretum. v. Heyn. ad Aen. Virg. XI, 260. — Luxuriatur poeta, ut ſolet, comparationibus cumulandis. Ad verſ. 147. v. ſup. lib. I, 141. 42.

148. ſeqq. Inſeritur epiſodium, qualia amat Silius, ne ulla pugna memorabili aliquo facinore careat. Miles Tyrrhenus veterem dominum, Beryam, inter hoſtes agnoſcit, eique grato animo parcit. — 152. *patr. ad oras*, in Etruriam. *ſponte heri*, permittente hero. *veteres caſus*, inprimis captivitatem, *piabat*, ulciſci

Tum veteres Siculo caſus Mavorte piabat.
Atque is, dum medios inter fera proelia miſcet,
Illatus Beryae, cui, pacta ad regia miſſo
Poenorum a populis, ſociataque bella gerenti,
Aerato caſſis munimine clauſerat ora,
Invadit ferro iuvenem, trepideque ferentem
Inſtabiles retro greſſus proſternit arena.
At miſer, audita victoris voce, trementem
Cunctantemque animam Stygia ceu ſede reducens,
Caſſidis a mento malefidae vincula rumpit,
Iungebatque preces, atque addere verba parabat.
Sed, ſubito aſpectu et noto conterritus ore,
Tyrrhenus ferrumque manu revocavit, et ultro
Talia cum gemitu lacrimis effudit obortis:
Ne, quaeſo, ſupplex lucem dubiuſque precare:
Fas hoſtem ſervare mihi. Multo optimus ille
Militiae, cui poſtremum eſt primumque, tueri
Inter bella fidem: tu letum evadere nobis
Das prior, et ſervas, nondum ſervatus, ab hoſte.

Haud

161. *At* Colon. Putean. et priſcae editt. Vulg. *ac.* 162. *ceu* e Colon. pro *tunc.* in Oxon. eſt *cui.* 165. *conterritur* Oxon. 167. *effundit* Putean. cum nonnullis editt. priſcis, et mox *abortis.*

ciſci volebat in Poenis. 156. Beryam a Carthaginienſibus ad Hieronymum regem foederis firmandi cauſa miſſum, eaque occaſione ſe Siculis ſeu Leontinis contra Romanos ſocium adiungentem poeta narrat. — 163. *caſſidis male fidae*, quatenus nunc, cum agnoſci ab hoſte vellet, caſſis incommodo tempore vultum et os tegebat. Nam alias eo ipſo *fida* eſt, quod os munit et tegit adverſus impetum hoſtilem. v. ad lib. IV, 24. — 169. *optimus militiae*, inſolenti forma, pro, longe optimus ille miles eſt. Haec mihi languent in tali carmine. Terſam venuſtatem Virgilii in his maxime deſideramus.

171. *letum das prior evad.* dabas olim, cum mihi parceres, et captivum tecum abduceres, et tunc *ſervabas me nondum ſervatus* h. e. priuſquam te mihi beneficio ſervatae vitae obligaveram. In verbis ludentem antitheſibus poetam agnoſcas. Sed quotusquisque poeta

Haud equidem indignum memet, quae triſtia vidi,
Abnuerim, dignumque iterum in peiora revolvi,
Si tibi per medios ignes medioſque per enſes
Non dederit mea dextra viam. Sic fatur, et ultro
Attollit, vitaque exaequat munera vitae.
At, compos Sicula primum certaminis ora
Coepti, Marcellus victricia ſigna, quieto
Agmine progrediens, Ephyraea ad moenia vertit.
Inde Syracoſias caſtris circumdedit arces.
Sed ferri languebat amor. Sedare monendo
Pectora caeca virûm, atque iras evellere avebat.
Nec (renuant ſi forte ſibi, et ſi mitia malle
Credant eſſe metum) laxis ſervatur omiſſa
Obſidio clauſtris; quin contra intentior ipſe
Invigilat cautis, frontem imperterritus, armis:

177. *victoque exaequat* coni. Heinſ. Sed vid. nott. 178. *At campis Sicula primi certaminis ora Captis Marcellus* ed. Parm. Rom. 1. Mediol. 183. *evellere* e ſcript. et ed. Heinſ. *avellere* Marſus in Ven. 2. Cod. Put. et Oxon. etiam *habebat*. Colon. *havebat*; noto errore. 185. *ſervatur* e ſcriptis repoſuerunt Barth. et Heinſ. pro vulg. *aufertur*. 187. *frontem* Barth. ex Oxon. et Heinſ. emendarunt. *fronte* Colon. et aliquot editt. veteres: et ſic edidit Lefeb.

poeta eſt, qui ita non ludat. 173-76. *haud indignum* ſcil. iis, *quae triſtia vidi* in captivitate. Senſus eſt: Putaverim me captivitate priſtina, atque adeo multo atrociore dignum, ſi te nunc non defenderem ab hoſtibus. Singula ad grati animi ſenſum accommodate dicta ſunt, ſed languidius, meo ſenſu, quam ut altius animum lectoris adficere poſſint. 177. *vitaque e. m. vitae.* Haec felici brevitate, quamvis argute, dicta ſentio, pro vulg. ſervatam ſibi olim remunerat ſimili modo.

178. ſqq. Iam ad Syracuſarum obſidionem narratio progreditur. *compos coepti,* ut victor Leontinorum. 182. Priusquam obſidebatur urbs, legati a Marcello Syracuſas miſſi ſunt, qui cum Syracuſanis amice paciſcerentur. Sed his repulſam ferentibus, illico terra marique, ut Livius ait, lib. XXIV, 32. ſimul coeptae oppugnari Syracuſae. 184. Obſidio quamvis remiſſa, tamen non eſt neglecta, ſi forte

Et struit arcana necopina pericula cura.
Haud secus Eridani stagnis ripave Caystri
Innatat albus olor, pronoque immobile corpus
Dat fluvio, et pedibus tacitas eremigat undas.
Interea, dum incerta labat sententia clausis,
Exciti populi atque urbes socia arma ferebant:
Incumbens Messana freto, minimumque revulsa
Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu;
Tum Catane, nimium ardenti vicina Typhoeo,
Et

194. *Messena* Colon. et Oxon. 196. *Catine* vulg.

forte Syracusani monitis Marcelli morem non gerant, eumque existiment propter metum mitius agere. Iam ornatus poeticos, sensu cognito, facile expedies. 188. *arcana cura pericula struit*, quatenus omnia ad oppugnandam urbem necessaria instruxerat, ut praesto essent, cum primum iis opus haberet. Hanc secretam Marcelli curam et tacitam machinationem poeta illustrat, (v. 189-91.) consuetudine oloris, qui quamvis immobili corpore undis innatans, tamen sub aqua pedibus agitandis remigare solet. In promtu est, quo omnis comparatio pertineat. De hoc genere diximus alibi lib. XIII, 24, sq.

192. sq. Sequitur populorum et urbium Sicularum, qui vel Romanos vel Poenos armis adiuverint, recensus, simili arte et doctrina expositus, qua superiores militum Rom. vel Poenorum lib. III. et VIII. recensus cognovimus. Doctrinae quandam ἐπίδειξιν et carminis varietatem Silium secutum esse, quis post tot eiusdem rei exempla dubitet? In urbibus autem singulis alterutri parti accensendis Silium nihil nisi arbitrium poeticum secutum fuisse, in promtu esse debet. Dum enim Historicus tradit, Siculos partim Romanis, partim Poenis favisse, poeta definite singula effert, urbes singulas nominat, et partibus quamque suis adsignat.

194. *Messana*, s. Zancle, *incumbens*, propinqua, *freto* Siculo, et veluti innatans, *minimumque discreta*, h. e. in ea parte freti sita, ubi brevissimus ad Italiam transitus est. — Mox in *Osco ortu* de Mamertinis poeta cogitavit, qui ex Campania, quam Osci olim incolebant, Messanam deducti, eam urbem inhabitarunt. v. Strabo VI. p. 411. (268.) Thucydides autem lib. VI,

Et generasse Pios quondam celeberrima Fratres,
Et, cui non licitum fatis, Camarina, moveri.
Tum, quae nectareis vocat ad certamen Hymetton,
Audax Hybla, favis, palmaeque arbusta Selinus:
Et, iusti quondam portus, nunc litore solo
Subsidium infidum fugientibus aequora, Myle.
Nec non altus Eryx, nec non et vertice celso
Centuripae, largoque virens Entella Lyaeo,

 Entella,

198. *Camerina.* 200. *palmis quoque onusta* Vulg. Sed *arbusta* Heins. ex scriptis et editt. priscis. 203. *e vertice* ed. Lefeb. *Centuripae* ex Colon. pro vulg. *Centuripe.*

VI, 4. *Zanclen* tradit, *primo a latronibus, qui e Cumis urbe Chalcidica in agro Opico sita, venerunt, conditam.* — 196. *Catane* ad mare sita urbs, Aetnae vicina, quem montem *Typhoeo* gigante, cui Aetnam impositum tanquam tumulum credebant, designat. v. dicta ad lib. VIII, 542. sqq. *Sicula pressus tellure Typhoeus* Valerio Fl. dicitur II, 24. — *Pios fratres* Amphinomum et Anapiam Strabo nominat (lib. VI, p. 269.), qui parentes suos per medios ignes Aetnae portarunt. Historiam multi narrarunt, quos docte laudavit Gesnerus ad Claudian. Idyl. 7.

198. *Camarina*, palus, et urbs. Ad paludem pertinent, quae adduntur, *cui non licitum fatis, moveri*, exemplo Virgil. Aen. III, 700. *fatis nunquam concessa moveri Camarina*, ubi Heynius haec Serviana dedit, quae, ne nostro loco lux desit, repetamus: „*Palus est* iuxta eiusdem nominis oppidum, de qua quodam tempore, cum siccata pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, respondit: *μη κινει* Καμαριναν. *ἀκινητος γαρ ἀμεινων.*" v. Cluv. Sic. ant. I, 14. — 200. De *Hybla* monte, mellis proventu claro, vid. sup. vers. 26. — *Selinus* ab abundantia palmarum agrestium *palmosa* Virgilio dicta Aen. III, 705. ubi vid. quae Heynius notavit. — 202. *Myle* s. Mylae, oppidum marit. non procul a Peloro situm. Historiam urbis tradunt Polyb. lib. I. Dio Cass. 48. 49. — 203. *Eryx* mons cum oppido et templo Veneris Erycinae, supra Drepanum. Virgil. Aen. XII, 701. cum Atho et Apennino componit. vid. Heyn. ad Virg. A. V, 759. et Diod. Sic. IV. extr.

204. *Centuripae, κεντυριπαι*, s. *τα κεντοριπα*, oppidum

Entella, Hectoreo dilectum nomen Aceſtae.
Non Thapſos, non e tumulis glacialibus Acrae
Defuerunt: Agyrena manus, geminoque Lacone
Tyndaris attollens ſeſe affluit. Altor equorum
Mille rapit turmam, atque hinnitibus aera flammat,
Pulveream volvens Agragas ad inania nubem.
Ductor Groſphus erat, cuius caelata gerebat
Taurum parma trucem, poenae monumenta vetuſtae.
Ille,

207. *Agyrena* ex probabili et paene neceſſaria emendatione Heinſii et Gronovii Obſ. III, 7. Certe *Agathyrna manus* nunc ſtare non poterat, cum infra verſ. 259. eadem *Agathyrna* inter urbes Poenis amicas referatur. Ergo iam editor Francogall. non dubitavit, illam emendationem in textum recipere. Heinſius etiam coniiciebat *Abacaena manus*. Hermolaus Barb. ad Plin. III, 8. malebat *Agathyrſa manus*. 208. *adfluit* ex Colon. Vulg. *affuit*. 209 *turmam* ex Colon Oxon. Putean. pro *turmas*, quod metro contrarium erat. Deinde *altor* e Colon. Nam in reliquis ſcriptis et editis ante Iuntinam *altus* legebatur. *flammant* Colon. 210. *ad inania* ex emendatione Gronovii III, 7. pro vulg. *ad moenia*. 211. *Creſpus* in Putean.

dum prope Aetnam ad occaſum. 205. *Entellam* ab Entello Siculo Heroe dictam, qui inter caeteros *Aceſtae* comites in Siciliam venerat, eique amicitia iunctus fuerat, Heynius adnotavit ad Virg. A. V, 387. in Exc. Hinc expedies Siliana, nec opus erit cum Cluverio Sic. Ant. p. 377. ſq. de ſenſu laborare. *Agyrena manus* ab Agyrio, ſ. Agyrina, oppido, non procul a Centuripis ſito. v. Cluv. Sic. II, 6. p. 310. — 208. *Tyndaris* opp. marit. in latere ſeptentr. non procul a Peloro: *gemino Lacone att. ſe*, ſuperbiens Caſtore et Polluce. Ergo a Tyndaro patre Ledae, illorum matris oppidum denominatum, et a Laconibus inhabitatum poeta deſignat. 210. *Agragas*, Agrigentum, iam Virgilio *magnanimûm generator equorum* Aen. III, 704. Ei rei accommodavit poeta ornatus ſuos, de quibus ſimilia vid. ſup. lib. II, 174. ſq. Ad ἱπποτροφίαν uſque illos equos aluiſſe, e Plinio colligas, qui lib. VIII, 42. ait: *Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent.* — 211. *Ductor* Agrigentinorum *Groſphus*, nomen Siculum. Sed mirus eſt Silianae phantaſiae luſus, quo res remotiſſimas ex improviſo arreptas, et ſatis quidem apte, coniungit. Quis auguratus fuerit, nunc de Phalaridis tauro ſermonem eſſe poſſe?

Ille, ubi torreret subiectis corpora flammis,
Mutabat gemitus mugitibus: actaque veras
Credere erat stabulis armenta effundere voces.
Haud impune quidem: nam dirae conditor artis
Ipse suo moriens immugit flebile tauro.
Venit, ab amne trahens nomen, Gela; venit Halaesa,
Et, qui praesenti domitant periura, Palici,
Pectora supplicio; Troianaque venit Acesta;
Quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines,
Et dulci gratam Nereïda perluit unda.
Aemulus ille tuo quondam, Polypheme, calori,

213. *ubi torrerent subiectae corpora flammae* coni. Heins. 218. *Halaesa* e Colon. pro *et Haesa*. 219. *damnant* coni. Heins.

posse? Crosphus ergo tauri Phalaridis, Agrigentinorum quondam tyranni, effigiem in clipeo caelatam gerebat. — 213. *Ille* scil. taurus etc. res satis nota. vid. Ovid. Art. am. I, 653. Plin. H. N. XXIV. 8. — 216. *conditor dirae artis*, Perillus, qui cum munus operis absoluti a tyranno postulasset, in tauro ipse includi iussus est, et suppositis ignibus combustus. Ovid. l. l. *Et Phalaris tauro violenti membra Perilli torruit: infelix imbuit auctor opus.*

218. De *Gela* itidem Virgil. A. III, 702: *Gela fluvii cognomine dicta.* 219. *Palici*, ex Palica oppido ad lacum Palicorum, non longe ab Eryce et Leontinis campis. Vt autem expedias, quid sit *domitare periura pectora supplicio*, e Cellarianis haec apponam: „Palici fratres, filii Thaliae nymphae ex Iove, quam terra, ut optaverat, hausit, et pueros maturos postea emisit. His lacus immense profundus sacer erat, iuxta quem in lucem editi fuerant: hac religione instituta, ut iurarent ibi homines, qui falso, in lacu amitterent vitam: qui vere, illaesi abirent." De ea re loca classica Diod. Sic. XI, 89. Macrob. V, 19. aliorumque iam laudavit Heyn. ad Virgil. Aen. IX, 585.

220. De *Acesta* urbe satisfecit Heynius in Exc. I. ad Virg. Aen. V, 718. — 221. Accolas Acis fl. designat, ex Aetnaeis iugis in mare profluentis. Sed profecit e fabula, quam retulit Ovid. Met. XIII, 750. Acis puer formosus a Galatea nympha, Nerei filia, amatus, quum Polyphemum

Dum ſugit agreſtem violenti pectoris iram,
In tenues liquefactus aquas evaſit et hoſtem,
Et tibi victricem, Galatea, immiſcuit undam.
Nec non qui potant Hypſamque Alabimque ſonoros,
Et perlucentem ſplendenti gurgite Achaten:
Qui fontes, vage Chryſa, tuos, et pauperis alvei
Hipparin, ac facilem ſuperari gurgite parco
Pantagiam, rapidique colunt vada flava Symaethi.
Litora Thermarum, priſca dotata Camena,
Armavere ſuos, qua mergitur Himera ponto
Aeolio. Nam dividuas ſe ſcindit in oras;
Nec minus occaſus petit incita, quam petit ortus.
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis,
Quo mons Sicania non ſurgit ditior umbrae.

Henna

227. *Alabimque* e Colon. *Alabumque ſonorum* editt. Mediol. Parm. et Rom. 1. quod non improbabat Heinſ. quoniam in Ptolomaeo eſſet ἄλαβος. *Albimque* Putean. 229. *vage Chryſa* ex Colon. Sed mire variabant libri caeteri *vage Chirſa* Rom. 2. *vage craſſa* Putean. *vage druſa* vitioſe Rom. 1. et ſic vulg. 230. *Hipparim* e Colon. Al. *Hypaten, Ipparem.* Oxon. *Hyparen.* Rom. 1. et Mediol. *Hyppatem.* 237. *umbrae* ex ſcriptis Heinſ.

phemum fugeret, nymphae huius ope converſus in flumen eiusdem nominis. Hinc Siliana, *dulcem undam* et *gratam Nereiaa*, venuſta brevitate expreſſa, explanabis. In ſequentibus ipſa fabula narratur.

229. *Chryſas* amnis per Aſſorinorum agros fluit, inter Aſorum et Hennam, ait Cicero Verr. IV, 44. — 230. *Hipparis*, in lacum Camerinum ſe fundens, brevis et exiguus amnis, ut et *Pantagias*, qui in ſinum Leontinum brevi curſu delabitur. vid. Heyn. ad Virg. III, 689. et Cluv. Sic. I, 11. De *Symaetho* v. Cluver. I, 10. — 232. *Thermarum*, Himerenſium, ad Himeram fluv. qui *mergitur Aeolio ponto*, Tuſco, Tyrrheno. Ita poeta diſtinguit a Thermis Selinuntiis in latere Siciliae Libyco. De illis Thermis poſt Cluverium II, 3. late diſputat Drakenborch. contra Salmaſium Exerc. Plin. p. 80. utrasque Thermas male confundentem. *Litora p. dotata Camoena*, ad Steſichorum poetam, Himera oriundum, alludunt. vid. Cic. Verr. II, 35.

Henna Deûm lucis sacram dedit ardua dextram.
Hic specus, ingentem laxans telluris hiatum,
Caecum iter ad manes tenebroso limite pandit,
Qua novus ignotas Hymenaeus venit in oras.
Hac Stygius quondam, stimulante Cupidine, rector
Ausus adire diem, maestoque Acheronte relicto
Egit in illicitas currum per inania terras.
Tum rapta praeceps Hennaea virgine flexit
Attonitos coeli visu lucemque paventes
In Styga rursus equos, et praedam condidit umbris.
Romanos Petraea duces, Romana petivit
Foedera Callipolis, lapidosique Euguion arvi,
Hadranum, Ergetumque simul, telaque superba

 Lani-

230. *sacras dextras* ex coni. Heinsii quam et Drakenb. probabat, Lefeb. edidit. 244. Sic Heins. e scriptis pro vulg. *Illicitas egit.* In Puteano proxime verum *egit pollicitas.* 245. pro *tum* Gronovius Obs. III, 7. malebat *cum.* Deinde *flexit* ex Colon. et Oxon. Barth. et Mod. emendarunt pro *cessit.* Mox *attonitos coeli visus* Heins. e scriptis corrigendum censuit. 249. *arvi* e Colon. Al. *arcu*, *amni.* 250. *Ergetumque* e Putean. Caeteri libri variabant *Hergentum*, *Ergetium*, *Ergentum.* E Cod. Tel.

35. — 236. Vtraque Himera e montibus Nebrodibus oritur, unde in diversas partes profluit. Haec ornantur non sine luxuria verborum. *gemini nutrit div. fontis*, continet duos fontes, qui diversos fluvios emittunt. — *ditior umbrae*, nemorosior. v. lib. IV, 681.

238. *Henna* urbs in media insula, unde *νήσου ὀμφαλον* dixit Callimachus Cer. 15. pratis et lucis amoenis consita. Notam de Proserpina hinc a Plutone rapta fabulam Silius hoc loco ornat, de qua vid. loca classica Diod. Sic. V, 3. Cic. Verr. IV, 48. et carmen Claudiani. Itaque *sacram dextram* paulo argutius poeta extulit, de militibus ex Henna religione et cerimoniis Proserpinae sacra, ad bellum Siculum excitis. Livius XXIV, 39. *urbem claram* dicit, ob sacrata omnia vestigiis raptae quondam Proserpinae. Caetera, quae de *specu*, et Plutonis ad eum adventu dicuntur, Cicero explanabit, qui nunc praeter Claudianum sedulo legendus est. 246. *attonitos coeli visu equos* luxuriantius etiam descri-

Lanigera Melite, et litus piſcoſa Calacte,
Quaeque procelloſo Cephaloedias ora profundo
Caeruleis horret campis paſcentia cete,
Et qui, correptas ſorbentem verticis hauſtu,
Atque iterum e fundo iaculantem ad ſidera, puppes,
Tauromenitana cernunt de ſede Charybdim.
Haec Latium manus et Laurentia ſigna movebat.
Caetera Eliſſaeis aderat gens Sicana votis.
  Mille Agathyrna dedit, perflataque Trogilos Auſtris,
Mille

Tel. et Rom. 2. notavit Lefeb. *Hergetum.* *telo* — *lanigero* eſt in Putean. Vnde Heinſ. coniiciebat *telaeque ſuperba lanigerae.* 251. *Calacte* ex coni. Heinſ. pro *Malacte*, oppido ignoto. 254. *verticis* Oxon. cum editt. priſcis. 257. *fovebat* coni. Barth. et Heinſ. 259. *Trogilos* Cod. Oxon. cum priſcis editt. et Colon. proxime verum *Troylos.* Vulg. *Strongilos.* Putean. *Troialos.*

ſcripſit Claud. Rapt. Proſ. II, 193. ſqq.

251. *Melite* inſula, inter Siciliam et Libyam ſita. vid. Diod. Sic. V, 12. ubi et de textorum linteaminum egregio artificio. *Calacte*, καλὴ ἀκτὴ Diod. XII, 8. ad litus Tyrrhenum poſt Haleſam v. Cluv. II, 4.

252. *Cephaloedis* ſ. Cephaloedium opp. maritimum inter Thermas Himer. et Halaeſam in ſeptentrionali inſulae latere. *horret cete*, orn. pro habet. *caeruleis campis*, ut aequora undarum, et campos liquentes Virgilius dixit Aen. VI, 724. De cetariis ad illam urbem expoſuit Cluv. II, 4. p. 286. — 254. *Tauromenitani* non procul a freto Siculo ad mare, *cernunt Charybdim* etc. Ita Seneca Epiſt. 79. *Fac nos certiores, an verum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi conditum, et circa Tauromenitanum litus emergere.* Et Strabo VI. pag. 411. (268.) litus Tauromenii, ait, Κοπρίαν dici, quod navigiorum a Charybdi abſorptorum et diſſipatorum fragmenta illuc devolvantur. 257. *Haec manus*, hi populi antea enarrati, *Latium et Laur. ſigna movebat*, h. e. pro Romanis arma gerebant, et militabant. Poeticam rationem dicendi non adſecuti ſunt, qui nunc in verbo haerebant. v. Var. Lect.

258. ſqq. Sequuntur urbes Siciliae, quae Poenis favebant et milites ſubminiſtrabant. — 259. *Agathyrna* opp. marit. in latere inſulae ſeptentr.

Mille Thoanteae ſedes Facelina Dianae.
Tergemino venit numero fecunda Panormos,
Seu ſilvis ſectere feras, ſeu retibus aequor
Verrere, ſeu coelo libeat traxiſſe volucrem.
Non Herbeſos iners, non Naulocha pigra pericli
Sederunt; non frondoſis Morgentia campis
Abſtinuit Marte inſido: comitata Menaeis
Venit Amaſtra viris, et parvo nomine Tiſſe,
Et Netum, et Mutyce, pubeſque liquentis Achaeti.

Sido-

260. *Facelina* e Colon. In caeteris libris omnia vitioſa ſunt. Lefeb. tamen edidit *Phacelina* e fragmento Lucilii apud Pompon. Sab. ad Virg. Aen. II, 117. ab Heinſio laudato, ubi *Phacelinae Dianae* mentio fit. 262. *ſectere*, et mox *verrere* ex Colon, pro vulg. *ſectare* et *vertere*. 266. *Menaeis* ex ſcriptis Heinſ. Sic et editt. Rom. 1. 2. Vulg. *Nemaeis*, quod primus Marſus edidit. Maſerius ad Valer. Fl. II, 495. coni. *Nooenis*, ex Plin. III, 8. — 268. *Mutyce* e Colon. ubi eſt *Mytice*. Sed graecis eſt μοτυκα, μοτουκα. Deinde *Achaeti* iterum ex Colon. Al. *Acheti*, *Arethi*, ut Oxon. et aliquot editt. Dauſq. *Acithi*.

ſeptentr. inter Haleſam et Tyndaridem. *Trogilos* locus Syracuſis vicinus, cum portu, quem Livius memorat lib. XXV, 23 v. Cluver. I, 12. — 260. *Facelina ſedes*, templum Dianae Thoanteae, ſ. Tauricae, de qua vid. ſup. lib. IV, 771. Situm eſt non procul a Peloro ad mare. Fabulam narrat Servius ad Aen. II, 117. *Oreſtes ſimulacrum Dianae e Scythia ſuſtulit abſconditum faſce lignorum, unde et Phacelitis dicitur*; nempe a Φακελος. vid. ib. Pompon. Sabin. et Hygin. fab. 261.

261. *tergem. numero*, tribus millibus militum. Nam de ſingulis millibus antea ſermo fuerat. — *fecunda* ſcil. feris, piſcibus, volucribus, ut mox poetico ſermone praedicatur. 264. *Herbeſos*, ſ. Herbeſſus, opp. Syracuſis vicinum, de quo vid. Cluv. II, 10. — *Naulocha* opp. cum portu in vicinia Pelori. *non pigra pericli*, non ignava ob belli pericula, bellicoſa. Voc. *ſedendi* in ignavis, pigris, otioſis notus uſus, cuius paſſim in Silio exempla vidimus.

265. *Morgentia*, μοργαντιον Straboni, in orient. inſulae latere ad flum. Symaethum prope quaerenda. *Marte inſido*, bello pro Carthagininienſibus, qui ſunt inſidi, inquit Marſus. — 266. *Menaeis* a Mene urbe prope lacum Palicorum. *Amaſtra* ad fl. Halaeſum in latere ſeptentr. *Tiſſe parvo nom.* in vicinia

Sidonios Drepane, atque undae clamosus Helorus,
Et mox servili vastata Triocala bello,
Sidonios Arbela ferox, et celsus Ietas,
Et bellare Tabas docilis, Cossyraque parva,
Nec maior Megara Mute concordibus ausis
Iuvere, et strato Gaulum spectabile ponto,
Cum sonat Halcyones cantu, nidosque natantes
Immo-

269. *Sidonios Drepane* e scriptis Heins. et sic Cod. Oxon. Vulg. *Sidonia et Drepane.* 272. Pro *Tabas*, quod Heins. correxit, alii *Tubas*, *Thaebas*, *Thabas.* 273. Drakenborch. *Mute* vitiosum putabat, et restituendum *Motye.* 274. *Caulum* in vulg. Ed. Parm. *Gauros.* Aliae *Gaurum.*

cinia Aetnae et fontis Tauromini fl. Perparvam et tenuem civitatem Cicero dicit in Verr. III, 38. — *Netum et Mutyce* in finibus Pachyni promont. De *Achaeto* vid. Var. Lect.

269. *Sidonios* — *iuvere.* Haec iunge. *Drepane* s. Drepanum, urbs cum portu Aegatibus obiecta. cf. Virg. A. III, 707. — *Helorus* fluv. in latere Orient. paulo supra Pachynum; *clamosus*, quia inter specus et rupes excisas procurrit. v. Cluv. I, 13. et Heyn. ad Virg. III, 698. — 270. *Triocala* opp. in australi latere ad Isburum fl. de quo vid. Diod Sic. 36. De Triocalis vastatis nominatim Diodor. l. c. cf. Flor III, 19. — 271. *Arbelam* urbem Siciliae prodiderunt Stephanus, Suidas et alii, quamvis incerti situs. v. Cluv. II. 13. De *Ieta* opp. cum monte ad Crinissum fl. idem III, 12. *Ietenses* populos in Sicilia memorat Plin. III, 8. — *Tabae* opp. in media insula ad Heraeos montes. — 272. *Cossyra* parva insula inter Sicil. et Africam. Ovid. Fast. III, 567. *Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyrae.* — 273. *Megara.* Strabo VI, p. 410. (267.) ex Ephoro docet, post bellum Troianum Dorienses, quorum pars magna Megarenses erant, duce Theocle Atheniense, in Siciliam navigasse, et Megara condidisse, cui prius nomen fuerit *Hyblae*, quod deinde ob mellis praestantiam duraverit. Thucyd. lib. VI, 4. a Megarensibus, qui Lamo duce in Siciliam venerint, conditam urbem tradit. — *Mute*, Motye, Mutye, μοτυη opp. marit. non procul a Lilybaeo promont. Thucyd. VI, 2. a Phoenicibus cum Panormo et Soloente inhabitatam perhibet.

274. *Gaulum*, Gaulos, insula Pachyno promont. versus

Immota gestat, sopitis fluctibus, unda.
Ipsa Syracusae patulos urbs inclita muros
Milite collecto variisque impleverat armis.
Ductores facilem impelli laetamque tumultus
Vaniloquo pubem furiabant insuper ore:
Nunquam hoste intratos muros, et quatuor arces;
Et Salaminiacis quantam Eoisque tropaeis
Ingenio portus urbs invia fecerit umbram!
Spectatum proavis, ter centum ante ora triremes
Vnum naufragium, mersasque impune profundo
Clade

280. *plebem* e scriptis Heins. pro vulg. *pubem*.

sus Merid obiecta. Diod Sic. V, 12. a portuum praestantia laudat, λιμεσιν εὐχειρως κεκοσμημενην. Ergo *strato ponto*, h. e. tranquillo mari conspicua est. Eam tranquillitatem mox Silius multorum poetarum exemplo designat, *Halcyonum* avium cantu et nidis. Plinius X, 32. de his avibus: *foetificant bruma, qui dies Halcyonides vocantur, placido mari per eos et navigabili, Siculo maxime.* Et sic *dilectas Thetidi Alcyones* Virgilius Georg I, 399. inter signa serenitatis coeli recensuit.

277 *patulos muros inclyta*, iunge et intellige urbem ingentibus latisque muris clausam, qualem veteres descripsere Syracusas. Strabo VI, p. 415. 270) „Olim Syracusae quinque urbibus constabant, contentae muro 180 stadia longo "

281. *quatuor arces.* v. Cic. Verr. lib. IV, 53. — 282-83 Sensus: Quantum urbs nostra obscuraverit victoriam Atheniensium Persicam; tum nempe Athenienses ante Syracusas navali clade penitus profligati sunt. *Salam. Eoisque tropaeis*, victoria Athen. apud Salamina Xerxe devicto. — *Ingenium*, naturam *portus* descripsit Cicero l. c. cap. 52. et 53. — *subnixas*, elatas, superbas clade Xerxis, *pharetrigeri regis*, noto attributo Persarum et Parthorum, v. interpr. ad Georg. Virg. IV, 290. et quae dicta sunt sup. ad lib. VII, 636. De clade Atheniensium ad Syracusas facta cf. Thucyd. lib. VII. In numero navium Atheniensium, quem variant veteres scriptores, poeta Ciceronem secutus videtur Verr. V, 37. e quo loco nunc maxime profecit: *Quo Atheniensium classis sola post hominum memo-*

Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas.
Flammabant vulgum geniti Carthagine fratres,
Poeni matre genus; ſed quos, ſub crimine pulſus
Vrbe Syracoſia, Libycis eduxerat oris
Trinacrius genitor, geminaque a ſtirpe parentum
Aſtus miſcebant Tyrios levitate Sicana.
Quae cernens ductor, poſtquam immedicabile viſum
Seditio, atque ultro bellum ſurgebat ab hoſte,
Teſtatus Divos Siculorum, amneſque, lacuſque,
Et fontes, Arethuſa, tuos, ad bella vocari
Invitum; quae ſponte diu non ſumſerit, hoſtem
Indue-

288. *ob crimina* coni. Heinſ. 293. *inſurgebat* id. 296. *quis* ex Colon. pro vulg. *quae*, ut Lefeb. edidit hoc ſenſu: hoſtis induit

memoriam 300 navibus vi ac multitudine invaſit, quae in ipſo eo portu, loci ipſius portuſque natura, victa et ſuperata eſt. Hic primum opes illius civitatis victae, comminutae, depreſſaeque ſunt: in hoc portu Atbenienſium nobilitatis, imperii, gloriae, naufragium factum exiſtimatur.

287. *fratres*, Hippocrates et Epicydes, qui, Andranodoro et Themiſto interfectis, in eorum locum praetores a Syracuſanis creati ſunt. v. Liv. XXIV, 26. 27. ſq. Horum natales, quos mox poeta memorat, iterum e Livio hauſit cap. 6. *Legati ad Hannibalem miſſi, ac remiſſi ab eo cum Annibale nobile adoleſcente: Hippocrates et Epicydes, nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis, exſule avo, Poeni ipſi materno genere.*

292. ſeqq. Legatur Livius XXIV. a cap. 33. ut omnis cauſa belli, qua Marcellus ſe ad obſidionem adactum exiſtimabat, intelligatur. Silius, qui magis ſingulas belli ſcenas, et hiſtorica quaedam emblemata fingit, illas rerum geſtarum cauſas leviter tangit, non explicat. — *bellum ſurgebat*, poetico ornatu dictum pro oriebatur. vid. lib I, 686. — 294. *Divos* Siculorum, qui ſcire cupiat, Ciceronem adeat in Verrinis. Reperiet *Orcum*, *Triptolemum*, *Cererem*, *Palicos*, *Dianam*, *Minervam*, *Iovem Olymp. Apollinem*, alios. Caeterum locus adumbratus videtur ex oratione Marcelli apud Liv. XXIV, 38. qua ad Ennae urbis expugnationem milites adhortatur: *Vos, Ceres mater et Proſerpina* etc. 295. *ad bella*, cum Syra-

Induere arma ſibi; telorum turbine vaſto
Aggreditur muros, atque armis intonat urbi.
Par omnes ſimul ira rapit; certantque, ruuntque.
Turris, multiplici ſurgens ad ſidera tecto,
Exibat, tabulata decem· cui creſcere Graius
Fecerat, et multas nemorum conſumſerat umbras.
Armatam hinc igni pinum et devolvere ſaxa
Certabant, calidaeque picis diffundere peſtem.
Huic procul ardentem iaculatus lampada Cimber
Coniicit, et lateri telum exitiabile figit.
Paſcitur adiutus Vulcanus turbine venti,
Gliſcentemque trahens turris per viſcera labem,
Perque altam molem et toties creſcentia tecta,
Scandit ovans, rapidiſque vorat crepitantia flammis
Robo-

duit Marcello arma, quae ipſe Marcellus diu ſponte *diſtulit* ſumſiſſe. Neque ipſe Drakenb. improbabat vulg. lectionem. Concinnior oratio efficitur; ut non dubitarem, textui illam reſtituere. Heinſ. etiam coni. *ſponte Deûm* hoc ſenſu: quia Diis faventibus annuentibuſque non ſumſerit. 303. *pinum* pro vulg. *molem* Heinſ. ex MStis vindicavit. 305. *Huic* e ſcriptis Heinſ. Al. *hic*, et *hinc*. 307. *adiutus* ex Puteaneo edidit Lefeb. profecto verius quam vulg. *adiuto*. Dauſq. etiam coni. *adiecto*, *adiuncto*, vel *adiutus*. 309. *toties creſcentia* Mod. e Col. Barthius ex Oxon. probabat *toties naſcentia*. In Vulg. *turris naſcentia*, vitioſe ex antecedente verſu. Heinſius etiam coni. *texta* pro *tecta*. Dauſq. *tectis* pr. *tecta*. 310. *crepitantia* Mod. et Heinſ. e membranis pro vulg. *trepidantia*.

Syracuſanis gerenda. De ſeqq. vid. Var. Lect.

300. ſeqq. Turris excelſa igni Romano accenſa prima ruinam in muris Syrac. dedit. De hac turri omnia a Silio ficta ſunt. Arridebat ſcilicet poetae occaſio turrem ardentem poeticis coloribus pingendi. Talia Silius nunquam e manibus dimittit, et plerumque graphice, nec ſine arte pingit, ſed nec ſine nimiae luxuriae vitio. *Turris exibat*, ornate pro erat. Sed altitudinem poeta inculcat ſingulis verbis, *ſurgens*, *exibat*, *creſcere*, quae omnia iam in turris vocabulo inerant. — *Graius*, Archimedes. vid. Liv. XXIV, 34. ubi et nonnulla ſunt, unde Silius in turris cogitationem adduci facile poterat. — 307 · 15. Ornatus poeticos eiuſmodi ſaepe vidimus in hoc carmine. v. lib V, 510.

Robora, et, ingenti ſimul exundante vapore
Ad coelum, victor nitentia culmina lambit.
Implentur fumo, et nebula caliginis atrae;
Nec cuiquam evaſiſſe datur: ceu fulminis ictu
Correptae rapido in cineres abiere ruinae.
Par contra pelago miſeris fortuna carinis.
Namque ubi ſe propius tectis urbique tulere,
Qua portus muris pacatas applicat undas,
Improviſa novo peſtis conterruit aſtu.
Trabs fabre teres, atque, eraſis undique nodis,
Navali ſimilis malo, praefixa gerebat
Vncae tela manus: ea celſo ex aggere muri
Bellantes curvi rapiebat in aëra ferri
Vnguibus, et mediam revocata ferebat in urbem.
Nec ſolos vis illa viros, quin ſaepe triremem
Belligerae rapuere trabes, cum deſuper actum
Incuterent puppi chalybem morſuſque tenaces.
Qui, ſimul affixo vicina in robora ferro
Suſtulerant ſublime ratem, miſerabile viſu!
Per ſubitum rurſus laxatis arte catenis

Tanta

312. *nutantia* coni. Dauſq. Marſ. Ed. Veneta *ſurgentia*. 318. *appulit* pro *applicat* Putean. 320: *trabs trabe iuncta teres*, omiſſo *atque*, edidit Lefeb. ex Puteano, ubi legebatur *cincta*. Deinde *deraſis* ex leviſſimis veſtigiis loci Virgil. Aen. XI, 5. *deciſis undique ramis*. 325. *vis ulla* in Colon.

V, 510. ſq. VII, 351. ſqq. Sed nuſquam luxuriantius, quam in hoc loco incendium pinxit. Graphicam imaginem et paene abſolutam nemo negaverit.

316. ſeqq. In mari, ab Achradina, cuius murus fluctu alluitur, ut Livius ait l. c. naves Romanae, quibus Marcellus urbem oppugnabat, nova machinatione Archimedis laborarunt. Sequitur itaque a verſu 320. machinae ipſius deſcriptio, e Livianis (cap. 34) expreſſa, ubi *tollenonem* ſuper muros eminentem dicit. — 322. *uncae manus tela*, manus ferrea Livio; χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην Polybius appellat lib. VIII. Mox *unguibus*, et *curvo ferro* portam deſignat. — 323. *bellantes*, milites e navibus arreptos illa ma-

Tanta praecipitem reddebant mole profundo,
Vt totam haurirent undae cum milite puppem.
His super insidiis angusta foramina murus
Arte cavata dabat, per quae confundere tela
Tutum erat, opposito mittentibus aggere valli.
Nec sine fraude labos, arta ne rursus eodem
Spicula ab hoste via vicibus contorta redirent.
Calliditas Graia, atque astus pollentior armis
Marcellum tantasque minas terraque marique
Arcebat; stabatque ingens ad moenia bellum.
Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
Ingenio facile ante alios telluris alumnos,
Nudus opum; sed cui coelum terraeque paterent.
Ille novus pluvias Titan ut proderet ortu
Fusca-

334. *clam fundere* ex coniectura Burmanni edidit Lefeb. 335. *apposito* in Puteano. 336. *artae viae* coni. Heins. 344. *novo ortu* coni. id.

machina, et mediam in urbem delatos, Silius de suo addidit. Livii narratio ad naves tantum correptas et in mare depressas pertinet, quam poeta verss 326-32. luculenter et eleganti ornatu expressit.

333-37. Livius l. c. cap. 34. *postremo ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit, per quae cava pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem.* Hinc Siliana expedies.

338-40. Hae machinationes et τεχνας Archimedis oppugnationem retardabant. Livius cap. 34. extr. „*Ita consilio habito, cum omnis conatus ludibrio esset, absistere oppugnatione atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.*" — *stabat bellum*, intermissa est oppugna.

341. seqq. Poeta ornavit haec Liviana l. c. *Archimedes is erat, unicus spectator coeli siderumque, mirabilior tamen inventor et machinator bellicorum tormentorum, operumque quibus ea quae hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur.* Itaque, ut libenter solet, definite et per partes singulas Archimedis ingenium et artem adumbrat. — *Isthm. decus colonis*, h. e. ornamentum Syracusanorum, quatenus hi ab Isthmo Achaiae,

Fuscatis tristis radiis; ille haereat, anne
Pendeat instabilis tellus; cur foedere certo
Hunc affusa globum Tethys circumliget undis,
Noverat, atque una pelagi lunaeque labores,
Et pater Oceanus qua lege effunderet aestus.
Non illum mundi numerasse capacis arenas
Vana fides: puppes etiam constructaque saxa
Feminea traxisse ferunt contra ardua dextra.
Hic dum Italûm ductorem astu Teucrosque fatigat,
Adna-

347. *ulnis* coni. id. 349. *refunderet* id. 351. *Vana fides.* Sic omnes membranae et editt. praeter Colon. ubi est *una*, quod expressit Drakenborch. quamvis valde probans vulgatam illam, etiam Lefeb. servatam. cf. Virgil. Aen. IV, 12. Val. Flac. V, 75.

iae, e Corintho, originem ducebant. v. sup. ad vers. 51. 52. et infr. 643. — 344. *Ille* noverat (e vers. 348.) ex ortu solis, an pluvia futura esset. Ornatus verborum noti sunt. *Novus Titan*, oriens Sol. v. Virg. Aen. IV, 119. sq. Hic *tristis* est *fusc. radiis*, cum nubes obductae liberam radiorum emissionem impediunt. — 345. *haereat*, stet immobilis. *pendeat instab.* moveatur circumactus globus. — 348. *pelagi lunaeque labores.* v. ad lib. III, 58. etc. et interpr. ad Virg. Georg. II, 478.

350. Alludi in his ad librum Archimedis, qui *ψαμμιτης* inscriptus fuit, quo probare conabatur, numerum arenae non esse infinitum, sed efferri et colligi posse, si vel maxime totus terrarum orbis arena constaret, Drakenborch. annotavit. 351. Haec ad mechanicam artem Archimedis pertinent, qua effecit, ut naves et *constructa saxa*, h. e. pilae et ingentia murorum fragmenta facili negotio, atque adeo *feminea manu* pertrahi ad altiorem locum possent.

353. sqq. De classibus Poenorum et Romanorum, quae Livius XXIV, 36. et XXV, 27. narrat, ita comparata sunt, ut intelligamus, pugnam navalem eiusmodi, qualem mox describit Silius, ad Syracusas non esse factam. Quid ergo? Nimirum Silius poetam iterum agit. Adsunt ab utraque parte classes, obsidionis caussa advectae. Ergo cum historiam scribere non instituisset, qualem ex annalibus memoriae prodere historicus solet, non dubitavit hunc

Adnabat centum late Sidonia velis
Claſſis ſubſidio, et ſcindebat caerula roſtris.
Erigitur ſubitas in ſpes Arethuſia proles,
Adiungitque ſuas, portu progreſſa, carinas.
Nec contra Auſonius tonſis aptare lacertos
Addubitat, merſiſque celer fodit aequora remis.
Verberibus torſere fretum: ſalis icta frequenti
Albeſcit pulſu facies, perque aequora late
Spumat canenti ſulcatus gurgite limes.
Inſultant pariter pelago: ac Neptunia regna
Tempeſtate nova trepidant. Tum vocibus aequor
Perſonat, et clamat ſcopulis clamoris imago.
Ac iam diffuſus vacua bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad proelia fluctus,

hunc locum ita tractare, ut pugna atrox navalis velut in tabula appareret, in qua, quicquid poetici ornatus adhiberi poſſet, ſuo modo, et ſecundum exempla varia poetarum, expromeret. Iam moderate et recte, an luxurianter et arroganter fecerit, ut veritatem hiſtoricam negligeret, haec alia quaeſtio eſt. Sed aequum eſt, ut ſcriptorem ſecundum ea, quae nobis exhibuit, iudicemus. Caeterum in hoc loco poetam certare voluiſſe cum Lucano, cuius ſimilis pugnae navalis deſcriptio in lib. III, 509. ſeqq. extat, quis dubitet? cum illius aetatis poetae in eo maxime elaborarent, ut ſecum invicem certarent.

354. *Centum velis*, ſecundum haec Liviana cap. 25. *Bomilcar eductis Carthaginienſibus, in quanto res Syracuſ. diſcrimine eſſet, cum centum navibus poſt paucos dies redit.* Sed cf. lib. XXV, 27. — 360. *verberibus*, impulſu remorum Lucan. III, 527. *impulſae tonſis tremuere carinae, crebraque ſublimis convellunt verbera puppes.* Haec centies variant poetae. cf. Virg. A. III, 207. ſeqq. v. ſup. lib. VII, 409. ſq. Caetera graphicam imaginem ſiſtunt commotae remis aquae, obrutam illam quidem coloribus, at non ſine arte factam — 365. *clamoris imago*, Echo clamorem reddit. v. Valer. Fl. III, 597.

366-70. Ab utraque parte claſſes in ſemicirculum et cornua diſpoſitae ſtabant. Quid ſint *cornua* in acie, notum eſt. Haec *ambiunt* fluctus, cum eos concludunt. Hinc et commode *navalem indaginem* hunc ambi-

Navali claudens humentem indagine campum.
At ſimili curvata ſinu diverſa ruebat
Claſſis, et artabat lunato caerula gyro.
Nec mora: terrificis ſaevae ſtridoribus aeris,
Per vacuum late cantu reſonante profundum,
Incubuere tubae, quis excitus aequore Triton
Expavit tortae certantia murmura conchae.
Vix meminere maris; tam vaſto ad proelia niſu
Incumbunt proni, poſitiſque in margine puppis
Extremae plantis nutantes ſpicula torquent.
Sternitur effuſis pelagi media area telis,
Celſaque anhelatis exſurgens ictibus alnus
Caerula nigranti findit ſpumantia ſulco.

Aſt

370. In Colon. *arabat.* Heinſ. coni. *arquabat*, ſ. arcuabat. 373. *increpuere* coniecit Gronov. probante Heinſio, qui et offert *incinuere.* Illud et Drakenb. probabat, laudato loco e lib. XVI, 94. —

ambitum dicit, e re venatoria, ut diximus ad lib. XIII, 141. Mox variate dicitur *lunatus gyrus*, *curvata claſſis.* Luxurioſior poeta nunc in aciei ſemicircularis figura delineanda moratur. Non multo moderatius eadem pinxit Lucan. l. c. 529. ſeqq. — 373. *Triton*, numen marinum, *expavit murmura*, territus eſt vocibus tubarum, *certantia conchae* ſuae, aemulantia ſonum conchae, quam ipſe inflat. v. Virgil. A. X, 209 et Lucan. IX, 348. *Deus quem toto litore pontus audit ventoſa perflantem murmura concha.*

375. ſeq. Imago atrociter pugnantium ex ſummo puppium margine. Singula ad naturam apte adumbrata. 377. *nutantes*, ut fit, in tam incertis veſtigiis. 378. *media area* aequoris, inter utramque claſſem, *ſternitur* oppletur *telis.* Nota hyperbole, quam perpetuo variant poetae. Lucan. V, 545. *emiſſa tela aera texerunt, vacuumque cadentia pontum.* — 380. *nigranti ſulco*, plane ex natura. Nam ſulcus mari impreſſus umbram nigricantem et lumen efficit, quibus etiam pictores fluctus deſignant. *Anhelati ictus*, quam iterum ex naturae veritate expreſſum! de remigibus ſub labore remorum anhelantibus.

Aſt aliae latere atque incuſſi roboris ictu
Detergent remos: aliae per viſcera pinus
Tramiſſis ipſo retinentur vulnere roſtris,
Quo retinent. Medias inter ſublimior ibat
Terribilis viſu puppis, qua nulla per omne
Egreſſa eſt Libycis maior navalibus aevum.
Sed quater haec centum numeroſo remige pontum
Pulſabat tonſis: veloque ſuperba capaci
Cum rapidum hauriret Borean, et cornibus omnes
Colligeret flatus, lento ſe robore agebat,
Intraret fluctus ſolis ſi pulſa lacertis.
Procurrunt levitate agili, dociles que regentis
Audiviſſe manum, Latio cum milite puppes.
Has ut per laevum venientes aequor Himilco
In latus obliquas iuſſamque incurrere proram
Conſpexit, propere Divis in vota vocatis

 Aequo-

381. *latere* Mod. ex Colon. pro vulg. *lacerae*. 387. Heinſius coni. *Acta quater centum* etc. Lefeb. edidit *nam quater haec* etc. 390. *robore* e MStis pro *corpore* vulg. 391. *cen pulſa* Heinſ. coni. probante Drakenb. Mox et *intraret fluctu* coni. Heinſ.

381. Iam concurrunt naves. Id certis ſignis declaratur. Variavit haec Lucanus paſſim. cf. lib. III, 544. *vt primum roſtris crepuerunt obvia roſtra.* 382. *detergent remos*, defringunt roſtris impactis. In ſeqq. *aliae retinentur — quo retinent*, argute expreſſa ſententia vulgaris: naves roſtris immiſſis haerent lateribus. Simili modo Lucanus III, 563. *Quaecunque ratis tentavit robora Bruti, Ictu victa ſuo percuſſae capta cohaeſit.*

385. ſeqq. Navis Himilconis omnium maxima. Haec magnitudo declaratur ſignis variis, ut remis quadringentis, et lento motu, ut quamvis univerſis *cornubus*, h. e. velis (cf. Virg. Aen. V, 832.) omnes auras colligebat, tamen non citius progrederetur, quam alia quaevis, quae ſolis remis propellebatur, *ſolis pulſa lacertis*. Ornatum facile deprehendent atque expedient, qui ſenſum cognoverunt. Bruti praetoriam navem moderatius notavit Lucanus III, 335 - 38.

392. *levitate agili proc.* triremes Romanae. *Dociles manum*

Aequoris, intento volucrem de more ſagittam
Aſſignat nervo: utque oculis libravit in hoſtem,
Et calamo monſtravit iter, diverſa relaxans
Brachia, deduxit vultu comitante per auras
In vulnus telum, ac reſidentis puppe magiſtri
Affixit plectro dextram: nec deinde regenda
Puppe manus valuit, flectenti immortua clavo.
Dumque ad opem accurrit, ceu capta, navita, puppe,
Ecce iterum fatoque pari nervoque ſagitta
In medium perlapſa globum, tranſverberat ictu
Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum.
Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor
Lectaque complebat Stabiarum litore pubes.
Numen erat celſae puppis vicina Dione.
Sed

400. *diduxit* Colon. 403. *flectendo* coni. Gronov. Obſerv. III, 7. — 407. pro *gubernacli* in Oxon. Put. et nonnullis editt. priſcis *gubernandi*. 409. *Lectaque* ex Colon. et Oxon. Vulg. *laetaque*. Deinde *complebant* probabat Heinſ. ex Puteano. 410. *Nomen* Colon. Pro *vicina* in ed. Parm. *ſubducta*. Leſ. edidit *celſae puppi vicina*.

num audiviſſe, naves tractabiles, et celeri motu procurrentes, dixit exemplo Lucani III, 593. Et Virgilio *currus non audit habenas*, cum equi regi non poſſunt. Georg. I, 514.

398. *aſſignat nervo*, dum ſagittam arcui imponit. Sequitur imago ſagittae emiſſae, ex artis ordine et natura expreſſa, cuius ſimilem vidimus ſup. lib. II, 126. — *oculis librat*, qui collimat; mox variate, *monſtrat iter calamo*. Deinde *diverſa relaxans brachia* dicitur, qui arcum tendit, altera manu ſummum arcum tenens, altera nervum adducens. —

402. *affixit plectro dextram*, ſagitta per dextram in gubernaculum penetrante, ita ut illi ſimul manus adfigeretur; exquiſitum genus vulneris, qualia lubenter poetae comminiſci ſolent, et Silius inprimis. Conferendus tamen eſt Lucanus, ut certamina poetica cognoſcamus.

409. *Stabiarum*, oppidi Campaniae, inter Veſuvium et Surrentum. 410. *numen erat Dione*, effigies Dionis, ſ. Veneris, ut Deae tutelaris, in navis puppe picta. Res e Virgilio nota. v. Heyn. ad Aen. X, 171. Infra v. 543. *tutelae Deûm fluitant*. Iam
cum

Sed ſuperingeſtis propior quae ſubdita telis
Bella capeſſebat, media ſubſedit in unda,
Diviſitque fretum. Clamantum ſpumeus ora
Nereus implet aquis, palmaeque, trahente profundo,
Luctantum fruſtra ſummis in fluctibus exſtant.
Hic, audax ira, magno per caerula ſaltu
Corbulo tranſgreſſus (nam textam robore turrim
Appulerant nexae ferri compage triremes)
Evadit tabulata ſuper, flammaque comantem
Multifida pinum celſo de culmine quaſſat.
Inde atros alacer paſtoſque bitumine torquet,
Amentante Noto, Poenorum apluſtribus ignes.
Intrat diffuſos peſtis Vulcania paſſim,
Atque implet diſperſa foros: trepidatur omiſſo

413. *clamantum* e ſcriptis et editis repoſuerunt Barth. et Heinſius pro vulg. *clamantem.* 422. *amentante* Mod. e Colon. pro vulg. *adventante.*

cum in Sicilia verſarentur Romani, Dionem *vicinam* appellat, Erycem notans, ubi Veneri ſacra et templum erant. — Interpres tamen Francogall. *celſae puppi vicina,* iungit. 412. demerſa eſt navis. Mire in hac una ſententia luxuriatus Lucanus III, 630. ſeq.

416. ſeq. Corbulo ulturus demerſam navem, ex turri ignes in navem praetoriam Himilconis coniicit. *Textam robore turrim,* ligneam machinam navibus pluribus iunctis impoſitam deſcribere poeta videtur, cuius machinae mentionem Plutarchus fecit in Marcello: *Super ingenti iugo navium octo colligatarum inter ſe machinam Marcellus extulit.* Similia habet Polybius VIII, 5. ubi *ſambucam* dicit. Hinc expediri poteſt, quomodo Corbulo *per caerula tranſgreſſus* ſuper tabulata evaſerit. 419. *flamma com.* pro vulg. ardentem pinum, ſed illud graphice, more poetico. — In verſ. 422. felici brevitate *amentantem Notum* dicit, cum notare vellet flammas taedae a vento auctas et adiutas. Nempe amentum eſt lorum haſtilibus additum, quo illa fortius vibrata emittuntur. Similem ornatum vidimus ſupr. libr. IX, 508. *velut amento contorta haſtilia turbo adiuvat.* ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος Homeri Il. λ, 256. bene contulit

Summis remigio; sed enim tam rebus in artis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.
At rapidus fervor, per pingues unguine taedas
Illapsus, flammis victricibus insonat alveo.
Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas,
Parcebatque vapor, saxorum grandine dirus
Arcebat, fatumque ratis retinebat, Himilco.
Hic miser, igniferam dum ventilat aëre pinum,
Murali saxo per lubrica sanguine transtra
Volvitur in fluctus, Lychaei vulnere, Cydnus.
Fax nidore gravi foedavit comminus auras,
Ambusto instridens pelago. Ferus inde citatum
Missile adorata contorquet Sabratha puppe:
Ham-

429. *impulerat* Heins. ex Puteano; Lectionem vulg. quam caeteri libri exhibent, *intulerat*, servavit Lefeb. 437. *Sabraca* Put. Heins. malebat *Sabatra*, quae Africae civitas est.

tulit Lefeb. — 425. *trepidatur summis*, h. e. ab his, qui in superiori parte navis erant. Mox *imos* dicit, qui in carina versabantur.

427. 28. Iam flamma etiam inferiorem carinam corripit. Haec poetice elata reperies, ornatu passim obvio. *pingues unguine*, exquisitius quam vulgare, pice unctas; mox *pastos bitumine ignes*. In ea re varianda mirificam artem et curam poeta adhibuit. *insonat*, aptum vocabulum incendio crepitanti. vid. supr. vers. 310.

429 - 31. Vbi ignis non saeviebat, Himilco saxis hostem petebat. *Dardana lampas*, taeda a Romano immissa. *Ea eum impellit*, cum ignem diffundit, accendit. Variatam sententiam vid. vers. 450. — *qua parcebat vapor*, quae in loca fumus nondum penetraverat, adeoque accedi sine periculo suffocationis poterat. Argute dictum sentio, ut multa, quae suus cuique sensus facile significabit. *Fatum ratis*, excidium, interitum.

432. Cydnus a Lychaeo interficitur. Ergo *Lychaei vulnus* est, quod Lychaeus saxo intulit. v. interpr. ad Virgil. A. II, 436. et Gell. N. A. IX, 12.

437. *Sabratha* nomen Poeni militis ab oppido huius nominis ductum, pro more. v. lib. III, 256. — *adorata puppe*, precibus ad Deum navis tutela.

Hammon numen erat Libycae gentile carinae,
Cornigeraque ſedens ſpectabat caerula fronte.
Fer, pater, afflictis, fer, ait, Garamantice vates,
Rebus opem, inque Italos da certa effundere tela.
Has inter voces tremulo venit agmine cornus,
Et Neptunicolae tranſverberat ora Telonis.
Vrgebant nihilo levius, iam in limine mortis
Quos fuga praecipites partem glomerarat in unam
Puppis, adhuc vacuam taedae: ſed, proxima curſu
Fulmineo populatus, inevitabilis ardor
Correptam flammis involvit ovantibus alnum.
Primus, ope aequorei funis delapſus in undas,
Qua nondum Stygios glomerabat Mulciber aeſtus,
Ambuſtus ſociûm remis aufertur Himilco.
Proxima nudarunt miſerandi fata Batonis
Deſertam ductore ratem. Bonus ille per artem
Crudo luctari pelago, atque exire procellas.
Idem, quid Boreas, quid vellet craſtinus Auſter,
Anteibat: nec pervigilem tu fallere vultum,
Obſcuro quamvis curſu, Cynoſura, valeres.

449. *aequoreas in undas* coni. Heinſ. 454. *obluctari* coni. id.

tutelarem, Hammonem, factis, quae mox a verſ. 440. ſequuntur. De *Hammone* cornigero ſaepius diximus, ut lib. I, 415. III, 10. — 442. *tremulo agmine*, exquiſita latinitate, de tremulo lapſu vel impetu corni, exemplo Virgilii, cui *agmine leni fluit Tybris* Aen. II, 782. ubi vid. docte diſputans Heynius. — 443. *Telonis Neptunicolae.* Marſus docuit poetam adluſiſſe ad Telonem, qui Capreis regnaverit, de quo vid. ſup. VIII, 543. ſq.

449. Cum univerſa navis arderet, primus Himilco fugam capeſſit. Haec ornantur rebus et verbis. Iam a verſ. 452. caeterorum etiam, qui in illa nave erant, caſus et mortes recenſentur. *proxima fata* etc. poſt Himilconem fuga elapſum, proximus *Bato* miſere periit. Gubernatorem ſequentes verſus ritu poetico et per partes ſingulas deſignant. Similem Lucani locum lib. III, 592. ſeqq. iam Dauſqueius attulerat. Tria praecipue laudantur; primum ars

Is, poſtquam adverſis nullus modus, Accipe noſtrum,
Hammon, ſanguinem, ait, ſpectator cladis iniquae.
Atque, acto in pectus gladio, dextra inde cruorem
Excipit, et large ſacra inter cornua fundit.
Hos inter Daphnis, deductum ab origine nomen
Antiqua, fuit infelix; cui linquere ſaltus,
Et mutare caſas inſido marmore viſum.
At princeps generis quanto maiora paravit
Intra paſtorem ſibi nomina. Daphnin amarunt
Sicelides Muſae. Dexter donavit avena
Phoebus Caſtalia, et iuſſit, proiectus in herba

Si

466. *inter paſtores* coni. Heinſ, non improbante Drakenborch. Sed vid. nott. *intra paſtores* edidit Lefeb.

ars navis gubernandi, cum tempeſtas eſt in mari. Hanc dicit *artem luctari crudo pelago*, et *exire*, evitare, *procellas*. Deinde *anteibat*, praeſtabat ſcientia ventorum. (Ita certe malim, quam cum Marſo, providebat, quamvis res eodem tandem redit. Tertiam laudem a peritia ſiderum ita effert, ut dicat *Cynoſuram non fallere poſſe* illius *pervigilem vultum*, oculos etiam obſcuro coelo acutos. 461. *inter cornua* ſcil. Hammonis in puppe efficti.

462. ſeqq. *Hos inter*, qui cum nave peribant, *Daphnis* flammis confectus moritur. cf. verſ. 476. — Qui legendo carmine Siliano cognoverunt, poetam, cum nomina fingit, ea maxime deligere, in quibus ornatus poetici materia extet, non mirabuntur, quo modo nunc in Daphnidis cogitationem inciderit. Cum enim in Sicilia verſaretur, facile occurrere, ſedulo praeſertim talia anquirenti, poterat formoſi in Sicilia paſtoris imago, poſt Theocritum Id. I. et VII. Virgilio inprimis celebrati Ecl. 5. Bucolicorum. Ergo huius progeniem Daphnin militem in nave Himilconis fingit. De Daphnide vetere v. Diodor. IV, 84. et interpr. ad Aelian. V. H. X, 18. — 463. *mutare ſaltus, caſas* dicuntur, qui vitam paſtoritiam mutant. 465. *princeps generis*, Daphnis proavus. *intra paſtorem*, in vita paſtoritia, quam exercuit. 466. *Daphnin amarunt Muſae Sic.* ut carminis Bucolici inventorem, et paſtoritii cantus artificem, qualis in ſequentibus deſcribitur eo modo, quo in

Orpheo,

Si quando caneret, laetos per prata per arva
Ad Daphnin properare greges, rivosque silere.
Ille ubi, septena modulatus arundine carmen,
Mulcebat silvas, non unquam tempore eodem
Siren assuetos effudit in aequore cantus:
Scyllaei tacuere canes: stetit atra Charybdis:
Et laetus scopulis audivit iubila Cyclops.
Progeniem hauserunt et nomen amabile flammae.
Innatat ecce super transtris fumantibus asper
Ornytos, ac longam sibimet facit aequore mortem;
Qualis Oiliades, fulmen iaculante Minerva,
Surgentes domuit fluctus ardentibus ulnis.
Transfigitur valida medius, dum se allevat, alni
Cuspide Marmarides Scyron. Pars subnatat unda
Membrorum, pars exstat aquis; totumque per aequor
Portatur, rigido, miserandum! immortua rostro.
Accelerant puppes utrinque, atque ora ruentum
Sanguinei feriunt remorum aspergine rores.

Ipse

475. *sedavit iubila* coni. Gronov. ut ad ipsius Cyclopis cantus referatur, quibus abstinuit, canente Daphnide. Sed rectius ad cantus pastorales Daphnidis *iubila* referantur. 480. *urguentes* coni. Heins. 481. *alni* e Colon. pro vulg. *alvi.* 484. pro *rostro* solus Putean. *ferro.*

Orpheo, Apolline, Arione passim poetae uti solent. v. lib. III, 260. et XI. 434. seq. Sed cum iudicio Silius nunc maxime e tractu Siculo, in quo carmen versabatur, Scyllaeos canes, Charybdim, et Cyclopes appellavit, cantum Daphnidis admiratos.

477. *super transtr. fumant.* in fragmine transtrorum adusto. Itaque *longam mortem sibi facit*, prolongat sibi mortem enatando. Iam comparatur Ornytos natans cum *Aiace* Oilei filio, qui nave fulmine Minervae disiecta in mari periit. Fundus fabulae est apud Homer. Odyss. δ, 499. sq. ubi vero Neptunus facit, quae nunc Minervae tribuuntur. Nempe Silius secutus est variationem Virgilii Aen. I, 39. sq. ubi vid. adnott. Heynii.

481. Novum et mirum mortis genus. *Scyron, dum se allevat*, ex aqua, (nam is quoque natando elabi volebat) *alni cuspide*, rostro navis irruentis ita medio in corpore

trans-

Ipſe adeo ſenis ductor Rhoeteïus ibat
Pulſibus, et valido ſuperabat remige ventos.
Quam rapidis puppem manibus frenare Lilaeus
Dum tentat, ſaeva truncatur membra bipenni,
Ac fert haerentes trabibus ratis incita palmas.
Sicania Aeoliden portabant tranſtra Podaetum.
Hic, aevo quanquam nondum exceſſiſſet ephebos,
Seu laevi traxere Dei, ſeu fervida corda,
(Nec ſat maturus laudum) bellique cupido,
Arma puer niveis aptarat picta lacertis,
Et freta gaudebat celſa turbare Chimaera.
Iamque ſuper Rutula, ſuper et Garamantide pinu
Ibat ovans, melior remo meliorque ſagitta:
Et iam turrigerum demerſerat aequore Neſſum:
(Heu puero maleſuada rudi nova gloria pugnae!)
Dum criſtam galeae trucis exuviaſque precatur
De duce Marcello Superos temerarius, haſta
Excepit

487. *ſenis* e Colon. pro vulg. *ſaevis*. 491. *ac fert* Colon. — Putean. cum priſcis editt. *At fert*. 493. *ephoebis* vulg. 500. *ſummerſeras* Putean. Rom. 1. et Mediol.

transigitur, ut roſtro veluti veruto cuidam inhaereret, atque ſic una parte corporis in unda demerſa, altera ex undis exſtante per mare cum nave ferretur.

487. ſeqq. *Ipſe* Marcellus advenit, *ſenis pulſibus*, ſenario ordine remorum, nave praetoria, ut Bruti apud Lucanum III, 353. *celſior at cunctis Bruti praetoria puppis verberibus ſenis agitur*. Sequuntur iam iterum exquiſitae proelii ſcenae, et caedes ſingulares militum. — *Lilaeus*, dum vult *manibus frenare*, retinere, navem Marcelli, *truncatur membra*, manibus abſciſſis, quae ſic rati adhaereſcunt, reliquo corpore in aquas devoluto. Eandem ſcenam iam dederat Lucan. III, 610-14. aucto etiam ad miraculum facinore.

492-515. Podaeti adoleſcentis ferocis, et Marcellum petentis caedes. Locus moratus, imaginem temeritatis et ferocis Φιλοτιμιας notans. 497. *Chimaera*, nomen navis, qua vehebatur Podaetus, ab inſigni, ut ap. Virg. A. V, 118. et mox *Neſſus turriger*. — 498. 99. *ſuper — ibat*, naves Romanas et Poenas anteibat

Excepit raptim vulnus letale remissa.
Pro qualis! seu splendentem sub sidera nisu
Exigeret discum, iaculo seu nubila supra
Surgeret, aligeras ferret seu pulvere plantas
Vix tacto, vel dimensi spatia improba campi
Transiret velox saltu, decuere labores.
Sat prorsus, sat erat decoris discrimine tuto,
Sat laudis. Cur fata, puer, maiora petebas?
Illum, ubi labentem pepulerunt tela sub undas,
Ossa Syracosio fraudatum naufraga busto,
Fleverunt freta, fleverunt Cyclopia saxa,
Et Cyane, et Anapus, et Ortygie Arethusa.
Parte alia Perseus (puppem hanc Tiberinus agebat)
Qua-

505. *pro qualem — decuere labores!* Sic edidit et iunxit Lefeb. caeteris, quae intersunt, in parenthesi collocatis. Nihil habet haec ratio, quo se prae Drakenborchiano contextu commendet. 509. pro *decuere*, quod exhibebat Colon. vulg. *docuere*. Barthius coni. *nocuere*. 511. *facta* in vulg. 512. *sub umbras* Puteaneus. 516. *Perseus* e Colon. In Put. et aliquot editt. priscis *praesens*.

teibat remigando. — 501. uberrima sententiarum brevitate elatus versus. O miserum puerum, cui *nova gloria*, h. e. nimia ex novitate gloriae cupido, suadebat *rudem pugnam*, cui nondum par erat ob iuventutem. — 504. *hasta remissa*, sive ab ipso Marcello, sive ab alio quopiam e nave Marcelli. — 505-509. Laudatur iuvenis dexteritas disci iaciendi, iaculandi, currendi, saliendi, poetico ornatu expressis sententiis, quarum exempla passim notavimus in superioribus. *spatia improba*, magna, lata. v. ad lib. I, 58. — 510. *Sat decoris*; hac laudes, quas ex illa dexteritate reportabat, sufficere debebant iuveni, *discrimine tuto*, cum in illis non esset tale vitae periculum, quod bello proprium esse solet. Poterat tutus et in vita tranquilla inclarescere. — 514. *fl. verunt freta* etc. Notus color orationis, per omnes poetas obvius, praesertim ubi in memorabilis viri caede versantur. vid. dicta ad lib. I, 156. — *Cyane* et *Anopus* fontes agri Syracusani; *Ortygia* insula prope Syracusas, in qua fons Arethusae.

516. sq. *Perseus* navis Romana, et *Io* Libyca, concurrunt.

Quaque vehebatur Crantor Sidonius, Io
Concurrunt. Iniecta ligant hinc vincula ferri
Atque illinc, steteruntque rates ad proelia nexae.
Nec iaculo aut longe certatur arundine fusa;
Comminus at gladio terrestria proelia miscent.
Perrumpunt Itali, qua caedes prima reclusit,
Monstravitque viam: vastas et mole catenas
Hortatur socios et vincla abrumpere ferri,
Ac parat hostili resoluta puppe receptos
Avehere, et paribus pelago diducere ab armis.
Aetnaeo Polyphemus erat nutritus in antro;
Atque inde antiquae nomen feritatis amabat.
Vbera praebuerat parvo lupa: corporis alti
Terribilis moles, mens aspera, vultus in ira
Semper, et ad caedes Cyclopia corde libido.

Isque

517. *vehebatur* ex Put. vulg. *ferebatur.* *Crantor Sidon.* ex Colon. pro quo vulg. *ductor* et Oxon. *Quaque vehebatur et auctor Sidon.* Deinde *Concurrunt* in omnibus editt. ante Iuntinam, in qua primus Nicander *conclamant* edidit. 521. *at gladio* bene Lefeb. pro vulg. *et gladio.* 523. *et mole* scripti cum editt. priscis, pro vulg. *et Macla*, quod primus Marsus edidit. Sed iam Heins. coni. *vasta sub mole.* Vnde Lefeb. refinxit *vasta sed mole* hoc sensu: sed hortatur socios abrumpere vasto nisu etc. 530. *multus in ira* coni. Heins.

runt. Similis locus est Lucan. III, 565. seq. cuius varietas digna est, quae conferatur. — 524. *Hortatur*, Quis? Haud dubie Crantor, dux navis Sidoniae (v. Var. Lect.) Nempe cum turba Romanorum huic navi insiluissent, Crantor socios hortatur, ut catenis, quibus utraque navis cohaerebat, disruptis, avehant Romanos in navem receptos, et sic *diducant*, h. e. separent *pelago*, *paribusque ab armis* sociorum. Iam igitur *Polyphemus* Crantoris strategema exsequitur. Nam haec omnis scena cohaeret usque ad vers. 558.

527. sq. Polyphemi notum e Virgilio Cyclopis nomen est. Ad eum igitur adludit poeta, dum militem *Aetnaeo antro*, celebrata Cyclopum officina, nutritum effert, et *antiquae feritatis nomen* amantem. Sequentia etiam singula ad feritatem hominis notandam ficta sunt. 530. *Vultus in ira*, pro vulg. ira semper in vultu erat. — 533. *mergebat* i. e. iam manus admovebat remis, ut

Iſque relaxatis membrorum pondere vinclis
Impulerat puppim, et mergebat gurgite tonſas,
Duxiſſetque ratem, preſſa Laronius haſta
Ni propere duro, nitentem exſurgere, velox
Affixet tranſtro. Vix morte incepta remittit.
Namque manus ſervat dum ſuetos languida ductus,
Ignavum ſumma attraxit ſuper aequora remum.
Perculſi cuneo Poeni denſentur in unum,
Quod caret hoſte, latus: ſubito cum pondere victus
Inſiliente mari, ſubmergitur alveus undis.
Scuta virûm, criſtaeque, et inerti ſpicula ferro,
Tutelaeque Deûm fluitant. Hic robore fracto
Pugnat inops chalybis, ſeſeque in proelia rurſus
Armat naufragio: remis male fervidus ille
Feſti-

535. pro *duro* Heinſ. conj. *Tyrio*. 538. *ſumma attraxit*, Ita vulg. Libri veteres valde variant. *ſummo* ſcripti. *ſomno* Put. *ſummo traxit* Colon. et Oxon. cum editt. nonnullis priſcis. 539. *denſentur* e libris ſcriptis Heinſ. et ſic ed. Lefeb. Drakenborch. etiam eam lectionem probabat, quamvis vulg. *denſantur* ſervavit.

ut navem abduceret. 536. *Vix morte inc. rem.* Arguta ſententia, quales valde in deliciis habent huius aetatis poetae. Transfixus haſta et iamiam moribundus Polyphemus, pergit remum movere, ut fit ab his, qui in medio actu, et manuum agitatione repente telo occupantur. Verſus duo ſequentes ipſam hanc rem narrant *Manus languida*, ut iam exſpirantis, *ſervat ſuetos ductus*, quibus remi adduci et propelli ſolent. Mox *ignavum remum* dicit, languida manu pertractum a moribundo, qui proprie ipſe ignavus, hoc eſt, debilis erat.

539. ſeqq. Nova ſcena. Poeni tanto numero in navem Romanam prorumpunt, ut pondere nimio depreſſa mergeretur. Praeiverat Lucan. III, 647. ſqq. et iuvabit variationes comparaſſe. 543. *tutelae Deûm*, effigies Deorum tutelarium. Iam in ſqq. furor deſcribitur, quo telis deſtituti milites, correptis e naufragio ruinis pugnant. cf. Lucan. III, 674. ſeqq. *robore fracto*, fragmine trabis ligneae. Nam remos abreptos mox commemorat ſeparatim. *inops chal.* cum ferrum, telum, non ſuppeteret. Haec ſententia ſtatim arguta variatione effer-

Festinat spoliare ratem, discrimine nullo
Nautarum interdum convulsa sedilia torquens.
Non plectro ratis, aut frangendae in vulnera prorae
Parcitur, et pelago repetuntur nantia tela.
Vulneribus patulis intrat mare. Mox sua ponto
Singultante anima propulsa refunditur unda.
Nec desunt, qui correptos amplexibus artis
Immergant pelago, et, iaculis cessantibus, hostem
Morte sua perimant. Remeantum gurgite mentes
Crudescunt, ac pro ferro stat fluctibus uti.
Haurit sanguineus contorta cadavera vortex.
Hinc clamor, gemitus illinc, mortesque, fugaeque,
Remo-

548. *in vulnera* e scriptis Heinsius emendavit. Cortius etiam sic legendum iubebat, et edidit Lefeb. pro vulg. *vulnera*. Lucanus, quem Drakenborch. pro illa lectione attulit, lib. III, 674. *in pugnam fregere rates*, simili modo dixit. 553. *impellant* Heins. ex Putean. probabat, pro vulg. *immergebant*. 554. *mole sua perim.* coni. Heins. Sed vid. nott.

effertur, *se armat naufragio.* Saepe Silium offendimus eiusmodi antithesibus ludentem. Commendabat istas quaedam acuminis species, in quo sibi placebant poetae, etiam principes, ut Virgilius variis in locis.

550. 51. Idem expressit Lucan. III, 660. *districtum in pelagus perfosso pectore corpus vulneribus transmisit aquas.* Sed addidit Silius versum, quo eam imaginem absolveret: *unda* e vulneribus *propulsa refunditur*, propellitur *ponto*, *singultante anima*, hoc est, motu illo convulsivo, et velut singultibus quibusdam, qui animae exitum consequuntur. vid. quae diximus ad lib. II, 361.

552-54. Locus iterum ex Lucani III, 693. seq. refictus. Ibi *implicitis gaudent subsidere membris, mergentesque mori*, quod Silius, ut solet, argutius etiam dixit, *hostem morte sua perimunt.* Similes ornatus in simili scena vidimus sup. lib. IV, 591. *Hic hostem, orbatus telo, complectitur ulnis, luctantemque vado permixta morte coercet.* Iam Lucanus dixerat, *rara dabat si copia ferri, Vtuntur pelago.* Ea ut variaret, versus 554. 55. impendit Silius: *remeantum*, emergentium ex imo mari, *mentes crudescunt* renovato et aucto furore pugnandi, (cf. lib.

Remorumque fragor, flictuque ſonantia roſtra.
Perfuſum bello fervet mare. Feſſus acerbis
Terga fuga celeri Libyae convertit ad oras,
Exigua ſeſe furatus Himilco carina.
Conceſſere mari tandem Graiuſque Libyſque;
Et iam captivae vinclis ad litora longo
Ordine ducuntur puppes. Flagrantibus alto
Stant aliae taedis. Splendet lucente profundo
Mulciber, et tremula vibratur imagine pontus.
Ardet nota fretis Cyane, pennataque Siren.
Ardet et Europe, nivei ſub imagine tauri
Vecta Iovi, ac prenſo tramittens aequora cornu.
Et quae, fuſa comas, curvum per caerula piſcem
Nereïs humenti moderatur roſcida freno.
Vritur undivagus Python, et corniger Hammon,
Et, quae Sidonios vultus portabat Eliſſae,
Bis ternis ratis ordinibus graſſata per undas.
At vinclis trahitur cognata in litora Anapus,
Gorgo-

558. Hunc verſum Modius è Colon. Codice reſtituit. Erat vero etiam in Oxon. et Putean. ubi tamen *fluctu* legebatur pro *flictu*. 559. pro *bello* Put. *ferro*. 563. *en iam* ed. Lefeb. 564. *nant aliae textis* coni. Heinſ. 567. *ardent* ed. Gryph. 569. *vecta Iovi* Putean. 570. *Quaeque effuſa comas* coni. Heinſ. et *curvum priſtem* id. unde ſic edidit Lefeb. verecundiam criticam Drakenb. in nugis, pro more, numerans. 575. *At* è Colon. pro vulg. *ac*.

lib. IV, 451.) et *ſtat*, placet, *pro ferro fl. uti*, quos ferro interficere non poſſint, fluctibus immerſos ſuffocare. — 560. De fuga Himilconis fruſtra quaeras in Livio, cum ne pugnae navalis quidem veſtigium ibi extet. Sed qui pugnam fingit, fugam etiam fingat neceſſe eſt.

565. 66. cf. lib. II, 663. — Sequuntur nomina navium ardentium, ſigna et tutelas notantia. 567. *Cyane* a fonte Sicil. nomen ductum. Vnde *nota fretis* dicitur, at valde argute, ut mox in *Anapo* fluvio *cognata litora*. De *Europa* filia Agenoris, a Iove ſub bovis forma rapta, et in Cretam abducta, nota fabula eſt apud Ovid. Met. II, 850. ſq. — 571. 72. *Nereis* delphinum frenis moderans, expreſſa imagine navis. Thetin Delphino vectam deſcri-

Gorgoneaſque ferens ad ſidera Pegaſus alas.
Ducitur et Libyae puppis ſignata figuram,
Et Triton captivus, et ardua rupibus Aetne,
Spirantis rogus Enceladi, Cadmeaque Sidon.
Nec mora, quin trepidos hac clade irrumpere muros
Signaque ferre Deûm templis iam iamque fuiſſet,
Ni ſubito importuna lues inimicaque peſtis,
Invidia Divûm, pelagique labore, parata,
Polluto, miſeris rapuiſſet gaudia, coelo.
Criniger aeſtiferis Titan fervoribus auras,
Et patulam Cyanen lateque paluſtribus undis
Stagnantem Stygio Cocyti opplevit odore,

Tem-

578. *Aetne* e Put. et Oxon. pro *Aetna*. Al. *Aetnae*. 581. pro *fuiſſet* Heinſ. coni. *ruiſſet*. 583. pro *labore* Heinſ. coni. *vapore*. Sed vid. nott. 585. *aeſtiferis* Mod. e Colon. pro *aſtriferis* vulg.

ſcribi, Drakenborchius probat ex Hygin. Fab. 54. et 96. — 576. *Pegaſus*, equus alatus, in fabulis eſt filius Neptuni et Meduſae. Hinc *Gorgoneas alas* intelliges. 577. *Libyae figuram*, puellae, Epaphi filiae, unde Libya denominata dicebatur. — 579. *Aetna Enceladi rogus*. v. dicta ad lib. VIII, 542. ſqq.

580. ſqq. Levi tranſitu poeta, ut ſolet in omni carmine, ad peſtilentiam illa in clade ortam deſcribendam progreditur. Cauſas morbi et omnem hanc calamitatem accuratius enarrat Livius XXV, 26. — Colores varios, quibus imaginem morbi foedam pingeret, ſuppeditare poterant e poetis Lucretius VI, 1222. ſq. Ovid. Met. VII, 529. ſeq. e caeteris inprimis Thucydides in nobili peſtilentiae deſcriptione, unde in promtu eſt poetam varias rerum imagines petiiſſe, lib. II, 49. ſqq. — *nec mora*, non multum abfuiſſet, quin etc. 583. *pelagi labore*. Non adſecuti ſunt brevitatem poeticam interpretes, qui illa verba turbarunt. In calamitate pugnae navalis, nonne cogitari poſſunt, affecta ex humoribus marinis, frigore, cadaveribus, quibus *pollutum coelum* dicitur, corpora? Iam haec omnia per partes poeta enumerat. — 585-93. Locus poetico ornatu expreſſus ex his Livii XXV,

Temporaque autumni, laetis florentia donis,
Foedavit, rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat craſſus nebulis caliginis aer:
Squalebat tellus, vitiato fervida dorſo;
Nec victum dabat, aut ullas languentibus umbras:
Atque ater picea vapor exſpirabat in aethra.
Vim primi ſenſere canes: mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde ferae ſilvis ſterni: tum ſerpere labes
Tartarea, atque hauſtis populari caſtra maniplis.
Arebat lingua, et gelidus per viſcera ſudor
Corpore manabat tremulo: deſcendere fauces
Abnuerant ſiccae iuſſorum alimenta ciborum.
Aſpera pulmonem tuſſis quatit, et per anhela

 Igneus

588. *laetis* Mod. et Heinſ. e MStis, pro vulg. *latis*. 590. *craſſae* Gronov. coni.

XXV, 26. *Tempore autumni, et locis natura grauibus, multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis aeſtus per utraque caſtra omnium fere corpora movit.* — Ergo *Titan tempora aut. accendit*, cum ſolis aeſtus ingruit, et putribus vaporibus auram corrumpit. Haec luxuriante varietate imaginum extulit poeta, et operoſo verborum apparatu, quibus foeditatem peſtis inculcet. In verſſ. 590. 91. ſingula fere verba rei imaginem ſiſtunt. *ſqualebat tellus*, herbis et frugibus aeſtu ſolis corruptis, quod mox *dorſum* telluris *vitiatum* dicit, nota proſopopoeia. Hinc neque *victum*, neque *umbras* dabat tellus exuſta, et aere fervido affecta. Memorem poetam, credibile eſt, ſimilis loci Virgil. III, 141. ſq. Singula ad miraculum aucta poetico phantaſmate, quis dubitet?

594. ſq. Peſtis a canibus et pecudibus inchoata ad caſtra permanavit. Hunc morbi ordinem extulerunt Lucret. VI, 1222. ſq. et Ovid. VII, 536. ſq. haud dubie exemplo Homeri Il. *ι*, 50. ubi cum Apollo Achivis peſtem immitteret, *ὀρηας μεν πρωτον ἐπωχετο, και κυνας ἀργυς*. cf. Thucyd. l. c. cap. 50. — *fluxit vol.* delapſa eſt, apte delecto vocabulo, ut e languore caducas aves cogites.

598 : 602. Sequuntur aeſtus varia documenta, in corpore

Igneus efflatur sitientum spiritus ora.
Lumina, ferre gravem vix sufficientia lucem,
Vnca nare iacent, saniesque immixta cruore
Exspuitur, membrisque cutis tegit ossa peresis.
Heu dolor! insignis notis bellator in armis
Ignavo rapitur leto. Iactantur in ignem
Dona superba virûm, multo Mavorte parata.
Succubuit medicina malis. Cumulantur acervo
Labentum, et magno cineres sese aggere tollunt.
Passim etiam deserta iacent inhumataque late
Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.
Serpit pascendo crescens Acherusia pestis,
Nec leviore quatit Trinacria moenia luctu,
Poenorumque parem castris fert atra laborem.
Aequato par exitio, et communis ubique
Ira Deûm, atque eadem leti versatur imago.
Nulla tamen Latios fregit vis dura malorum,

Inco-

618. *vis dira* coni. Heins.

re conspicua, sudor, siccitas in ore, tussis, sitis. Iam singula poetice enunciantur, perspicuo et idoneo verborum ornatu. Nam in his imaginibus delineandis artificium poetae non facile desideramus.

603. seqq. Caetera morbi indicia. *lumina iacent*, depressa intra sedes suas, *unca nare*, acuta, et simul adunca ex macie, ut fit. — 607. *ignavo leto*, quatenus non ut milites, virtute exercenda, moriuntur. vid. sup. lib. IX, 512. — 609. *succub. med. malis.* Sententia variata e poetis supra laudatis, qui hunc locum tractarunt. Ita Lucret. vers. 1226. *nec ratio medendi communis certa dabatur.* Ovid. v. 527. *Exitium superabat opem, quae victa iacebat.* Et Manilius in simili loco I, 885. *nec locus artis erat medicae.*

613-17. Livius XXV, 26. *Multo maior vis pestis Poenorum castra quam Romana affecerat. Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate et Himilcone, ad internecionem omnes perierunt.* Haec ita extulit poeta, ut mira verborum luxuria variaret singulis versibus hanc unam sententiam: eodem modo etiam castra Sicula et Poenorum pestis afficiebat.

Incolumi ductore, viros, cladem que rependit
Vnum inter ſtrages tutum caput. Vt gravis ergo
Primum letiferos repreſſit Sirius aeſtus,
Et minuere avidae mortis contagia peſtes;
Ceu, ſidente Noto cum ſe maria alta reponunt,
Propulſa invadit piſcator caerula cymba;
Sic tandem ereptam morbis graſſantibus armat
Marcellus pubem, luſtratis rite maniplis.
Circumſtant alacres ſigna, auditiſque tubarum
Reſpirant laeti clangoribus. Itur in hoſtem;
Et, ſi fata ferant, iuvat inter proelia ferro
Poſſe mori. Sociûm miſeret, qui ſorte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatam animam. Tumulos inhonoraque buſta
Reſpiciunt, et, vel nullo iacuiſſe ſepulcro,
Quam debellari morbis, placet. Ardua primus
Ad muros dux ſigna rapit. Tenuata, iacendo,
Et macie, galeis abſcondunt ora, maluſque,
Ne ſit ſpes hoſti, velatur caſſide pallor.

619. *cladem* e ſcriptis Heinſ, pro vulg. *cladeſque.* 622. *minuere* ex Colon. Caeteri libri ſcr. et ed. *timuere.* Primus Marſus *poſuere* edidit, quem alii ſecuti ſunt. Sic et in Rom. 2. et Beneſ. 627. E ſolo Colon. locus emendatus a Modio. In Vulg. erat *Signaque circumſtant alacres, avidiſque* etc. In Cod. Tell. *audis* per compendium ſcribendi. 630. *ſorte.* Sic MSti et editi vett. pro *morte.* 636. *et macie* Barthius correxit. Vulg. *et maciem.* Illud iam exhibebat editio vetus Marſi. Heinſius coniiciebat *Marcidaque in galeis abſcondunt ora.* 637. In Putean. *vallatur*, et ante *maliſque.* Heinſ. coni. *celatur.*

620. ſeqq. Cum conſtitiſſet morbus, Marcellus copias ad Syracuſas educit. Haec poetico ſermone et ambitu enarrantur, cf. Liv. XXV, 30. ſq. unde rerum geſtarum ordo, magis fictus a poeta, quam Livii exemplo traductus, intelligi poteſt. Vbique meminiſſe debemus, fragmenta et quaedam veluti emblemata Punici belli, ut in tabulis, proponi.

635 - 37. Mirum poetae commentum, galeis et caſſide milites ora ex morbo marceſcentia et pallida contexiſſe. Sed id quodammodo excuſat addita cauſſa, *ne ſit ſpes hoſti,* ne conſpecto militum pallore et

Infundunt rapidum convulſis moenibus agmen,
Condenſique ruunt: tot bellis invia tecta,
Totque uno introitu capiuntur militis arces.
Totum, qua vehitur Titan, non ulla per orbem
Tum ſeſe Iſthmiacis aequaſſent oppida tectis.
Tot delubra Deûm, totque intra moenia portus,
Adde fora, et celſis ſuggeſta theatra columnis,
Certanteſque mari moles, adde ordine longo
Innumeras ſpatioque domos, aequare ſuperbas
Rura. Quid, incluſos porrecto limite longis
Porticibus, ſacros iuvenum certamine lucos?
Quid tot captivis fulgentia culmina roſtris?
Armaque fixa Deis, aut quae Marathonius hoſtis
Per-

649. pro *culmina* in Putean. *limina.*

et macie hoſtes ſpem victoriae concipiant.

640. *tot arces.* v. ad verſ. 281. Mox de *Iſthmiacis tectis* v. ad verſ. 342. Iam urbem expugnatam Silius ita definite et per partes, more poetico effert, ut recenſum faciat operum et monumentorum in Syracuſis memorabilium, de quibus paſſim diſputavit Cicero in Verrinis — 644. *ſuggeſta*, ſubnixa, impoſita. Mox *certantes mari moles* iam Marſus expoſuit, oppoſitas fluctibus marinis ſtructiones ſaxis et caementis factas, *ſaxeam pilam* Virgil A. IX, 711. *magnis quam molibus ante conſtructam ponto iaciunt* Easdem moles Silius deſcripſerat ſup. lib. IV, 297. ſeq. Quamvis ambiguum eſt, utrum poeta has ipſas pilas in litore Syrac. collocatas deſignet, an vero iis comparet grandia urbis aedificia, domoſque *ſuperbas aequare rura*, univerſarum villarum ſpatia explentes. Nam de ſingulis domibus haec capienda erunt. 647. *incluſos por. lim. lucos*, vaſtos, ingentis ſpatii, paſſim obvia formula. *Latum, longum limitem* in ſimili re Virgilius dixit Aen. II, 697. IX, 323. — *Lucis ſacris iuv. certamine* gymnaſia deſignantur arboribus conſita. Virgilius Aen. IX, 583. memorat *Arcentem eductum Martis luco, Symaethia circum flumina.* Fuitne igitur hic Martis lucus eiuſmodi, quo iuvenes certaminibus bellicis exercebantur?

650. *Marathon. hoſtis.* Athenienſes a Syracuſanis in campo Marathonio devicti duce

Perdidit, aut Libya quae ſunt advecta ſubacta?
Hic Agathocleis ſedes ornata tropaeis:
Hic mites Hieronis opes: hic ſancta vetuſtas
Artificum manibus. Non uſquam clarior illo
Gloria picturae ſeclo. Non aera iuvabant,

 Quae

652. pro *ſedes* Heinſ. coni. *aedes.* Sed vid. nott. 653. *mites* Colon. et Oxon. pro *mitis* vulg. 654. *illo* e Colon. pro *ullo*, quod tamen Leſeb. ſervavit. 655. ſq. Locus variis virorum doctorum coniecturis tentatus. In Vulg. erat *non aera vacabant — fulvo certaret ut auro.* At MSti et ed. vett. *iuvabant,* praeter Colon. ubi *iuvabat.* Deinde in ſcriptis erat *quem ſcire Ephyren* pro vulg. *quae ſcirent Ephyren.* Putean. et Parm. *certaret in auro.* Hinc variis coniecturis indulſerunt viri docti. Barth. *quîs ſcires Ephyren*, et *fulvo certaverit auro.* Gronovius Obſ. III, 9. ita: *non aera vacabant; Quîs ſcires Ephyren fulvo certaſſe vel auro.* Heinſius coni. *non uſquam clarior illo Gloria picturae ſeclo, non aeris, avitam Qua ſcires Ephyren; fulva conſertaque ab auro Veſtis* etc. Burmannus denique *non aere vacabat Quaeſito ex Ephyre, fulvo certaret ut auro.* Vnde Leſeb. edidit: *non aera iuvabat Quaeſiſſe ex Ephyre: fulvo haud certaverit auro Veſtis, ſpirantes referens ſubtemine vultus Quos radio celat Babylon* etc. In hac ſententiarum varietate tutiſſimum videbatur, in Drakenborchiana ratione acquieſcere. Ergo ſolum *certaverit auro* ex veſtigiis Cod. Put. dedi, ut expeditior ſenſus eſſet, quem in notis uberius declaravimus.

duce Gylippo. cf. Thucyd. lib. VII. Iuſtin. IV, 4. 5. — *Libya ſubacta*, bello Agathoclis Syr. regis, qui cum Sicilia Punico bello ureretur, tranſgreſſus in Africam, avertit eo bellum, unde venerat; verba ſunt Scipionis apud Liv. XXVIII, 43. De rebus geſtis huius Agathoclis, cuius *tropaeis ſedem* regiam *ornatam* commemorat poeta, cf. Iuſtin. XXII. — *mites Hieronis opes*, monumenta pacis, Gronovius explicat Obſervat. III, 7. quae Hiero reliquit, mirificus tranquillis rebus ſervandis, et otio civibus praeſtando.

653. ſeqq. *ſancta vet. artif. manibus.* Opera artis vetuſtae. Et haec vetuſtas eſt *ſancta*, quatenus animum ſanctitatis et venerationis cuiuſdam ſenſu implet. Iam haec opera cernuntur, vel *picturis*, vel *aere*, ſtatuis, ſignis. Ita intelligo illa: *non aera iuvabant, quae ſcirent Ephyren*, h. e. non valde delectabant, et deſiderabantur a Syracuſanis opera artis Corinthiacae; nam ſuis ſuperbire ſatis ſuperque poterant. De aere Corinthio, cuius originem et pretium Plinius tradit lib. XXXIV, 2. 3. vix nunc eſt cogitandum. Nam excidium Corinthi, unde

Quae ſcirent Ephyren; fulvo certaverit auro
Veſtis, ſpirantes referens ſubtemine vultus,
Quae radio caelat Babylon, vel murice picto
Laeta Tyros, quaeque Attalicis variata per artem
Aulaeis ſcribuntur acu, aut Memphitide tela.
Iam ſimul argento fulgentia pocula, mixta
Quis gemma quaeſitus honos, ſimulacra Deorum,
Numen ab arte datum ſervantia: munera rubri
Praeterea ponti, depexaque vellera ramis,
Femineus labor. His tectis opibuſque potitus
Auſonius ductor, poſtquam ſublimis ab alto
Aggere

661. *Iam ſimili argento* coni. Heinſ. Deinde ſequentia Scaliger ad Manil. V, 535. ita legenda cenſebat: *miſtu quis gemino quaeſitus honor.* Sed vid. nott. noſtras. 665. pro *labor* in Colon. et Oxon. *pudor.* Vnde Heinſ. coni. *ſudor, tectis opibuſque* etc.

de nata illa aera dicuntur, diu poſt Syracuſas a Marcello captas accidit. Niſi quis exiſtimet, poetam haec nunc anticipaſſe. — In ſequentibus veſtes pretioſas arte textoria deſcribi, quis dubitet? Iam non iungo *certaverit auro*. Nam ita caetera non cohaereant. Sed iungo *fulvo auro veſtis*, h. e. veſtis aurata, auro intertexto elaborata, modo loquendi Siliano, cuius paſſim exempla vidimus. cf. lib. VI, 462. Haec veſtis, *ſpirantes referens ſ. v.* in qua figurae tela textae ea arte erant, ut ſpirare et vivere viderentur, certaverit iis, *quae radio caelat Babylon* etc. Iam *radius* eſt inſtrumentum, quo ſubtemen traiicitur inter tramas ſtraminis. *Caelare* autem nunc cum delectu ex arte ſtatuaria ad telas traductum, ut earum expreſſas imagines commendet. De veſtibus Babylonicis v. Plin. VIII, 48. ubi et de Attalicis. Peripetaſmata Attalica in domo Heii Siculi memorat Cic. Verr. IV, 12. *Memphitidem*, Aegyptiam, *telam* deſcripſit Plin. XXXV, 11. cf. Propert. III, 18. 19. et II, 32. 12.

661. *mixta gemma*, additis gemmis, poculis *honos quaeſ.* maius pretium. 663. *munera ponti*, margaritae. v. Plin. IX, 35. — *depexa vell. ramis*. v. ad lib. VI, 4.

665. ſqq. Livius XXV, 24. *Marcellus ut moenia ingreſſus ex ſuperioribus locis urbem ſubiectam oculis vidit, illacrymaſſe dicitur, partim gaudio perpetratae*

Aggere despexit trepidam clangoribus urbem,
Inque suo positum nutu, stent moenia regum,
An nullos oriens videat lux crastina muros,
Ingemuit nimium iuris, tantumque licere
Horruit, et propere revocata militis ira,
Iussit stare domos, indulgens templa vetustis
Incolere atque habitare Deis. Sic parcere victis
Pro praeda fuit, et, sese contenta, nec ullo
Sanguine pollutis plausit Victoria pennis.
Tu quoque ductoris lacrimas, memorande, tulisti,
Defensor patriae. Meditantem in pulvere formas,
Nec turbatum animi, tanta feriente ruina,
Ignarus miles vulgi tum forte peremit.

667. *plangoribus* coni. Heins. et mox *stent moenia, rerum An nullos*. 670. *nimium iuris* Rom. 1. Mediol. Parm. Benef. In aliis libris *nimium viris*. Vnde Barthius coni. *nimium victis*. 675. *planxit* in Putean. et nonnullis aliis, 679. Hunc versum, qui in scriptis et editt. priscis non compareat; a primo Marso,

ratae rei, partim vetusta gloria urbis etc. Et mox: *ea cum universa occurrerent animo, subiretque cogitatio, iam illa momento horae arsura omnia, et ad cineres reditura — praemittit Syracusanos, ut alloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem*. Haec suo modo Silius extulit. — 668. Cum videret Marcellus *in suo nutu positum*, a suo iussu et arbitrio pendere, utrum stent moenia urbis, an solo aequentur. *Ingemuit nim. iuris*, nimium sibi potestatis esse; quod mox variata sententia effertur, non minus quidem audacter, et argute, *nimium licere horruit*.

671. 75. *Marcellus*, inquit Livius l. c. cap. 25. *edixit militibus, ne quis corpus liberum violaret*, et mox addit: *a caedibus temperatum esse*. Sed maxime huc pertinet insignis locus Ciceronis lib. IV. Verrin. 54. ubi singula continentiae et humanitatis, quam Syracusis exhibuerit Marcellus, documenta enarrat. Non potest dubitari, poetam nunc illius loci memorem fuisse. — 675. *Victoriam*, ut Deam, *pennis* instruit poeta, vetusto exemplo, ut monimenta, et numi declarant. v. Auson. l. Epigr. 2. et Gell. VI, 6.

676 - 80. De Archimede, ab ignaro milite quis esset, inter-

At reliquum vulgus, resoluta in gaudia mente,
Certarunt victi victoribus. Aemulus ipse
Ingenii Superûm, servando condidit urbem.
Ergo exstat seclis, stabitque insigne tropaeum,
Et dabit antiquos ductorum noscere mores.
Felices populi! si, quondam ut bella solebant,
Nunc quoque inexhaustas pax nostra relinqueret urbes.
At, ni cura viri, qui nunc dedit otia mundo,
Effrenum arceret populandi cuncta furorem,
Nudassent avidae terrasque fretumque rapinae.

Marso, incerto ex fonte, editum Drakenborchius dicebat. Editor Francog. autem eum in duobus antiquis extare asseverabat. Certe demonstrari non potest, hic esse lacunam: quamvis narrationis poeticae concinnitatem desideramus. 687. *At* e vulg. *ac* Colon.

interfecto, locus est Livii XXV, 31. a poeta totus expressus.

681. *Certarunt victi victoribus.* Communis omnibus laetitia erat, victoribus, quod vicissent Syracusas, victis, quod urbi et sibi pepercerat Marcellus. Itaque hic *aemulus ing. Sup.* imitator Deorum, clementia et humanitate, *servando cond. urbem*, veluti novus conditor, et restaurator urbis, quam servaverat. Mox *insigne tropaeum*, eadem urbs dicitur a victore servata, ut insignis clementiae documentum, *exstat seclis*, exemplum et decus posteris commendabitur.

685. sq. Epiphonema poetae, cum laude Domitiani principis. Felices essent populi, si nunc pace urbes tam clementer et humaniter tractarentur, quam olim in bello factum est. In sequenti principis encomio poetam ab adulatione non liberum esse, iam Marsus notavit. v. quae diximus ad lib. III, 607.

C. SILII



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER XV.

ARGVMENTVM.

In senatu Romano deliberatur, quinam cum exercitu in Hispaniam mittatur. Scipio ne iret, variis rebus absterretur, iuventute, morte parentum ominosa, cognatis etiam dissuadentibus. Ei ita suspenso Virtus et Voluptas divae apparent. Haec dissuadet bellum suis variis argumentis utens. Virtus mox Voluptatis monita reprehendens et refutans, demonstrata hominum generosa destinatione a Diis orta, ad arma pro patria ferenda admonet. Itaque Scipio munus imperatoris rogat sibi conferri, et adiuvatur ea rogatio omine oblato. Anguis enim per aerem versus tractum coeli occidentalem volans apparet, et fulmina coruscant. Itaque per mare Tyrrhenum, et Ligusticum, terras continentes legens cum classe in Hispaniam proficiscitur. Ad Tarraconem in portu considunt puppes. Ibi inter quietem Scipioni parens visus est, monitis ad bellum utilibus instruens, et adhortans ad Carthaginem oppugnandam. Quo facto haec urbs facili negotio expugnata se dedit. Milites a Scipione praeda et muneribus donantur. Idem captam Luceio sponsam restituit, impense laudatus a Laelio ob virtutem et continentiam. Inseritur brevis epitome belli contra Philippum Maced. gesti, et Tarenti a Fabio oppugnati narratio. Marcellus ex insidiis ab Hannibale oppressus cadit. — In Hispania Scipio cum Hasdrubale congreditur. Is cum forte natalia Carthaginis celebranda instituisset, inter media gaudia turbatur Scipionis adventu fugaturque. Itaque ad Pyrenaea iuga fugam capessit, et mox a metu Scipionis liberatus Gallos pecunia conducit, ut se in bello adiu-

adiuvent. Cum his Hasdrubal superatis Alpibus in Italiam irrumpit. Senatus, dum haec nunciantur, Neronem et Livium obvios mittit. Concurrunt acies, et fit pugna atrox. Poeni cum magna suorum iactura in fugam vertuntur; et Hasdrubal quum dedecoris pudore actus in Livium telum leviter corpus perstringens coniecisset, Romani graviore ira furentes irruunt, et Nero Hasdrubalem iaculo petitum deinde gladio obtruncat.

At nova Romuleum carpebat cura Senatum,
Quis trepidas gentes Martemque subiret Hiberum,
Attritis rebus. Geminus iacet hoste superbo.
Scipio, belligeri, Mavortia pectora, fratres.
Hinc metus, in Tyrias ne iam Tartessia leges
Conce-

5. Variabant libri *Tarthesia*, *Carchesia*, *Carthesia*.

Saepe monuimus, poetam in toto carmine hunc morem tenuisse, ut omissis omnibus, quae belli causas, occasiones, deliberationes, et rerum gestarum ordinem explanent, statim ad imagines rerum spectandas per leves verborum ambages adducat. Ecce igitur iterum novam tabulam, novum fragmentum e bello Punico secundo. Cnaeum et Publium Scipiones in Hispania caesos (v. Liv. XXV, 36. 37.) aliquoties poeta memoraverat, et ultimum quidem lib. XIII, 381. unde occasionem arripiebat episodii nectendi de Scipione in Tartarum descendente. In libro sequenti Syracusas a Marcello expugnatas tradiderat. Iam igitur reliquias belli in Hispania gesti a Scipione procuratas exponit cum nonnullis aliis rebus gestis memoria dignis, de quibus in argumento diximus. Locus Livii, unde poeta carminis materiem petiit, incipit a libri 26, capite 18.

1. *Senatum carp. cura.* Factum hoc est Cn. Fulvio Centumalo et P. Sulpicio Galba Consulibus. v. Liv. XXVI. init. — 2. *trepidas gentes*, copias Romanas ex morte Scipionum sollicitas; mox vers. 9. *quis ductor suc. laceris castris.* 5. *Tartessia tellus*, Hispania. v. lib. VI. init. — *propiora bella*, Libyca, ob viciniam Africae. — 6-9. poetice

Concedat tellus, propioraque bella pavefcat.
Anxia turba Patrum quaffo medicamina maefti
Imperio circumfpectant, Divofque precantur,
Qui laceris aufit ductor fuccedere caftris?
Absterret iuvenem, patrios patruique piare
Optantem manes, trifti conterrita luctu,
Et reputans annos, cognato fanguine turba:
Si gentem petat infauftam, inter bufta fuorum
Decertandum hofti, qui fregerit arma duorum,
Qui confulta ducum, ac flagret meliore Gradivo.
Nec promtum teneris immania bella lacertis
Moliri, regimenque rudi depofcere in aevo.
Has, lauri refidens iuvenis viridante fub umbra,
Aedi-

7. *patres* per appofitionem coni. Heinf. quam fecutus eft in textu Lefeb. 9. *Quis* coni. Heinf. et pro *laceris* Burmannus offerebat *vacuis*. 10. *patrios patruofque manes* coni. Heinf. vid. ad Claudian. Epithal. Honor. et Mariae verf. 39. et ad Ovid. Amor. III. eleg. 6, 49. — 15. *inconfultà ducum* coni. Heinf. 17. *moliri* e fcriptis et editt. prifcis Heinf. pro vulg. *molliri*, quod primum vitiofe in fecunda Marfi apparuit.

tice elatus locus e Livianis l. c. cap. 18. init.

10-17. Livius l. c. de Scipione: *Aetatis maxime poenitebat: Quidam etiam fortunam domus horrebant, nomenque ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter fepulcra patris patruique res gerendae effent, proficifcentis.* — Haec poeta fuo modo extulit, cognatis Scipionis (*cognato fanguine turbae*) adfignans ea, quorum auctores Livius non accurate definierat. 13. *gentem infauftam*, ominofam Scipionibus. 15. *flagret mel. Gradivo*, h. e. fretus priftina fortuna bellum gerat. 16. *nec promtum*, non facile effe, iuvenilibus armis belli molem fuftinere. Pofuit, ut poeta, documenta iuventutis, *teneros lacertos*, *rude aevum*. cf. inf. lib. XVI, 656.

18. fq. Epifodium fequens fictum effe ad imitationem Herculis Prodicii, cum quo fimili modo Virtutem et Voluptatem collocutas tradiderunt multi veterum, inprimis Xenophon. Mem. Socr. lib. 2. id vero in promtu eft, et notatum ab interpretibus. Neque etiam, fi Livianae narrationis veftigiis infiftamus, difficile erit intellectu, quo modo poeta illud phantafma animo

Aedibus extremis volvebat pectore curas:
Cum ſubito aſſiſtunt, dextra laevaque per auras
Allapſae, haud paulum mortali maior imago,
Hinc Virtus, illinc virtuti inimica Voluptas.
Altera Achaemenium ſpirabat vertice odorem,
Ambroſias diffuſa comas, et veſte reſulgens,
Oſtrum qua fulvo Tyrium ſuffuderat auro:
Fronte decor quaeſitus acu, laſcivaque crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.

Alterius

20. *dextram laevamque* ed. Lefeb. ſine auctoritate. 25. *qua* e ſcriptis tribus et aliquot priſcis editt. *quam* primus Nicander edidit in Iuntina, probatum tamen interpreti Gallico. *quae fulvo* Gronovius probabat.

mo conceperit. Locus Livii claſſicus eſt lib. XXVI, 19. *Advocata concione*, inquit, *Scipio ita de aetate ſua imperioque mandato et bello quod gerendum eſſet, magno elatoque animo diſſeruit, ut ardorem eum, qui reſederat, excitaret rurſus, novaretque: et impleret homines certioris ſpei, quam quantam fides promiſſi humani aut ratio ex fiducia rerum ſubiicere ſolet. Fuit enim Scipio, non veris tantum virtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab iuventa in oſtentationem earum compoſitus; pleraque apud multitudinem aut per nocturnas viſa ſpecies, aut velut divinitus, mente monita, agens: ſive et ipſe capti quadam ſuperſtitione animi, ſive ut imperia conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa, ſiue cunctatione adſequeretur.* Haec Livius. Et haec poetae epiſodiorum ornatuſque poetici occaſiones lubenter arripienti, ubicunque ſe offerant, ad fingendam illam imaginem ſufficere poterant. — *Extremas aedes*, in quibus *laurum* collocat poeta, licet de ipſo impluvio accipias, ubi arbores et lucos fuiſſe, multis e locis veterum planum eſt. v. Interpr. ad Virgil. A. VII, 59.

20. *per auras allapſae*: ergo de coelo deſcendentes, ut Deae quaedam. Nempe in imagine Voluptatis adumbranda, Venerem cogitaſſe videtur, non immemor Virgilii Aen. I, 403. Certe ita non offendimur, cum videmus Voluptatem cum Virtute e coelo excitam; et planius illud patet ex verſu 59. ubi ſibi Veneris partes adſignat. 23. *Achaemen. odorem*, Perſicum unguentum, inprimis pretioſum, vel ex Horatio notum Epod. 13. cf. Plin. XIII, 1. De epitheto v. ſupr lib. VII, 647 — 24. *Ambroſias*, ambroſia, Deorum

rum

Alterius diſpar habitus, frons hirta, nec unquam
Compoſita mutata coma: ſtans vultus, et ore
Inceſſuque viro propior, laetique pudoris,
Celſa humeros niveae fulgebat ſtamine pallae.
Occupat inde prior, promiſſis fiſa, Voluptas:
Quis furor hic, non digne puer, conſumere bello
Florem aevi? Cannaene tibi, graviorque palude
Maeonius Stygia lacus exceſſere, Paduſque?
Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tune etiam tentare paras Atlantica regna,
Sidoniaſque domos? Moneo, certare periclis
Deſine, et armiſonae caput obiectare procellae.
Ni fugis hos ritus, Virtus te ſaeva iubebit
Per medias volitare acies, medioſque per ignes.
Haec patrem patruumque tuos, haec prodiga Paullum,
Haec Decios Stygias Erebi detruſit ad undas:
Dum cineri titulum, memorandaque nomina buſtis
Praetendit, nec ſenſurae, quid geſſerit, umbrae.
At

37. *Atlantica* e ſcriptis Heinſ. *Atlantia* vulg. 42. Hunc verſum Lefeb. poſt ſequentem poſuit. Sed non neceſſe eſt poetas ita in ordinem cogi. 45. *geſſeris* coni. Heinſ.

rum unguento delibutas. v. Hom. Il. α, 528. — 26. *acu* comatoria, capillis ornandis adhibita, de qua v. Salmaſ. Ex. Plin. p. 534.

28. *nec unquam mutata*, Conſtantiam cultus externi poeta adumbrat. Vnde *ſtans vultus* conſtans, σεμνοτητος index, contrarius ille *ancipiti motui* oculorum, cui laſciviae et levitatis notio ineſt. Mox *laeto pudore*, felici brevitate expreſſit gratam oris verecundiam, ὀμματα αἰδοι κεκοσμημενα Xenophonti.

35. *exceſſere* ex animo, num oblitus es etc. ut ſup. lib. II, 626. *effluere* eodem ſenſu. De *Maeonio lacu* Thraſymeno paſſim diximus. v. lib. V, 9. ſq. *Pado* autem clades ad Trebiam et Ticinum illi influentes deſignat. 39. *armiſonae procellae*, belli periculis, obvia metaphora. v. lib. VII, 723. — 42. *prodiga*, invidioſe, veluti Virtus non parcat viris magnis, ſed eos temere perfundet. Mox iterum *titulum cineri praetendere* acerbe dictum pro vulg. gloriae et honoris

At ſi me comitere, puer, non limite duro
Iam tibi decurrat conceſſi temporis aetas.
Haud unquam trepidos abrumpet buccina ſomnos:
Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
Ardorem Cancri, nec menſas ſaepe cruento
Gramine compoſitas: aberunt ſitis aſpera, et hauſtus
Sub galea pulvis, partique timore labores:
Sed current albuſque dies, horaeque ſerenae;
Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.
Quantas ipſe Deus laetos generavit in uſus
Res homini, plenaque dedit bona gaudia dextra!
Atque idem, exemplar lenis mortalibus aevi,
Imperturbata placidus tenet otia mente.
Illa ego ſum, Anchiſae Venerem Simoentis ad undas
Quae

46. *tramite* duos veteres exhibere pro *limite*, Lefeb. contendit, et illud edidit. 47. *decurret* vulg. *congreſſi* ed. Rom. 1. et Mediol. 52. *paſtique* coni. Heinſ. 58. *terit* pro *tenet* coni. id.

noris ſpe fallere, ut mortis contemtum animis ingerat. Voluptatem ex praeceptis Epicuraeis argumentantem, ut Virtutem ex mente Stoicorum, a Silio introduci, notatum eſt a Drakenborchio, et ex ſententiis planum. Hinc expedias licet *non ſenſuram*, *quid geſſerit*, *umbram*, quae ſententia animorum poſt mortem vitam invidioſe ridet.

50. *menſas c. g. compoſ.* ut fit in vita bellica, cum ſub dio, humi, inter caeſorum cadavera decumbunt ad cibum capiendum. Singula ad extenuandam illam vitam laboribus et incommodis plenam bene elata agnoſces. — 53. *albus dies*, fauſtus, albo lapillo notandus, benè poſt Marſum Cellarius, laudato loco Plinii Epiſt. VI, 11. *O diem laetum notandumque mihi candidiſſimo calculo.* — 57. 58. Ecce notum Epicuraeorum dogma de otio perpetuo Deorum. Sed ſive de induſtria, ſive incuria poetae factum videtur, ut huic otio contradicant, quae de Deorum beneficentia in verſſ. 55. 56. dicebantur. Aliter certe Seneca IV. de Benef. cap. 4. ex mente Epicuraeorum: *itaque non dat Deus beneficia, ſed ſecurus et negligens noſtri, averſus a mundo aliud agit, aut nihil agit.*

59. Apta calliditate inculcat Voluptas, Aeneam, Romanorum reſtauratorem, ſuis artibus

Quae iunxi, generis vobis unde editus auctor.
Illa ego ſum, verti Superûm quae ſaepe parentem
Nunc avis in formam, nunc torvi in cornua tauri.
Huc adverte aures. Currit mortalibus aevum,
Nec naſci bis poſſe datur: fugit hora, rapitque
Tartareus torrens; ac ſecum ferre ſub umbras,
Si qua animo placuere, negat. Quis luce ſuprema
Dimiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
  Poſtquam conticuit, finiſque eſt addita dictis,
Tum Virtus: Quaſnam iuvenem florentibus, inquit,
Pellicis in fraudes annis, vitaeque tenebras,
Cui ratio et magnae coeleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa Deûm? Mortalibus alti
Quantum Coelicolae, tantundem animalibus iſti
Praecellunt cunctis. Tribuit namque ipſa minore
Hos terris Natura Deo: ſed foedere certo
Degeneres tenebris animas damnavit Avernis.
At, quis aetherei ſervatur ſeminis ortus,
Coeli

62. *torva* vulg. 67. pro *horas* Heinſ. malebat *auras*, quia *hora* praeceſſerit. 72. *munera* in Putean. 74. *minore Deo* e ſcriptis Heinſ. Sed Lefeb. qui ſenſum his temere abiudicat, e vulgatis et Rom. 2. edidit *minores Deo*. Pro mente Silii, inquit, Heroes ſolis Diis ſunt minores.

artibus natum. Nota hiſtoria eſt. Mox autem in *avis forma* malim de olore cogitari, quam cum Marſo de aquila, Ganymedem rapiente. Sub *tauri* forma Iovem Europam abduxiſſe, vulgaris fabula eſt.

69. ſeqq. Bonae, aureae ſententiae ſunt, quibus Virtus Voluptatem refutat; ſed moleſto verborum apparatu dilutas agnoſco, inprimis cum de hominum ad gloriam et virtutem deſtinatione velut ex cathedra diſputat. 70. De *vitae tenebris* v. ad lib. III, 145. Quae ſequuntur de mente humana, e ſemine quodam divinae mentis orta, maxime e Stoicorum placitis adumbrata ſunt. v. Heyn. ad Virg. A. VI, 730. Hinc *ſemen coeleſte*, *aethereum* expedias licet. — Ad verſſ. 76-78. cf. Cicer. Tuſc. I, 30. ubi ex ſententia Socratis diſputat de duplici curſu animorum ex corpore excedentium. Id mox declaratur exemplis Herculis, Bacchi, Dioſcurorum et Romuli,

Coeli porta patet. Referam quid cuncta domantem
Amphitryoniadem? quid, cui, post Seras et Indos
Captivo Liber cum signa referret ab Euro,
Caucaseae currum duxere per oppida tigres?
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledaeos referam fratres, vestrumque Quirinum?
Nonne vides, hominum ut celsos ad sidera vultus
Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumque genus, formasque ferarum,
Segnem atque obscoenam passim stravisset in alvum.
Ad laudes genitum, capiat si munera Divûm
Felix, ad laudes hominum genus. Huc, age, paulum
Aspice (nec longe repetam) modo Roma minanti
Impar Fidenae, contentaque crescere asylo,
Quo sese extulerit dextris! idem aspice, late
Florentes quondam luxus quas verterit urbes!
Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa Voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, et atris
Circa te semper volitans Infamia pennis:

Mecum

85. *fixerit* Colon. 87. *traxisset* Rom. 2. 92. *quae sese* Oxon. cum Rom. 1. et Parm. et *terris* pro *dextris* Putean. 93. *verteret* Oxon. et Putean. 95. *animas illapsa* Oxon.

muli, partim ex ipso illo loco Ciceronis, partim ad imitationem loci Horatiani Od. III, 9. quem iam Dausquelus laudaverat. De *Baccho* v. dicta ad lib. VII, 162. sq. De Dioscuris, quorum adspectu pacatum mare reddebatur, unde *suspiratos nautis*, h. e. optabilia et grata nautis numina, dicuntur, Horat. Od. I, 12. *quorum simul alba nautis Stella refulsit, defluit saxis agitatus humor, concidunt venti, fugiuntque nubes* etc.

84. seqq. Sententiae vario poetarum ornatu tractatae. v. Ovid. Met. I, 84. sq — *stravisset in alvum*, ornate, de animalibus prona ad terram alvo incedentibus. — *obscoenam*, epitheto rei indignitatem notante. Ita *obscoenos canes* dixit Virgilius Georg. I, 470. quatenus mala portendunt.

89. seqq. Virtute crescunt, vitiis et luxu deminuuntur res humanae; exemplo Romae demonstrata sententia.

Roma

Mecum Honor, ac Laudes, et laeto Gloria vultu,
Et Decus, ac niveis Victoria concolor alis.
Me cinctus lauro producit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus, et celſo ſtant colle penates:
Ardua ſaxoſo perducit ſemita clivo.
Aſper principio (nec enim mihi fallere mos eſt)
Proſequitur labor. Annitendum intrare volenti:
Nec bona cenſendum, quae Fors infida dediſſe,
Atque eadem rapuiſſe valet. Mox celſus ab alto
Infra te cernes hominum genus. Omnia contra
Experienda manent, quam ſpondet blanda Voluptas.
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes, friguſque famemque domabis.
Idem iuſtitiae cultor, quaecunque capeſſes,
Teſtes factorum ſtare arbitrabere Divos.
Tunc, quoties patriae rerumque pericula poſcent,
Arma feres primus: primus te in moenia tolles
Hoſtica: nec ferro mentem vincere, nec auro.

100. *producit* e Colon. al. *perducit.* 103. *aſper labor* e ſcriptis. In vulgatis nonnullis erat *perducit ſemita clivo Aſpera* etc. 105. *cenſendum* e Colon. Mod. et Rom. 2. Alii *concedunt, conſcendunt.* 107. *intra te* Putean. vitioſe. 112. *adſtare* coni. Heinſ. 113. *tu quoties* id.

Roma a parvis initiis, cum adhuc *impar* eſſet *Fidenatibus* (v. Liv. I, 14. ſq.) et *contenta aſylo*, a Romulo aperto ad multitudinem augendam (Liv. I, 8.) *quo ſe extulerit dextris*, quam potens poſtea facta fuerit virtute et fortitudine.

101-104. Ardua et moleſta ad virtutem via. Haec ornantur. Conferunt locum Heſiodi Ἐργ. I, 289. unde profecerit Silius. Sed in his ſententiis, centies tractatis et variatis a poetis, ne opus quidem Silio erat, quenquam imitari. — 106. *mox celſus* etc. Marſus ita: mox cum perveneris ad ipſam virtutem, antecelles caeteris hominibus. Recte. Nam ſententia cohaeret cum verſu 104. tanquam apodoſis. Penates mei, inquit Virtus, in celſo colle poſiti ſunt, ardua via eſt et moleſta, ſed *mox* cum aſcenderis, tanto elatior eris caeteris hominibus. Incommode, meo ſenſu, hunc ſententiae nexum interrumpunt verba

Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice vestes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi;
Sed dabo, qui vestrum saevo nunc Marte fatigat
Imperium, superare manu, laurumque superbam
In gremio Iovis excisis deponere Poenis.
Quae postquam cecinit sacrato pectore Virtus,
Exemplis laetum vultuque audita probantem
Convertit iuvenem. Sed enim indignata Voluptas
Non tenuit voces. Nil vos iam demoror ultra,
Exclamat. Venient, venient mea tempora quondam,
Cum docilis nostris magno certamine Roma
Serviet imperiis, et honos mihi habebitur uni.
Sic quassans caput in nubes se sustulit atras.
At iuvenis, plenus monitis, ingentia corde
Molitur, iussaeque calet virtutis amore.
Ardua rostra petit, nullo fera bella volente,
Et gravia ancipitis deposcit munera Martis.
Arrecti cunctorum animi. Pars lumina patris,
Pars

117. *fragrantis* ex felici coni. Heinsii, cui proxime accessit lectio Cod. Tel. *fraglantis*. Vulg. *flagrantis*. 130. *iussaeque* e scriptis Heins. vulg. *visaeque*.

ba interposita *nec bona — rapuisse valet*.

118. Vinces Hannibalem. Mos victorum notus, laurum in gremio Iovis Capitolini deponendi. v. sup. lib. IX, 545. 46. et Plin. XV, 30. a Dausqueio laudatus. Inde a versu 125. apte insertum est vaticinium eorum temporum, quibus res Romanae luxu et superbia labefactatae ceciderant.

131. Expressum e Livianis XXVI, 18. *Scipio professus se petere, in superiore loco unde conspici posset, constitit.* Quae sequuntur *nullo — — volente*, ex his Liv. *fremunt adeo perditas res desperatumque de republica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere.*

133. seqq. Livius l. c. *In quem* (Scipionem) *postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium.* Haec suo modo variavit poeta, memor inprimis etiam eorum, quae Scipio apud Livium cap. 41. ad milites

Pars credunt torvos patrui revirescere vultus.
Sed quanquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror, molemque paventes
Expendunt belli, et numerat favor anxius annos.
Dumque ea confuso percenset murmure vulgus,
Ecce, per obliquum coeli squalentibus auro
Effulgens maculis, ferri inter nubila visus
Anguis, et ardenti radiare per aera sulco,
Quaque ad coeliferi tendit plaga litus Atlantis,
Perlabi resonante polo. Bis terque coruscum

134. *revirescere* e scriptis et ed. Parm. cum Modio. Sic et editt. priscae. Marf. *revisere* et al. *se visere.* 135. *instinctis* e Colon. In vulg. legitur, *sed quanquam tacitus magnis tamen aegra periclis.* In Rom. 1. Put. et Ben. *postquam* pro *quanquam.* 138. *percensent* Parm.

lites loquitur: *Brevi faciam, ut quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque et lineamenta corporis, ita ingenii fideique exemplum expressum ad effigiem vobis reddam, ut revixisse aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.* cf. similem locum de Hannibale lib. I, 184 sq. — 135. *quanquam instinctis*, quamvis aspectu Scipionis incitatis, quo sibi egregia patris et patrui facta in memoriam revocabant, nec minorem de ipso spem concipiebant. Sic bene Drakenborch. Mox *favor anxius* felici brevitate designat animos praeter favorem, quo in Scipionem ferebantur, dubios et sollicitos de eventu. Praeclare Livius hos animorum motus adumbravit: *ut iam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent novi, quod favor plus valuisset quam ratio; aetatis maxime poenitebat* etc.

138. seqq. Fausto omine anguis versus Atlantis tractum per aerem volitantis confirmati homines, Scipioni imperium tradunt. Haec sunt poetae. Sed lege Livium XXVI, 19. ut veritatem historicam cognoscas. Neque ille tamen in angue merum arbitrium secutus esse videtur. Nam fabula erat, nota illa et Livio l. l. memorata: *anguis immanis concubitu conceptum Scipionem esse, et in cubiculo matris eius persaepe visam eius prodigii speciem.* Vnde et mox *patrium signum* poeta dicit, omen anguis, sub cuius forma mater Scipionis a Iove

Addidit augurio fulmen pater, et vaga late
Per ſubitum moto ſtrepuere tonitrua mundo.
Tum vero capere arma iubent, genibuſque ſalutant
Submiſſi augurium, ac iret, qua ducere Divos
Perſpicuum, et patrio monſtraret ſemita ſigno.
  Certatim comites rerum bellique miniſtros
Agglomerant ſeſe, atque acres ſociare labores
Expoſcunt, laudumque loco eſt iſdem eſſe ſub armis.
Tum nova caeruleum deſcendit claſſis in aequor.
It comes Auſonia, atque in terras tranſit Hiberas.
Vt, cum ſaeva fretis immiſit proelia, Corus
Iſthmon curvata ſublime ſuberigit unda,
Et, ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu,
Ionium Aegaeo miſcet mare. Celſus in arma
Emicat, ac prima ſtans Scipio puppe profatur:
Dive tridentipotens, cuius maria ire per alta
Ordimur, ſi iuſta paro, decurrere claſſi
Da, pater, ac noſtros ne ſperne iuvare labores.
Per pontum pia bella veho. Levis inde ſecunda
Adſpi-

145. *Ter ſubitum* coni. Barth. 149. *miniſtri* vulg. 151. *iſſe ſub armis* cum Heinſ. et Dausq. edidit Lefeb. pro vulg. *eſſe*. vid. lib. IV, 64. — 155. *Iſthmo incurvatam — undam* Lefeb. edidit nulla auctoritate adiecta. 159. *tridentipotens* ſcripſi. Vulg. *tridente potens*.

a Iove compreſſa fertur. v. ſup. lib. VII, 487. ſeq. — 139. *ſqual. atro.* v. ad lib. II, 585. — 147. *qua — perſpicuum* h. e. inſiſteret viam, quam Divi perſpicuo omine monſtrarent. Nam anguis in Africam tendebat.

152. cf. Liv. XXVI, 19. ſ. fin. — 154-57. Comparatio non niſi ad tumultum et turbam, qua claſſis in mare immiſſa eſt, ſignificandam pertinere poteſt. Nemo eam, ſi abeſſet, deſideraverit, vel optaverit certe aptiorem. v. quae dicta ſunt ad lib. IX, 282. et lib. VII, 569. Caeterum de ornatu verborum in ſimili loco iam vidimus ſup. lib. I, 472. ſq. — 159. Polybius X, 11. narrat Scipionem ad milites haec dixiſſe: Neptunum inde a principio in ſomnis ſibi adſtitiſſe, atque huius incepti ſuſcipiendi conſilium ſuggeſſiſſe etc. cf. Liv. XXVI, 45. — 162. *pia bella*,

Adſpirans aura propellit carbaſa flatus.
Iamque agiles, Tyrrhena ſonant qua caerula, puppes
Auſonium evaſere latus, Ligurumque citatis
Litora tramittunt proris. Hinc gurgite ab alto
Tellurem procul irrumpentem in ſidera cernunt,
Aerias Alpes. Occurrunt moenia Graiis
Condita, Maſſiliae. Populis haec cincta ſuperbis,
Barbarus immani cum territet accola ritu,
Antiquae morem patriae cultumque habitumque
Phocaïs armiferas inter tenet hoſpita gentes.
Hinc legit Auſonius ſinuatos gurgite ductor

168. *Graiis* e Colon. et Oxon. pro vulg. *Graio.* 169. *haec cincta* Colon. cum editt. priſcis. Vulg. *accincta.* Oxon. *hinc cincta.* Putean. *haec cuncta.* Marſus *excincta* et ſic alii poſt illum. 170. *nunc territat* Rom. 1. Mediol. Marſi editt. *cum territat.* E Colon. Mod. *cum territet.* 172. *armiſonas* vulg.

la, ſive quod patrem et patruum, fraude Punica in Hiſpania interemtos, ulturus erat, ſive quia Romani hoc bellum ſuſceperant, ut iniuriam, quam Carthaginienſes iniuſte Saguntinis ſociis intulerant, vindicarent. Ita bene Drakenb.

164. ſq. In itineris ordine maxime Livium XXVI, 19. ſequitur poeta, ita tamen, ut nonnulla ſuo modo enunciet, prouti ornatus poetici materies daretur. 167. *irrump. in ſidera*, variata altitudinis imagine, cuius alios colores ſaepe vidimus ſup. ut lib. III, 478. cf. XI, 136.

168. *Maſſiliam* deſignat, *Graiis*, Phocaeenſibus *conditam*, unde mox *Phocais hoſpita*, ut ex Euboea colonia ducta. cf. lib. I, 335. et IV, 52. Haec Maſſilia *cincta* Gallis *ſuperbis pop.* eo quidem ſenſu, quo Strabo lib. IV. p. 302. de Gallis ait: πολυ το ἀνοητον και ἀλαζονικον προσεσι. Hos *barbarus accola*, Maſſilienſis *territat immani ritu*, quo ſacrificia humana Dianae Epheſiae offerebant. cf. Lucan. III, 399. ſeq. de luco Maſſilienſium et Strabo l. l. Sed eadem Maſſilia *antiquae morem p. — tenet*, republica ad normam graecam conſtituta. Omnino legendus eſt Strabo lib. IV. p. 270. ſeqq.

173. *Hinc* Gallicum ſinum (*ſinuatos anfractus*) et Pyrenes promont. praetervehitur. v. lib. III, 415. ubi ſimiles orationis colores erant. —

176.

Anfractus pelagi. Nemoroso vertice celsus
Apparet collis, fugiuntque in nubila silvae
Pyrenes: tunc Emporiae, veteresque per ortus
Graiorum vulgus, tunc hospita Tarraco Baccho.
Considuhit portu: securae gurgite clauso
Stant puppes: positusque labor terrorque profundi.
Nox similes morti dederat placidissima somnos:
Visa viro stare effigies ante ora parentis,
Atque hac aspectu turbatum voce monere:
Nate, salus quondam genitoris, nate, parentis
Et post fata decus, bellorum dira creatrix
Evastanda tibi tellus, et caede superbi
Ductores Libyae cauta virtute domandi,
Qui sua nunc trinis diducunt agmina castris,

Si

182. Hunc et seq. versum in Cod. Putean. deesse, notavit Lefeb. 186. *tanta virtute* Putean. 187. *diducunt* Heins. emendavit pro *deducunt*. Locus Livii, qui illius emendationis causas habet, vid. in nott.

176. *Emporiae*. v. lib. III, 369. ibidemque de *Tarracone* vitifera, quam nunc *hospitam Baccho* eadem de causa appellat. Livius l. l. *Emporiis urbe Graeca (oriundi et ipsi a Phocaea sunt) copias exposuit. Inde Tarraconem profectus, naves ibi subduci iussit.* Haec ergo poetice enunciantur.

180 sq. Noto artificio poeta utitur. Nempe apud Livium (lib. XXVI, 41. seq.) qui ut historicus veritatem naturae et rerum gestarum ordinem sequitur, Scipio excitatis gravi oratione habita militum animis, *Carthaginem novam oppugnare statuit*. Haec et quae sequuntur Scipio ex suo consilio et arbitrio agit. Sed haec poetae vulgaria sunt, praesertim Silio, undique epicos colores arripienti. Itaque episodium nectit, parentemque Scipionis inducit, qui filio per somnum Carthaginis obsidionem persuadet. — 183. *salus genitoris*, quatenus patrem vulneratum ad Ticinum fl. ex acie portaverat. v. lib. IV, 469. sq. — 187. De *trinis castris* Livius l. l. cap. 20: *In hiberna diversi concesserunt. Hasdrubal Gisgonis usque ad Oceanum et Gades: Mago in mediterranea maxime supra Castulonensem saltum: Hasdrubal, Hamilcaris filius proxime Hibero circa Saguntum* biber-

Si conferre manum libeat, coeantque vocatae
Hinc atque hinc acies, valeat quis ferre ruentes
Tergemina cum mole viros? Absiste labore
Ancipiti, sed nec segnis potiora capesse.
Vrbs colitur, Teucro quondam fundata vetusto,
Nomine Carthago; Tyrius tenet incola muros.
Vt Libyae sua, sic terris memorabile Hiberis
Haec caput est. Non ulla opibus certaverit auri,
Non portu, celsove situ, non dotibus arvi
Vberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.
Invade aversis, nate, hanc ductoribus urbem.
Nulla acies famae tantum praedaeve pararit.
Talia monstrabat genitor, propiusque monebat;
Cum iuvenem sopor et dilapsa reliquit imago.
Surgit, et infernis habitantia numina lucis
Ac supplex patrios compellat nomine manes.
Este duces bello, et monstratam ducite ad urbem:
Vobis ultor ego, et, Sarrano murice fulgens,
Inferias mittam fusis insignis Hiberis,
Et tumulis addam sacros certamine ludos.
Progreditur, celeratque vias, et corripit agmen

 Per-

188. *manum* omnes MSti et editi veteres. In posteriori Marsi primum *manu* editum est. Pro *libeat* Heins. coni. *liceat*. 190. *labore* Putean. et Oxon. pro vulg. *labori*. 193. *nomine* e Colon. Vulg. *nomen*. 195. pro *auri* Heins. coni. *urbi* vel *aut vi*. 207. *sacros, certamina, ludos* edidit Lefeb. ut sit in appositione.

hibernavit. Et cap. 41. Scipio ad milites: *tres duces discrepantes, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere, et diduxerunt exercitus; quae patri patruoque meo causa exitii fuit.*

192. *Teucro fundata.* v. ad lib. III, 368. Polyb. X, 10. Ad verss. 195-97. cf. Livius II, 42. — 205. De *Sarrano murice* v. lib. I, 42. et de *inferiis* placandis manibus destinatis diximus lib. IV, 232. V, 210. — 207. *tumulis ludos*, qui describuntur latius libro sequenti a vers. 293. sq.

208. sqq. Celeritatis, qua Scipio copias Carthaginem abduxerit, luxuriantissima descriptio, variatis non solum sententiis, sed et sequente com-

Pernici rapidum cursu, camposque fatigat.
Sic, ubi prosiluit Pisaeo carcere praeceps,
Non solum ante alios, sed enim, mirabile dictu!
Ante suos it victor equus; currumque per auras
Haud ulli durant visus aequare volantem.
Iamque Hyperionia lux septima lampade surgens
Sensim attollebat propius subeuntibus arces
Vrbis, et admoto crescebant culmina gressu.
Ac pelago vectus servata Laelius hora,
Quam dederat ductor subigendae ad moenia classi,
A tergo affusis cingebat tecta carinis.
Carthago, impenso naturae adiuta favore,
Excel-

208. *praegreditur* in Colon. 211. Hic versus in nonnullis libris post sequentem legebatur. Ordinem Heinsius ex scriptis et editt. antiquis restituit, pro *currumque* in ed. Wolf. Basil. primum editum est *curritque*. 217. *advectus* vel *infectus* coni. Heins.

comparatione diducta. — *campos fatigat.* v. ad lib. II, 74. — *Pisaeo carcere* ludos Olympicos ad Pisam urbem Elidis designari, nota adnotatio est. v. lib I, 224. cf. Virg. Georg. III, 109. et Ovid. Epist. XVIII, 166. *ut celer Eleo carcere missus equus.* Sed mox argutias et lusus captat poeta in celeritate notanda: *equus non solum ante alios*, quibuscum certat, sed et *ante suos*, quibus eodem curru ipse iunctus est, *it victor*; il précede même ceux qui sont au même attelage, ait interpres Francogallus. Sic infra lib. XVI, 401. Panchates equus victor *socios trahit prior ipse iugales*, ut caeteris alacrior et animosior.

214 - 16. Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est, ait Livius cap. 42. Haec, ut poeta, enunciat Silius, notione appropinquandi inprimis ornanda. Nam propius accedentibus *attolli* et *crescere*, hoc est, maiores fieri solent res obiectae, quas longinquitas contraxerat et minores fecerat. Multoties haec a poetis variata sunt. Sic Claud. Rapt. Pros. I, 190. *totaque decrescit refugo Trinacria vultu.* cf. sup. lib. III, 158.

217 - 20. Haec explicabunt Liviana l. l. *Nemo omnium, quo iretur, sciebat, praeter C. Laelium. Is classe circummissus, ita moderari cursum navium iussus erat, ut eodem tempore*

Excelſos tollit pelago circumflua muros.
Artatas ponti fauces modica inſula claudit,
Qua Titan ortu terras aſpergit Eoo.
At qua proſpectat Phoebi iuga ſera cadentis,
Pigram in planiciem ſtagnantes egerit undas,
Quas auget veniens refluuſque reciprocat aeſtus.
Sed gelidas a fronte ſedet ſublimis ad Arctos
Vrbs impoſta iugo, pronumque excurrit in aequor,
Et tuta aeterno defendit moenia fluctu.
Audax, ceu plano gradiens victricia campo
Ferret ſigna, iugum certabat ſcandere miles.
Aris ductor erat, qui contra, amplexus in artis
Auxilium atque excelſa loci, praeſepſerat arcem.
Pugnabat

229. *alterno* id. coni. In Rom. 1. vitioſe *Etneo.* 232. *Aris* e ſcriptis et editt. nonnullis vett. pro *Arris.* 233. *praeceſſerat* Putean. Al. *protexerat*, Barthio probatum. In Cod. Tel. *ptesſerat.* Dausqueius coniicit *qui cuncta amplexus in arctis Auxilia, excelſam ſociis praecinxerat arcem.* Burmannus ita: *qui contra, amplexus inertis Auxilium, qua excelſa, loci praeſepſerat arcem*, vel etiam *qui, ponti amplexus in artis Auxilium, qua excelſa, loci praeſepſerat arcem.* Lectionem a Drakenb. receptam exhibebat edit. Baſil.

pore exercitus oſtenderetur et claſſis portum intraret.

220. ſeqq. Situs Carthaginis cum portu deſcriptus, praeeunte iterum Livio, qui ſedulo harum rerum ſtudioſis comparandus eſt. — 223. verſus Orientem, in proſa dicimus. Sermo poeticus notus eſt, et centies obvius. *ortu adſpergit*, poetice. Minus audax formula videbitur, ſi radios ſparſos ſuper terram cogitas, ut lib. V, 56. *ſolis equi ſparſere diem.* Lib. IX, 34. *ſpargere incipiet radiis cacumina Phoebus.* Et Virgilio Aen. IV, 118. *primos ortus extulit Titan.*

224. Ab occaſu ſtagnum claudit, inquit Livius. Poeta imaginem verbis ornat et abſolvit. Eo pertinent *iuga ſera Phoebi*, ad quae Phoebus ſero, ad veſperam, advenit. Vnde *ſerus veſper* Virgilio dictus Georg. I, 461. — 229. Carthaginis latus mari obverſum nunquam pedibus adiri poteſt, *aeterno fluctu tutum.*

230-36. Lege accuratam Livii narrationem cap. 44. a poeta contractam. In nomine *Aris* ducis, qui Carthaginem defendebat, quid Silius praeter

Pugnabat natura ſoli: parvoque ſuperne
Bellantum niſu paſſim per prona voluti
Truncato inſtabiles fundebant corpore vitam.
Verum ubi conceſſit pelagi revolubilis unda,
Et fluctus rapido fugiebat in aequora lapſu,
Quaque modo excelſae ſulcarant caerula puppes,
Hac impune dabat Nereus tranſcurrere planta:
Hinc tacite nitens informidatus adire
Ductor Dardanius, ſubitam trahit aequore pubem,
Perque undas muris pedes advolat. Inde citati
A tergo accelerant, qua fiſus fluctibus Aris
Incuſtoditam ſine milite liquerat urbem.
Tum

240. *hic* pro *hac* Oxon. *plantae* coni. Heinſ. 241. *tacite inniteus* Leſeb. edidit ex Parm. et Rom. 2. ubi *taciti nectens.* Heinſ. coni. *hinc tacite enitens.* Dausq. *hac tacite nitens.* 244. *fiſus* e ſcriptis Modius pro vulg. *viſis.*

praeter arbitrium ſuum ſecutus ſit, cum Livius Magonem diſerte appellet, dici non poteſt. Hoc tamen ex eiuſmodi locis intelligitur, Silium non hoc egiſſe, ut hiſtoriam belli Pun. ſec. ſcriberet. Quomodo enim ſine dementia mutare iſta nomina inſtituerit? Niſi forte nomen corruptum ſtatuamus ex *Armen*, quem ex Valerio Antiate Livius Punicae claſſis praefectum adducit cap. 49. Hic ergo *Aris*, *amplexus aux. loci*, h. e. fiſus et fretus loci natura, ab tumulo excelſo tuti, militibus ſuis *arcem* praeſepſerat. — 234. *pugnabat nat. ſoli.* Verborum commentarius eſt in his Livianis: *neque viri, neque tela; nec quicquam aliud aeque quam moenia ipſa ſeſe defenſabant* etc. Sequitur imago militum ex ſcalis et tumuli praecipitio prolapſorum, coloribus poeticis ad ductum Livii adumbrata.

238. Sequitur obſidionis altera pars, quae aeſtu maris ſedato per pedites facta eſt. Livius l. l. cap. 45. ita: *Vix prior tumultus conticuerat, quum Scipio ab defeſſis iam vulneratisque recentes integroſque alios accipere ſcalas iubet, et vi maiore aggredi urbem. Ipſe, ut ei nunciatum eſt, aeſtum decedere, facilem pedibus ad murum tranſitum dari, eo ſecum armatos duxit.* etc. Caeterum exſpectandum erat, poetam in refluxu maris deſcribendo luxuriaturum. Verſuum 239. 40. multas variationes attulit Drakenb. Ovid. Triſt. III. El. X, 31.

Tum proſtratus humi, miſerandum, victa catenis
Poenus colla dedit, populumque addixit inermem.
Hanc oriens vidit Titan, cum ſurgeret, urbem
Vallari caſtris, captamque aſpexit eandem
Ocius, Heſperio quam gurgite tingeret axem.
Aurora ingrediens terris exegerat umbras.
Principio ſtatuunt aras. Cadit ardua taurus
Victima Neptuno pariter, pariterque Tonanti.
Tum merita aequantur donis, ac praemia virtus
Sanguine parta capit. Phaleris hic pectora fulget;
Hic torque aurato circumdat bellica colla;
Ille nitet celſus muralis honore coronae.
Laelius ante omnes, cui dextera clara domuſque,
Ter

246. *victa* e ſcriptis et ed. Mod. et Heinſ. pro vulg. *vincta*.

X, 31. Ep. Pont. IV, 10. 33. Senec. Herc. Fur. 538.

246. Eadem de Magone Livius cap. 46. *Mago arcem conatus defendere, quum omnia hoſtium plena videret, neque ſpem ullam eſſe, ſe arcemque et praeſidium dedidit.*

248 - 50. Vnius diei obſidione conſumti notionem poeta notis imaginibus effert Solis orientis et occidentis. v. lib. VI, init.

251. ſqq. *Scipio,* inquit Livius cap. 48. *poſtero die militibus convocatis primum diis immortalibus laudeſque et grates egit, qui ſe urbis opulentiſſimae omnium in Hiſpania uno die compotem feciſſent. Militum deinde virtutem collaudavit. Itaque quamquam omnibus omnia deberet, praecipuum tamen muralis coronae decus eius eſſe, qui primus murum adſcendiſſet — tum reliquos, prout cuique meritum virtuſque erat, donavit* etc. Haec omnia poeta ita exſecutus eſt, ut definitius ſingula et ſacrificia et dona enumeraret. 255. *phaleris.* Argutabatur Cerda nimium, quam in poeta opus erat, dum ad Virg. A. IX, 359. adſtruere conabatur, phaleras non equitum ſed equorum ornamenta fuiſſe. Vnus Livii locus lib. IX. ult. refutare Cerdam poterit, ubi haec ſunt: *tantum Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent.* — 257. Livius cap. 48. Q. Trebellium et Sext. Digitium appellat, murali corona donatos. — 258. Livius l. c. *Ante omnes C. Laelium praefectum claſſis et omni*

Ter dena bove et aequorei certaminis alto
Donatur titulo, Poenique recentibus armis
Rectoris. Tunc hasta viris, tunc Martia cuique
Vexilla, ut meritum, et praedae libamina dantur.
Postquam perfectae laudes hominumque Deûmque,
Captivae spectantur opes, digestaque praeda.
Hoc aurum Patribus, bello haec Martique talenta,
Hoc regum donis, Divûm hoc ante omnia templis:
Cetera bellantum dextrae pulchroque labori.
Quin etiam accitus populi regnator Hiberi,
Cui sponsa et sponsae defixus in ossibus ardor;
Hanc notam formae concessit laetus ovansque
Indelibata gaudenti virgine donum.
Tum vacui curis vicino litore mensas
Instituunt, festoque agitant convivia ludo.
Laelius affatur: Macte, o venerande, pudici,

Du-

261. *tunc Martia* scripti et editi plures libri. Vulg. *et Martia.* In Putean. *tum Martia.* 262. *ut meritum* post coniecturam Modii Heinsius e scriptis posuit, pro *et meritum.* Idem et coniecit *emerito*, vel *aut meriti.* 264. pro *spectantur* Heinsius obtulit *avectantur* vel *vectantur.* 267. *dextrae* e scriptis et editt. priscis Heins. pro vulg. *dextris.* 270. pro *hanc* Heins. coni. *huic.* 274. *effatur* Colon.

omni genere laudis sibimetipsi aequavit, et corona aurea ac triginta bubus donavit. — 262. *praedae libamina* dicit, praedae partes, quae his prae caeteris, veluti primitiae quaedam, adsignatae fuerint. Nam reliqua praeda postea digesta in varias partes est, ut notatur vers. 264. sq. Vocabuli usum elegantem demonstrabit Ovid. Ep. Her. 2, 130. *Tu nova servatae carpes libamina famae* h. e. primus degustabis pudicitiam hactenus servatam.

268-71. Scipio Allucio Celtiberorum principi virginem desponsatam, quae captiva a militibus adducta fuerat, reddit. Haec Livius narrat l. l. cap. 50. unde Siliana hausta sunt. Memoria huius facti servata creditur in clipeo quodam votivo in Gallia circa Rhodanum reperto, cuius effigiem ex ephemeridibus Gallis (les journals des Savans Tom. IX.) Drakenborchius exprimendam curavit.

274. seqq. Ego, iudicium

poe-

Ductor, macte, animi. Cedat tibi gloria lausque
Magnorum heroum, celebrataque carmine virtus.
Mille Mycenaeus qui traxit in aequora proras
Rector, et Inachiis qui Thessala miscuit arma,
Femineo sociûm violarunt foedus amore.
Nullaque tum Phrygio steterant tentoria campo,
Captivis non plena toris: tibi barbara soli
Sanctius Iliaca servata est Phoebade virgo.
Haec, atque his paria, alterno sermone ferebant;
Donec nox, atro circumdata corpus amictu,
Nigrantes invexit equos, suasitque quietem.
Hemathio interea tellus Aetola tumultu
Fervebat, Macetûm subitis perculsa carinis.
Proximus hinc hosti dextras iungebat Acarnan.

Causa

277. *aequore* vulg. et *violavit*. 280. *steterunt* malebat Heins. 283. *ferebant* Heins. posuit pro *ferebant*, quod erat in scriptis et editis nonnullis. Vulg. *requirunt*.

poetae in hoc loco maxime desidero. Cur Laelium potissimum pudicitiae Scipionis praedicatorem inducit, cuius in ea re assentatio magis, quam vera gratiarum actio esset. Quidni, ad exemplum quidem Livii sui, sponsum, vel parentes munificentiam et gravitatem Scipionis laudantes inducit? Scilicet sponsus non tam docte laudare poterat; et nihil magis Silius in deliciis habet, quam antiquitatis doctrinam expromere. Ergo Laelius Scipionem cum Agamemnone et aliis heroibus Graecorum comparat, qui tempore belli amoribus detinebantur, et captivis non abstinebant. — In verbis notos ornatus poeta adhibuit. *Mycenaeus*, Agamemnon, Mycenarum rex. v. lib. I, 27. et cf. lib. VIII, 622. — 280. Si quem catalogus virginum captivarum delectet, quas illi heroes passim amaverint, adeat Drakenborchium. — 282. *Iliaca Phoebade*, Cassandra, haud dubie, quam Aiax, Oilei fil. capta Troia in templo Minervae vitiasse fertur. In nomine Phoebadis poetae consentiunt. cf. Ovid. Am. II, 8. 12. Propert. III, 11. 61. Senec. Agam. 710.

286. seqq. Philippus rex Maced. foedere iunctus cum Hannibale Aetolos Romanorum socios et accolas graecos vexat. De his accuratius Livius

Caussa novi motus, Poenis regique Philippo
In bellum Ausonium sociatae foedere vires.
Hic, gente egregius, veterisque ab origine regni
Aeacidum sceptris proavoque tumebat Achille.
Ille et nocturnis conterruit Oricon armis:
Quaque per Illyricum Taulantius incola litus
Exiguos habitat non ullo nomine muros,
Turbidus incessit telis. Ille aequore vectus,
Nunc et Phaeacum Tesprotiaque arva lacessens,
Epirum cassis lustrabat futilis ausis.
Nunc et Anactoria signa ostentavit in ora,
Ambraciosque sinus Pellaeaque litora bello

Per-

vius XXVI, 24. seq. tradiderat, unde poeta brevem epitomen, et quasi quoddam emblema poeticum texuit suo modo. *Hemathio.* v. lib. III, 40. *Acarnanes* finitimi Aetolis. — 291. Philippi *proavum Achillem* dum facit poeta, ad stirpem maternam redeundum est. Philippus enim, auctore Iustino VII, 6. Olympiadem filiam Neoptolemi filii Achillis Aeacidae in matrimonio habuit. Hoc iam vidit Marsus, et docte disputavit Heynius ad Aen. VI, 840. Vnde Macedonum reges ad Achillem genus retulerunt. cf. sup. lib. XIV, 94. sq.

293. seq. Iam per partes Philippi in Aetoliam et vicinas gentes excursiones poeta explicat. Livius XXVI, 25. *Philippo : Aetolorum defectio Pellae hibernanti allata est. Itaque quia primo vere moturus exercitum in Graeciam erat, Illyrios finitimasque ei urbes alterno metu quietas ut Macedonia haberet, expeditionem subitam in Oricinorum et Apolloniatium fines fecit* etc. Sed poeta suo arbitrio usus Philippi itinera constituit, singulis locis designandis, ut solet. *Oricon* Epiri urbs, cum portu. *Taulantii*, Illyricae gentes, quas Livius Apollonia, urbe illius tractus, designavit, dicti a Taulante, Illyrii filio, unde Illyrici. — *exiguos* — *muros*, ignobilia oppida. Plinius de Illyrio omni lib. III, 31. *populorum nulla effatu digna aut felicia nomina.* — 297. *Phaeacum arva*, Corcyram insulam Tesprotiae obiectam; Φαιήκων γαῖαν Homero Odyss. ε, 34. — 299. *Anactorium* Acarnaniae oppidum. 300. *Ambracios sinus*, inter Epirum et Aetoliam in mare Ionium excurrentes.

Perſudit rapido. Pepulit vada fervida remis
Leucatae, et Phoebi vidit citus Actia templa.
Nec portus Ithacae, Laertia regna, Samenque
Liquit inacceſſam, fluctuque ſonantia cano
Saxa Cephallenum, et ſcopuloſis Neriton arvis.
Ille etiam, Pelopis ſedes et Achaïa adire
Moenia praegaudens, triſtem Calydona Dianae,
Oeneaſque domos, Curetica tecta, ſubibat,
Promittens contra Heſperiam ſua proelia Graiis.
Tum luſtrata Ephyre, Patraeque, et regia Pleuron,
Parnaſuſque biceps, Phoeboque loquentia ſaxa.

Ac,

301. *perfundit* Vulg. *perfudit* e Colon. 302. *videt incitus* coni. Heinſ. fruſtra. 305. *ſcopuloſae arcis* coni. idem, quia apud Virgilium *Neritos ardua ſaxis* occurrat. 306. *Achaica* Putean. 307. *praegaudens* e Colon. Vulg. *gaviſus*.

rentes. 302. *Leucatae vada*, fretum Leucadiae olim peninſulae cum Acarnania cohaerentis, deinde perfoſſo Iſthmo inſulae factae, cuius oppidum Leucas. Virgil. Aen. III, 272. *Leucatae nimboſa cacumina montis* etc. qui omnis locus in hac urbium recenſione inprimis ante oculos poetae fuiſſe videtur. *Actium* opp. Acarnan. templo Apollinis et ludis Actiacis nobile. v. Strabo VII. p. 325. (500.) Plin. IV, 1. et Virgil. l. c. 280. ibique Heyn. — De *Nerito* inſula v. ad lib. II, 317. et cf. Ovid. Met. XIII, 711. qui etiam *Ithacam*, *Samen et Neritias domos iunxit*. *Neritum arduam ſaxis* Virgilius dixit Aen. III, 271.

307. ſeqq. Aetoliam, ad quam profectus fuerit Philippus, varie poeta deſignat, primum *Calydone*, oppido illius principe. Cum autem iam urbem *triſtem* h. e. infeſtam *Dianae* appellat, adludit ad fabulam, qua ferebatur Diana irata Oeneo, qui ſe ſola omiſſa caeteris Diis omnibus primitias ſacrificaſſet, aprum Calydonibus immiſiſſe, qui totam provinciam vaſtaret. Fundus fabulae eſt Hom. Il. ι, 529. cf. Virgil. l. l. — *Oeneas domos*. v. ad lib. III, 367. — *Cureticis* autem *tectis* ſive Aetoliam, ſive Acarnaniam notat, in quam Curetes ex Aetolia duce Aetolo eiecti ſunt. cf. Strabo X. pag. 463. (710.) et Hom. Il. ι, 525.

310. Accuratam geographiae ordinem non ſecutus poeta diſſitas urbes componit, *Ephy-*

Ac, saepe ad patrios bello revocante penates,
Cum modo Sarmaticus regna infestaret Orestes,
Aspera nunc Dolopum vis exundasset in agros,
Incepto tamen haud facilis desistere vano,
Belli per Graias umbram circumtulit oras.
Donec, nunc pelago, nunc terra exutus, omisit
Spem positam in Tyriis, et supplex foedera sanxit
Dardana, nec legem regno accepisse refugit.
Tunc et Tyndarii Latias Fortuna Tarenti
Auxit opes laudemque simul. Nam perfida tandem
Vrbs Fabio devicta seni, postremus in armis
Ducto-

Ephyren Corinthum in Pelopon. deinde *Patras*, quam Achaicam urbem tradunt Strabo VIII. et Polyb. II, 41. cf. Liv. XXVII, 29. mox *Plevron*, Aetoliae oppidum, auctore Homero Catal. 146. et *Parnassus* Phocidis *biceps*, duo cacumina habens, *bivertex* Statio, prope quem *Phoebi loquentia saxa*, templum Apollinis fatidici in rupe positum, vid. Iustin. XXIV, 6.

312. seqq. Rerum harum compendium explicabit Livius XXVII, 32. *Sarmaticus Orestes*, fictum a Silio nomen ductoris Dardanorum, qui auctore Livio cap. 33. illo tempore Macedoniam infestabant. Interpres Francogallus populum Sarmaticum *Orestas* intelligit ab Orestiade regione Thracica. Sed in loco Livii XXXIII, 34. quem in notis laudat, *Orestae* sunt Macedonica gens, de qua nunc nullo modo sermo esse potest. — *Dolopes* tractum Epiri et Thessaliae incolebant. v. Thucyd. II. in fine. — 316. *belli umbram circumt.* h. e. σκιαμαχία et belli veluti simulacro usus est, ne videretur plane de incepto deiectus. cf. Liv. XXVIII, 5. sqq.

317. Denique Philippus a Romanis superatus est. Haec per partes victoriae singulas enunciat poeta. v. Livius XXXIII, 5. sqq. Et Iustinus similem harum rerum epitomen scribens lib. XXX, 4. *Macedonas*, inquit, *Romana fortuna vicit. Fractus bello Philippus pace a Flaminio consule petita, nomen quidem regium retinuit, sed omnibus Graeciae urbibus, velut regni membris extra terminos antiquae possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit.*

320. sqq. Tarentus a Fabio per proditionem recepta est Hannibal quomodo eam urbem obsederit, traditum fuerat

Ductoris titulus cauti. Sollertia tutum
Tum quoque adepta decus, captis ſine ſanguine muris.
Namque ut compertum, qui Punica ſigna regebat,
Feminea exuri flamma, tacituſque quietae
Exin virtuti placuit dolus: ire ſorori,
Nam caſtris erat in Rutulis, germanus amatae
Cogitur, et magnis muliebria vincere corda
Pollicitis, ſi recluſas tramittere portas
Concedat Libycus rector; votique potitus
Evicto Fabius Poeno circumdata telis
Incuſtodita penetravit moenia nocte.
Sed quiſnam averſos Phoebum tunc iungere ab urbe
Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem
Marcellum acciperet letum oppetiiſſe ſub armis?

P 2 Moles

323. pro *cauti* in Putean. *tanti*. 334. *averſos* Modius correxit pro vulg. *adverſos*. vid. nott.

fuerat poetae ſup. lib. XII, 434. ſq. Livii narratio de Tarento, quam Silius ſecutus eſt, extat lib. 27, 15. — *Tyndarii Tar*. Cauſas epitheti ſupra explicavimus ad lib. XII, 451. et XI, 16. — *poſtremus — titulus*, poſtrema Fabii expeditio cum laude peracta. Mox *tutum decus*, poeta ipſe explicat, dum *captos ſine ſanguine muros* addit, gloriam ſine periculo partam. — 325. *qui Pun. ſ. regebat*, Livio dicitur praefectus praeſidii Bruttiorum, quod Hannibal Tarentinis dederat. — *quietae virtuti*, Fabii, cauti et cunctatoris.

334. ſqq. Eo tempore Marcellus in Apulia caeſus. Rem narrat Livius XXVII, 25. 26. ſq. — *Quiſnam averſos* etc. quis dubitaret, intelligens eodem tempore cecidiſſe Marcellum, ſolem avertiſſe ſuos radios et equos ab urbe Roma. Sic bene Marſus. Nempe *averſum Solem*, ob horrorem et averſationem atrocis alicuius ſceleris paſſim poetae dixerunt. Sic caeſis maritis Lemniis Statius Theb. V, 297. *averſum Lemno iubar et declinia Titan Oppoſita iuga nube refert*. Quod autem Modio videbatur Silius imitatus eſſe Virgilianum locum Aen. I, 568. *non tam averſus equos Tyria ſol iungit ab urbe*, id vix ulterius quam ad verba pertineat. Nam ibi de terra a ſole remota ſermonem eſſe, Heynius quidem docuit. Niſi forte

Moles illa viri, calidoque habitata Gradivo
Pectora, et haud ullis unquam tremefacta periclis,
(Heu quantum Hannibalem clara fractura ruina!)
Procubuere. Iacet campis Carthaginis horror:
Forsan Scipiadae confecti nomina belli
Rapturus, si quis paulum Deus adderet aevo.
Collis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum
Ausonio: Dauni Mavors consederat arvis:
Curarum comes et summi Crispinus honoris
Marcello socius, communia bella ciebat.
Ad quem Marcellus: Gestit lustrare propinquas
Mens silvas, medioque viros imponere monti,
Ne Libys occultis tumulum prior occupet ausis.
Si cordi est, te participem, Crispine, laboris
Esse velim: nunquam desunt consulta duobus.
Haec

337. *calido* e scriptis. Al. *valido*. 339. Hunc versum ita legendum volebat Heins. *heu quanta, Hannibalem clarum factura, ruina Procubuere.* Et sic Lefeb. edidit, nisi quod post *ruina* signo exclamandi interpunxit. Sed nec lectio recepta sensum absurdum fundit, ut ille opinabatur.

forte haec imitatio Siliana sensum alium evincat.

337. Imaginem magni herois poeta adumbrat, obviis coloribus. *Pectora calido Grad. hab.* quis dubitet animum bellicosum et virtute flagrantem designare. Consules *ingenio feroces* Livius l. l. appellat. Quae sequuntur, laudem absolvunt, graviter et exquisite verbis elata. — 341. Sensus: fortasse Marcellus, si diutius vixisset, Scipioni gloriam confecti belli eripuisset. Ad *nomina belli* non male referas, quod Scipio ab illo bello confecto Africanus dictus fuit.

343. Livius XXVII, 26. *tumulus erat silvestris inter Punica et Romana castra* etc. In verss. 345. 46. Marcelli in Consulatu collega, T. Quintius Crispinus, designatur, qui copias suas cum Marcello iunxerat. — 347. Pleniorem narrationem Livius, ut historicus, tradidit hoc modo: *fremebant vulgo in castris Romanis, occupandum eum tumulum esse, et castello firmandum, ne, si ab Hannibale occupatus foret, velut in cervicibus hostem haberent. Movit ea res Marcellum,*

Haec ubi ſedere, ardentes attollere ſeſe
Iam dudum certant in equos. Marcellus, ut arma
Aptantem natum aſpexit laetumque tumultu,
Vincis, ait, noſtros mirando ardore vigores.
Sit praematurus felix labor. Vrbe Sicana
Qualem te vidi, nondum permitteret aetas
Cum tibi bella, meo tractantem proelia vultu.
Huc, decus, huc, noſtrum, lateri te iunge paterno,
Et me diſce novum Martem tentare magiſtro.
  Tum, pueri colla amplectens, ſic pauca precatur:
Summe Deûm, Libyco, faxis, de praeſide nunc his,
His humeris tibi opima feram. Nec plura; ſereno
Sanguineos fudit cum Iupiter aethere rores,
Atque atris arma aſperſit non proſpera guttis.

354. *tumultus* coni. Heinſ. 356. *praematuro* coni. idem, et ſic edidit Leſ. 358. pro *vultu* Heinſ. offerebat *ritu*. 361. *precatur* e ſcriptis. Vulg. *profatur*. 362. *nunc his* ex Colon. In aliis libris erat *victor*, vel *vinclis*.

cellum, et collegae, quin imus, inquit, ipſi cum equitibus paucis exploratum? etc. Haec ſuo modo Silius expoſuit. — 352. *ubi ſedere*, h. e. poſtquam convenit inter utrumque de conſilio tumuli occupandi. v. lib. II, 385. V, 121. — *ardentes equos* ſi iungas, anhelantes ad pugnam et ferocientes, noto charactere, cogitabis.

353. Marcelli filium cum A. Manlio, tribunos militum diſerte Livius l. l. induxit. Sed omnis ſcena, qua pater cum filio colloquitur, a Si[illegible] ficta eſt, epico phant[illegible] — 358. *meo vult*[illegible] et ferocia mea[illegible] ſus ait. At vix illo tempore ferocia pugnandi in puero locum habuerit. Ergo puto hoc potius notari, imitatum eſſe puerum, quaecunque pater vultu etiam et nutu militibus imperaſſet, *arte paterna et ſtimulis gaudens*, ut de Fabi[illegible] filio ſup. lib. VII, 712. — 364. *ſanguineos rore*[illegible] [illegible]ſtum omen obie[illegible] de ſuo addidi[illegible] loci Hom[illegible] Κρο[illegible] νίδης [illegible]ψοδεν ἧκεν μυδαλέας ἐξ [illegible] ἀνεκ' ἔμελλε πολλὰς ἐίμας κεφαλὰς ἄϊδι προϊα[illegible]ψειν. Et Virgil. Aen. VIII, 528. in ſimili portento: *arma inter nubem, coeli in regione*

Vixdum finitis intrarant vocibus artas
Letiferi collis fauces, cum turba volucris
Invadunt Nomades iaculis, nimboque feruntur
Aethereo similes, caeca fundente latebra
Armatos in bella globos. Circumdata postquam
Nil restare videt virtus, quod debeat ultra
Iam Superis, magnum secum portare sub umbras
Nomen mortis avet. Tortae nunc eminus hastae
Altius insurgit, nunc saevit comminus ense.
Forsan et enasset rapidi freta saeva pericli,
Ni telum adversos nati venisset in artus.
Tum patriae tremuere manus, laxataque luctu
Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.
Obvia nudatum tramittit lancea pectus,
Labensque impresso signavit gramina mento.

At

367. *volucres* vulg. 373. *habet* in scriptis Heins. Mox Rom. 2. *torvae*, unde Lefeb. coni. *tortâ hastâ*. 375. *enasset* e membranis viri docti emendarunt pro *evasset*. In Rom. 1. proxime verum *enoscet*. 376. *venisset* Colon. Vulg. *evenisset*.

ne serena, per sudum rutilare vident. Livius ita: *immolasse eo die quidam memoriae prodidere consulem Marcellum, et prima bestia caesa, iecur sine capite inventum. Auctum etiam visum in capite; nec id sane auspici placuisse, quod secundum trunca et turpia exta nimis laeta apparuissent.*

366. sqq. Nomades ex insidiis prorumpentes Romanas copias circumdant. Livius haec accurate narrat cap. 27. Silius noto ornatu poetico ea enunciat, cuius passim in hoc carmine exempla vidimus. 368. *nimbo*, turbini, *similes*, ob velocitatem impetus. *Caeca latebra*, perpetuo epitheto de insidiis, vel loco abdito, unde non conspicimur ab aliis. v. ad lib. I, 366. et V. init.

370. seqq. Singula ad epicam gravitatem mutata sunt ex historica Livii narratione, ut perpetua consuetudine appareat, Silio non tam rerum gestarum veritatem, quam ornatum poeticum curae fuisse. Nec male nunc locum ita extulit, ut animos legentium mollibus etiam sensibus et commiseratione quadam detineret, cum Livius non nisi caedes et vulnera narraret. — 375 - 79. Marcellus fortasse evasisset periculum pugnae,

nisi

At poſtquam Tyrius ſaeva inter proelia ductor
Infixum adverſo vidit ſub pectore telum,
Immane exclamat: Latias, Carthago, timere
Deſine iam leges: iacet exitiabile nomen,
Auſonii columen regni. Sed dextera noſtrae
Tam ſimilis non obſcuras mittatur ad umbras.
Magnanima invidia virtus caret. Alta ſepulcri
Protinus exſtruitur, coeloque educitur, ara.
Convectant ſilvis ingentia robora: credas
Sidonium cecidiſſe ducem. Tum tura dapeſque,
Et faſces, clypeuſque viri, pompa ultima, fertur.
Ipſe facem ſubdens, Laus, inquit, parta perennis:
Marcellum abſtulimus Latio! Deponere forſan
Gens Italûm tandem arma velit. Vos ite ſuperbae
Exſequias animae, et cinerem donate ſupremi

niſi filium ſaucium vidiſſet. Scena bene expreſſa verbis. *laxata fl. arma*, manibus exciderunt. v. ad lib. VII, 633. II, 131. IX, 120. — 379. Livius l. l. *Marcellum transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum viderunt.*

381. ſeqq. Quae ſequitur Hannibalis oratio et funeris Marcelli inſtructio, poetae ornanti debentur. In Livio nihil niſi hoc: *Annibal magnum terrorem hoſtibus morte conſulis unius, vulnere alterius iniectum eſſe ratus; ne cui deeſſet occaſioni, caſtra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert: ibi inventum Marcelli corpus ſepelit.* — 385. *dextra noſtrae tam ſimilis*, bene, ſervato arrogantiae charactere. Mox *obſcurae umbrae* ſunt illorum, qui ſine funeris et exſequiarum honore ad inferos mittuntur. 387. *ſepulcri ara*, rogus, cui ſingula in ſequentibus conveniunt, a formae ſimilitudine dictus Silio, exemplo Virgilii Aen. VI, 177. *aramque ſepulcri congerere arboribus coeloque educere certant*, ubi vid. Heyn. — Ad verſ. 390. ſq. vid. lib. X, 562. ſq. *faſces.* Nam lictores conſulum quinque vivos in hoſtium poteſtatem veniſſe, Livius tradiderat l. l. cap. 27.

394. *Vos ite* etc. Color orationis ductus e Virgil. A. XI, 24. *Ite, ait, egregias animas decorate ſupremis muneribus.* Exquiſitam formulam *ite exſequias* Dausqueius iungit hoc ſenſu: ite, et curate exſe-

Muneris officio: nunquam hoc tibi, Roma, negabo.
Alterius par atque eadem fortuna laborum
Consulis: exanimum sonipes ad signa revexit.
Talia in Ausonia. Sed non et talis Hiberis
Armorum eventus campis. Carthaginis omnes
Per subitum raptae pernix victoria late
Terruerat gentes. Ducibus spes una salutis,
Si socias iungant vires. Ingentibus orsum
Auspiciis iuvenem, ceu patria gestet in armis
Fulmina, sublimi vallatam vertice montis
Ex

396. Post hunc versum legebantur in nonnullis editt. post Nicandrum hi tres: *Quod virtute viri titulis decorare sepulcrum Ingentis bello liceat, nomenque futuros Aeternum in Rutulos possis mandare nepotes.* Hos versus in nullo antiquo libro ante Nicandrum interpolatorem lectos, et ab omnibus, etiam Drakenborchio, qui uncis inclusit, damnatos cum Cellario et Lefeb. omisi. 397. *labori* coni. Heins. vid. is ad Ovid. Amor. I. Eleg. 4, 1. — 404. *patriae ceu gestet* in nonnullis editt.

exsequias, ut fere *ire inficias* dixerint latini. 395. *cinerem donase* etc. Cineres Marcelli Romam relatos, Appianus tradit; ossa filio remissa in Romanorum castra, Plutarchus notavit. 397. 98. Livius cap. 27. *perpauci cum Crispino duobus iaculis icto, et Marcello adolescente, saucio et ipso, effugerunt.* Et cap. 30. *Exitu huius anni Crispinus consul ex vulnere moritur. Alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt.*

399. seqq. Nunc quae in Hispania post Carthaginem expugnatam inter Hasdrubalem fratrem Hannibalis et Scipionem gesta sunt, poeta narrare suo modo pergit. Conferenda est narratio Liviana inde a libri XXVII, cap. 17. — 401. *Carthag. raptae*, velut raptim, hoc est, brevissimo tempore et repentino impetu expugnatae: et sic mox v. 407. Sed vide, quanta luxuria hanc celeritatis notionem poeta inculcet, *per subitum, raptae, pernix.* — 402. *ducibus* scil. Carthaginiensibus. Sequuntur ducum illorum de Scipionis virtute iudicia. *Ingentibus auspiciis*, nempe expugnata Carthagine, *orsum*, *ceu patria*, Iovis, cuius ille filius credebatur, (v. sup. vers. 138) *fulmina gestet*, h. e. ceu fulminibus omnia prosterneret, quibus resisti nequeat. — 405. *vallatam ex oculis*, haec iunge et cogita urbem ita sublimi in
vertice

Ex oculis urbem, cumulatam ſtrage virorum,
Non toto rapuiſſe die, qua Martius ille
Hannibal in terra conſumto verterit anno,
Nec pube aequandam nec opum ubertate, Saguntum.
Proximus, applicito ſaxoſis aggere ſilvis,
Tendebat, fratris ſpirans ingentia facta,
Haſdrubal. Hic robur, mixtuſque rebellibus Afris
Cantaber, hic volucri Mauro pernicior Aſtur:
Tantaque maieſtas terra rectoris Hibera,
Hannibalis quantus Laurenti terror in ora.
Forte dies priſcum Tyriis ſollemnis honorem
Retulerat, quo, primum orſi Carthaginis altae
Fundamenta, novam coepere mapalibus urbem.
Et laetus, repetens gentis primordia, ductor

406. pro *ex oculis* Heinſ. obtulit *et ſcopulis* vel *et populis* et mox *cumulata ſtrage*. 407. *qua* e ſcriptis Heinſ. pro *qui*, *quo*, *quam*. et *in terra* pro vulg. *interea*. 408. *everterit* coni. Heinſ. vel *haud verterit*. 412. *hic* ſcripti pro *hinc*. Cortius ad marginem notavit coniecturam viri docti, *huic*, *huic vol*. 418. *ſepſere* coni. Heinſ. *cepere* ed. Parm.

vertice poſitam, ut oculi eam aſſequi prope non poſſent. 407. *qua in terra*, Hiſpania, ubi Hannibal integrum paene annum in Sagunto expugnanda conſumebat, quae *nec pube*, multitudine copiarum, *nec opum ubertate* cum Carthagine comparari poterat.

410-16. Color etiam orationis Livianus. *Proximus*, inquit Liv. cap. 18. *Carthaginienſium exercitus Hasdrubalis prope urbem Baeculam erat* etc. Sed Silius in his et caeteris, quae ſequuntur, poetam magis quam hiſtoricum agit. Cauſas et occaſionem huius omnis ad Baeculam urbem dimicationis, eiusque modum et eventum, qui accurate cognoſcere cupit, Livium adeat neceſſe eſt. Silius in mediam rem nos abripit, et ſcenas maxime epicas pingit. — *tendebat*, caſtra habebat, nota verbi poteſtate, vel ex Virg. Aen. II, 29. — 412. Populos, quos in acie habuerit Hasdrubal, definitius nominavit poeta. Livius Numidas, Baleares, et Afros appellat.

416. ſeqq. Hasdrubal cum Carthaginis natalem celebraret, a Scipione turbatus eſt. Hoc omne epiſodium fictioni Silianae deberi in promtu eſt.

Festa coronatis agitabat gaudia signis,
Pacificans Divos. Fraternum laena nitebat
Demissa ex humeris donum, quam foederis arti
Trinacrius Libyco rex, inter munera, pignus
Miserat, Aeoliis gestatum insigne tyrannis.
Aurata puerum rapiebat ad aethera penna
Per nubes aquila, intexto librata volatu.
Antrum ingens iuxta, quod acus simulavit in ostro,
Cyclopum domus. Hic recubans manantia tabo
Corpora letifero sorbet Polyphemus hiatu.
Circa fracta iacent excussaque morsibus ossa.
Ipse manu extenta Laertia pocula poscit,
Permiscetque mero ructatos ore cruores.
  Conspicuus Siculi Tyrius subteminis arte
Gramineas pacem Supersim poscebat ad aras:
Ecce inter medios hostilia nuntius arma,
Quadrupedante invectus equo, adventare ferebat.
Tur-

420. *gaudia* scripti. In vulg. *laurea.* 426. *Librata* Modius et Heins. e scriptis pro vulg. *vibrata*, quam tuetur Dausqueius. 430. *freta iacent* ed. Mediol. et Rom. 1. ubi quis adnotaverat *circa frusta iacent.*

In Livio eius rei nulla vestigia sunt. — 420. de *coronatis signis* more militari festis diebus v. Lips. de mil. Rom. IV. dial. 5. — De *laena*, qua indutus Hasdrubal fuerit, dono Hannibalis, quod is a *rege Trinacrio*, Hieronymo acceperit, omnia ficta sunt ad imitationem Virgilii Aen. V, 250. apud quem Aeneas Cloantho chlamydem auratam dono dedit. De foedere Hieronymi cum Hannibale facto vidimus sup. lib. XIV, 95. sqq.

425. sqq. Raptus Ganymedis, et antrum Polyphemi, argumenta texturae in laena expressa. In priori argumento brevior Silius fuit, cum idem videret a Virgilio latius descriptum l. c. Antri autem Polyphemi descriptionem refinxit ex elegantissima imagine Virgiliana Aen. III, 618. sqq. unde plerosque verborum ornatus hausit. 432. *conspicuus arte subt.* exquisitius quam laena artificiose texta, *pacem d. poscebat* Deos venerabatur, nota formula ex Virgil A III, 369 ubi Helenus *caesis de more iuvencis Exorat pacem*

Turbatae mentes, imperfectusque Deorum
Cessit honos: ruptis linquunt altaria sacris:
Clauduntur vallo: tenuemque ut roscida misit
Lucem Aurora polo, rapiunt certamina Martis.
Audax Scipiadae stridentem Sabbura cornum
Excepit; geminaeque acies velut omine motae.
Exclamat Latius ductor, Prima hostia vobis,
Sacrati manes, campo iacet. En age, miles,
In pugnam et caedes, qualis spirantibus ire
Assueras ducibus, talis rue. Dumque ea fatur,
Incumbunt. Myconum Laenas, Cirtamque Latinus,
Et Thysdrum Maro, et incestum Catilina Nealcen
Germanae thalamo obtruncat. Cadit obvius acri
Carthalo Nasidio, Libycae regnator arenae.
Te quoque Pyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Poenis, et vix credenda furentem,

Magnum

438. *cessat* Lefeb. ex coni. Heins. *cesset* in Colon. 450. In his nominibus valde variabant libri, ut *Cartalo, Castabo,* et *Vasidio, Vibidio, Vascidio.*

pacem divum. — 437. Hostilem adventum sacra turbasse, et in mediis sacris ominosum fuisse, nota observatio est. Helenus apud Virg. A. III, 406. *ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, et omina turbet.* Sed luxurianter Silius in singulis fere verbis illam turbationem expressit.

430. seq. Livius l. c. cap. 18. *In inferiorem campum postero die Asdrubal, postquam stantem pro castris hostium aciem vidit, equites dimisit* etc. Iam accurate pugnae ordo et modus describitur. Sed poetae, epicos colores miscenti, caedes singulares sufficiunt. — 444. *Sacrati manes.* Vmbras patris et patrui alloquitur, veluti ulturus caede hostili, et inferias mactaturus. — 447. *incumbunt*, ruunt in pugnam.

451. seqq. C. Laelii, cuius ope Scipio nunc adversus Hasdrubalem utebatur (v. Liv. XXVII, 18.) laudes poeta praedicat, adludens haud dubie, ut solet in his nominibus, ad C. Laelium huius nepotem, amicum Scipionis Africani Ciceroni inprimis celebratum. Caeterum huius loci propria quaedam elegantia et suavitas etiam Clementi

Magnum Dardaniae, Laeli, decus; omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.
Ille foro auditus, cum dulcia ſolverat ora,
Aequabat Pyliae Neleïa mella ſenectae.
Ille, ubi ſuſpenſi Patres, et curia vocem
Poſceret, ut cantu, ducebat corda Senatus.
Idem, cum ſubitum campo perſtrinxerat aures
Murmur triſte tubae, tanto fervore ruebat
In pugnam atque acies, ut natum ad ſola liqueret
Bella: nihil vitae peragi ſine laude placebat.
Tunc e furtiva tractantem proelia luce
Deiecit Galam. Sacris Carthaginis illum
Suppoſito mater partu ſubduxerat olim.
Sed ſtant nulla diu deceptis gaudia Divis.

Tunc

455. *ſolverat* e Colon. Al. *ſolveret*. 456. *Neleïa mella* e Colon. Mod. *membra* Putean. et Oxon. In Vulg. *verba*. 458. *et cantu* Marſi poſterior edit. 463. *luci* Colon. vitioſe. Sed inde Heinſ. coniecit *e furtivo luco*, Burm. *luſtro*. vid. tamen nott.

ti non admodum amico Muſae Silianae adridebat (Eſſai de critique T. I. pag. 85.) 455. In eloquentia notanda notus uſus exempli Neſtoris, ex Homero ductus Il. α, 247. ubi Neſtor ἡδυεπης, τȣ και ἀπο γλωσσης μελιτος γλυκιων ῥεεν αὐδη. Vnde *Neleïa mella* Silius finxit, et multi alii dixerunt, quos Drakenborch. laudavit. Propriam autem Silio luxuriem novimus, epithetis e longinquo petitis nomina deſignandi, ut nunc Neſtoris a Neleo, Neptuni filio, conditore Pyli, Neſtoris patriae. 457. 58. Laelius in conſulendo et perſuadendo artifex. Illuc pertinent *ſuſpenſi*, dubii, incerti quid ſequantur, huc *cantus*, in quo manifeſte ad Amphionis vel Orphei fabulas adluditur, ita tamen, ut dexteritas perſuadendi cum illius cantus efficacia comparetur. v. ſup. lib. XI, 444. et XIII, 347. — 459-62. In his virum bellicoſum et militem fortem deſignari, quis dubitet?

463. *furtivam lucem* recte Marſus expoſuit vitam, quam Gala furto matris habebat, quae eum *ſacris* Punicis *olim ſubduxerat*. De hoc ritu Carthag. quotannis pueros immolandi, diximus lib. IV, 767. ubi filio Hannibalis idem vitae periculum fuiſſe narrabatur.

Tunc Alabim, Murrum, atque Dracen, demiſit ad umbras,
Femineo clamore Dracen extrema rogantem:
Huius cervicem gladio inter verba preceſque
Amputat: abſciſo durabant murmura collo.
At non ductori Libyco par ardor in armis.
Frondoſi collis latebras ac ſaxa capeſſit
Avia, nec caedes extremave damna movebant
Agminis. Italiam profugus ſpectabat et Alpes,
Praemia magna fugae. Tacitum dat teſſera ſignum:
Dimiſſa in colles pugna ſilvaſque ferantur
Diſperſi, et ſummam, quicunque evaſerit, arcem
Pyrenes culmenque petat. Tum primus, honore
Armorum exuto, et parma celatus Hibera,
In montes abit, atque volens palantia linquit
Agmina. Deſertis Latius victricia ſigna
Immit-

470. *abſciſo* e ſcriptis et ed. antiq. pro vulg. *abſciſſo*, quod primus Nicander in Iuntina edidit. 480. *volens* e ſcriptis pro *volans*.

tur. Ergo *ſuppoſitus partus* eſt, alienus, oblatusque iis, qui infantem ad ſacra poſcebant. Hinc et *deceptos Divos* expedies, felici brevitate expreſſam ſententiam. — Ad verſ 470. vid quae in loco ſimili lib. IV, 173. notavimus. Pertinebat ſcilicet ad epicam carminis formam, etiam caedes et mortes ornare verbis, ac veluti arte quadam et caedentes, et caeſos commendare lectoribus.

471. ſeqq. Livius XXVII, 19. *Aſdrubal iam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantisque praemiſſis, quamplurimos poterat de fuga excipiens, praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit.* Hanc Haſdrubalis fugam Silius ſuo modo, ornandi magis libidine, quam hiſtorica veritate et ordine ductus extulit, ut luxuriantem in his et prope loquacem ſe prodiderit. De *teſſera* verſ. 475. vid. ad lib. VII, 347. ubi eodem ſenſu *diſcurrit teſſera caſtris.* — 481. De praeda caſtrorum hoſtilium Livius l. c. ita: *Scipio caſtris hoſtium potitus, praeter libera capita omnem praedam militibus conceſſit.* Quod autem poeta addit, Hasdrubalem *providiſſe*, relicta caſtrorum praeda hoſtem *iras a caede*

Immittit miles castris. Non urbe recepta
Plus ulla partum praedae, tenuitque moratas
A caede, ut Libycus ductor providerat, iras.
Fluminei veluti deprensus gurgitis undis,
Avulsa parte inguinibus causaque pericli,
Enatat intento praedae fiber avius hoste.
Impiger occultis Poenus postquam abditur umbris,
Saxosae fidens silvae, maiora petuntur
Rursus bella retro, et superari certior hostis.
Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt,
HASDRUBALIS SPOLIUM GRADIVO SCIPIO VICTOR.

Terrore interea posito trans ardua montis
Bebrycia populos armabat Poenus in aula,
Mercan-

484. *providerit* Colon. Parm. Al. *additur*.

488. *abditur* scripti duo, Rom. 2.

caede moratas retenturum, nec se persecuturum, id puto ideo factum esse, ut sequenti comparationi locus esset, eaque carmen distingui posset. Nota fabula est de fibro s. castore inguen, cuius causa capitur, avulsum sibi abiiciente, ut ipse salvus evadat. Hinc Iuvenali Sat. 12. dicitur *cupiens evadere damno testiculorum.* v. Aelian. VI, 34. Plin. VIII, 30.

488-92. Livius cap. 20. init. *De bello inde consilium habitum, et auctoribus quibusdam, ut confestim Asdrubalem persequeretur, anceps id ratus, ne Mago et Asdrubal cum eo iungerent copias, praesidio tantum ad insidendum Pyrenaeum misso, ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumsit.* Huius narrationis levia tantum vestigia poeta expressit. — *umbris* nemorum montis Pyren. obvia metaphora, unde mox *saxosas silvas* infert. Deinde *certior superari hostis* dicitur, cuius victoriam certius sperabat Scipio, unde *maiora bella* ei *petebantur retro*, quatenus omissa persecutione Hasdrubalis reliquos Poenorum duces oppugnare meditabatur.

493. Hasdrubal militem mercenarium ex Gallis conducit. Livius XXVII, 29. Arvernos populos, deinde Gallicas et Alpinas gentes nominat, quae illum non solum receperint, sed etiam in bellum secutae sint. Silius autem, ut poeta, Gallicum tractum, unde milites

Mercandi dextras largus, belloque parata
Prodigere in bellum facilis. Praemissa feroces
Augebant animos argenti pondera et auri,
Parta metalliferis longo discrimine terris.
Hinc nova complerunt haud tardo milite castra
Venales animae, Rhodani qui gurgite gaudent,
Quorum serpit Arar per rura pigerrimus undae.
Iamque, hieme affecta, mitescere coeperat annus.
Inde, iter ingrediens rapidum per Celtica rura,
Miratur domitas Alpes, ac pervia montis
Ardua; et Herculeae quaerit vestigia plantae,
Germanique vias divinis comparat ausis.
  Vt vero ventum in culmen, castrisque resedit
Hannibalis, Quos Roma, inquit, quos altius, oro,
Attollit muros, qui post haec moenia, fratri
Victa meo, stent incolumes? Sit gloria dextrae
Felix tanta precor: neve usque ad sidera adisse
Invideat laevus nobis Deus. Agmine celso

Inde

496. *promissa* Putean. Rom. 1. et Mediol. vitiose: vid. nott. 500. *quae gaudent* Putean. 511. *neu quisquam ad sidera adisse* coni. Heins.

milites Hasdrubal conduxerit, designat primum *Bebrycia aula*, h. e. Bebrycibus, populo non procul a Pyrenaeis in Gallia Narbon. sito, de quo vidimus sup. lib. III, 423. deinde his, qui *Rhodanum* et *Ararem* accolunt. Haec omnia poeticis coloribus expressa effert, inprimis operoso verborum ambitu militem pecunia conductum inculcans. cf. lib. V, 195.

502. seqq. Hasdrubal Alpes ascendit cum copiis. Haec Livius l. l. et cap. 36. secundum veritatem historicam tradit. Poeta pro more narrationem Livianam ita mutavit, ut verbis et rebus carmen epicum commendaret. — *hiems affecta* est pene finita, ad finem vergens. *Alpes domitas*, superatas itinere, ut passim supra lib. II, 356. IV, 4. designat *Herculis*, qui primus viam per eas muniverat *vestigiis*, et *Germani* Hannibalis *viis*. 508. *Quos Roma* etc. miratur Hasdrubal, fratris armis nondum Romam occupatam esse, quum tam immanes montes superaverit. Recte ita Marsus. Iam *haec moenia*

Inde alacer, qua munitum declivis ab alto
Agger monſtrat iter, properatis devolat armis.
Non tanto ſtrepuere metu primordia belli:
Nunc geminum Hannibalem, nunc iactant bina coire
Hinc atque hinc caſtra, et paſtos per proſpera bella
Sanguine ductores Italo coniungere Martem,
Et duplicare acies; venturum ad moenia curſu
Hoſtem praecipiti, et viſurum haerentia porta
Spicula, Eliſſaeis nuper contorta lacertis.
His ſuper infrendens ſic ſecum Oenotria tellus:
Tantone, heu Superi! ſpernor contemta furore
Sido-

520. *porta* ſcripti et ed. veteres. Vulg. *portae*.

moenia ipſas Alpes dicit, ut *muris* urbis opponantur. Mox precatur, ut dii virtuti fratris et itineri ſuo, quo paene *ad ſidera* uſque penetraverit, felicem ſucceſſum et eventum largiantur.

515-21. Ne in ipſo quidem belli initio, ſub adventum ipſius Hannibalis tantus hominum metus fuit, quantus nunc, cum Hasdrubalem audiviſſent Alpes ſuperaſſe. Livius XXVII, 44. *Romae haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio ante, quum caſtra Punica obiecta Romanis moenibus portisque fuerant.* — Sequentia omnia e Livianis traducta ſunt, ubi lib. XXVII, 40. homines ita loquebantur: *nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi nominis duces circumſtare urbem Romanam, et unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuiſſe.* Deinde alio tempore cap. 44. *nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus*, duos prope Hannibales in Italia eſſe etc. — 521. *Eliſſaeis lac.* a Poenis, Hannibalis militibus.

522. ſeqq. Sequitur epiſodium quoddam de Oenotria tellure, quae aegre ferens Hasdrubalis ad Romam impetum, Claudium Neronem ad auxilium Romae ferendum ex Lucanis excitat. — In promtu eſt, quonam hoc omne phantaſma pertineat. Nempe poetae vulgare et proſaicum erat, ex veritate hiſtorica narrare, quomodo factum ſit, ut Claudius Nero, cui in Lucanis adverſus Hannibalem dimicandum erat, praeſidio ibi relicto verſus Romam contenderet. Hoc enim Liv. XXVII, 36-43. accurate tradiderat. Ergo hac proſopopoeïa utitur, non

Sidoniae gentis, quae quondam ſceptra timentem
Nati Saturnum noſtris conſidere in oris,
Et regnare dedi? Decima haec iam vertitur aeſtas,
Ex quo proterimur: iuvenis, cui ſola ſuperſunt
In Superos bella, extremo de litore rapta
Intulit arma mihi, temeratiſque Alpibus ardens
In noſtros deſcendit agros. Quot corpora texi
Caeſorum, ſtratis toties deformis alumnis!
Nulla mihi floret baccis felicibus arbor;
Immatura ſeges rapido ſucciditur enſe;
Culmina villarum noſtrum delapſa feruntur
In gremium, foedantque ſuis mea regna ruinis.
Hunc etiam, vaſtis qui nunc ſeſe intulit oris,
Perpetiar, miſeras quaerentem exurere belli
Reliquias? Tum me ſcindat vagus Afer aratro,
Et Libys Auſoniis commendet ſemina ſulcis,
Ni cuncta, exſultant quae latis agmina campis,
Vno condiderim tumulo. Dum talia verſat,

Et

531. *Caeſorum heu ſtratis* vulg. Sed voc. *heu* primum in Iuntina Nicandri apparuit. 535. *mea terga* coni. Heinſ. 536. *hunc* Colon. Al. *nunc*.

non inepte, ſi varietatem carminis probes, ut Italiae imaginem, vel genium quendam inducat lamentantem hoſtis adventantis metum, et Claudium Neronem ad opem ſibi ferendam excitantem. Sed fortaſſe nimia loquacitas eſt, qua epiſodium ornavit et extulit. — 524. De Saturno Iovis arma fugiente, et in Italia latente, nota fabula eſt. vid. Virgil. A. VIII, 319. — 527. *cui ſola — bella*, qui prope omnem terrarum orbem debellavit, et mox, more Gigantum, ipſum Olympum petet. Acerba vox in Hannibalis furorem et arrogantiam elata. — 528. *extremo de lit.* ex ultima Hiſpania. v. ad lib. VII, 171. lib. I, 141. et infr. verſ. 643. Mox *temeratas* Alpes invidioſe Tellus vocat, quatenus primus eas Hannibal poſt Herculem calcaverat, et veluti profanaverat veſtigiis ſuis. Vnde *intemerata ſaxa* ſupra dicuntur, lib. III, 499. ad quae praeter Herculem nemo adſcenderat.

536. *hunc etiam* Hasdrubalem *perpetiar*, qui *exuret* reli-

Et thalamos clausit nox atra hominumque Deûmque,
Tendit Amyclaei praeceps ad castra nepotis.
  Is tum, Lucanis cohibentem finibus arma,
Poenum vicini servabat cespite valli.
Hic iuvenem aggreditur Latiae telluris imago:
Clausorum decus, atque, erepto, maxima Romae
Spes Nero, Marcello, rumpe, atque expelle quietem.
Magnum aliquid tibi, si patriae vis addere fatis,
Audendum est, quod, depulso quoque moenibus hoste,
Victores fecisse tremant. Fulgentibus armis
Poenus inundavit campos, qua Sena relictum
Gallorum a populis servat per secula nomen.
Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas,
Serus deletae post auxiliabere Romae.
Surge, age; fer gressus. Patulos regione Metauri
Damnavi tumulis Poenorum atque ossibus agros.
His

555. *dilectae* Putean.

reliquias belli, h. e. ea penitus consumet, quae ab Hannibale relicta erant, adeoque plane ad incitas rediget imperium Rom.

543 *Amyclaeus nepos*, quo sensu Claudius Nero dicatur, iam supra explanavimus ad lib. VIII, 414. Et cf. Livius XXVII, 40. sqq ut quomodo *Lucanis finibus arma cohibuerit*, et *Poenum servaverit*, intelligas. 547. *Clausorum*. vid. Virgil. Aen. VII, 706. et ex lib. VIII. l. l. — 549. poeta Italiae imaginem ea loquentem et adhortantem inducit, quae apud Livium ipse Claudius pronunciabat cap. 43. *audendum ac novandum aliquid inprovisum, inopinatum, quod coeptum non minorem apud cives, quam hostes terrorem faceret; perpetratum in magnam laetitiam ex magno metu verteret.* — 550. *quod victores fecisse trem.* i. e. quod ita arduum et periculosum sit, ut cum perpetratum fuerit, ipsi victores rei magnitudinem admirentur. Felici brevitate sententiam summi ponderis et magni ambitus expressam agnosco. 552. *qua Sena* etc. h. e. ad Senam Gallicam s. Senogalliam in Vmbria. v. Liv. XXVII, 46. et sup. lib. VIII, 455. — 557 *damnavi*,

His dictis abit, atque abscedens visa paventem
Attrahere, et fractis turmas propellere portis.
Rumpit flammato turbatus corde soporem,
ac supplex, geminas tendens ad sidera palmas,
Tellurem Noctemque, et coelo sparsa precatur
Astra, ducemque viae tacito sub lumine Phoeben.
nde legit dignas tanta ad conamina dextras.
Quaque iacet superi Larinas accola ponti,
Qua duri bello gens Marrucina, fidemque
xuere indocilis sociis Frentanus in armis.
Tum, qua vitiferos domitat Praetutia pubes,
aeta laboris, agros, et penna, et fulmine, et undis
ibernis, et Achaemenio velocior arcu
volat. Hortator sibi quisque: Age, perge, salutem
usoniae ancipites Superi, et, stet Roma cadatne,
n pedibus posuere tuis, clamantque, ruuntque.

558. *abscedens* e Colon. Mod. pro vulg. *ascendens.* In Cod. Tel. *abscendens.* Deinde Rom. 2. *iussa paventem.*

navi, destinavi, sed illud erbius et fortius. Ad *Meurum* fl. Hasdrubal postea esus est.

561. sqq. Harum precum, as ipsi Claudio tribuit poe-, vestigia sunt in Livio, d factarum a militibus, quom animos ille oratione sua nfirmaverat. v. Liv. XXVII, 5. *tacitum lumen* Phoebes dit, ut Virgil. *tacitae silentia nae*, Aen. II, 255. ubi vid. eyn. Deinde quae sequitur verss. 565. itineris descriio, itidem ex Livianis adubrata est cap. 43. *Praessi per agrum Larinatem, arrucinum, Frentanum, Praetianum, qua exercitum ducturus erat, ut commeatus in viam deferrent* etc. *Ipse de toto exercitu civium sociorumque, quod roboris erat, delegit* etc. quae versu 564. expressa sunt. De ipsis regionibus diximus sup lib VIII, 404. 521. *Praetutiani* agri vina passim Plinius memoravit, ut lib. XIV, 6. 7. — Sed summa luxuria est, qua poeta verss 569. 70. itineris velocitatem exaggerat, *penna, fulm. undis hib. et Achem. arcu velocior evolat.* Sed aequalem habet Claudianum Rapt. Pros. II, 198 sq. ubi et Gesnerus docuit *bibernas undas* esse torrentem e tempestate ortam, Homericum χειμέριον ὕδωρ Il.

Hortandi genus acer habet praecedere ductor.
Illum, augent cursus, annisi aequare sequendo,
Atque indefessi noctemque diemque feruntur.
At Roma adversi tantum mala gliscere belli
Accipiens, trepidare metu, nimiumque Neronem
Speravisse queri, atque uno sibi vulnere posse
Auferri restantem animam. Non arma, nec aurum,
Nec pubem, nec, quem fundant, superesse cruorem
Scilicet Hasdrubalem invadat, qui ad proelia soli
Hannibali satis esse nequit? Iam rursus, ubi arma
Avertisse suo cognorit devia vallo,
Haesurum portis Poenum: venisse, superbo
Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
Vrbis deletae: fremit amens corde sub imo
Ordo Patrum, ac magno interea meditatur amore
Servandi decoris, quonam se fine minanti
Servitio eripiat, Divosque evadat iniquos.
Hos inter gemitus obscuro noctis opacae

Suc

577. *tantum et mala* erat in scriptis Heins. Vnde Lefeb. e dit *tantum, en, mala*, emphasin elegantissimam hic sentie 579. *spiravisse* coni. Heins. 581. *quem fundas* id. hoc s su: ipsa Roma quod effundat sibi cruoris, nil superesse. 5 Versus a Modio e Colon. correctus pro vulg. *Scilicet Hasdru lem invadant, ad proelia* etc. Illo modo etiam Barth. ex Ox 587. *sub imo* e Colon. Mod. Sic et in editt. priscis. Al. *sub*

Il. ψ, 420. cf. Ovid. Trist. I, 11. 33. et sup. lib. X, 11. Incommode etiam et nimis argute dictum sentio, *Superos salutem in pedibus posuisse*, h. e. omnem spem victoriae et fortunae in celeritate positam. Sed sobriam et naturalem eiusdem festinationis notationem Livius exhauserat cap. 45. *Modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium sumerent: nihil morari, nec a signis absistere ci-*

bum capientes: diem ac noct ire: vix quod satis ad natur desiderium corporum esset, q ti dare. 574. ductor hor batur exemplo suo, dum i alacriter praecedebat agm

577. sqq Romanorum n tus, cuius supra vers. 5 mentionem obiter fecerat eta, nunc uberior descrip sequitur, ex Livii cap. mutuata.

591. sqq. cf. Liv. XX 46. Quae de M. Livio Cl

Succedit castris Nero, quae coniuncta feroci
Livius Hasdrubali vallo custode tenebat.
Belliger is quondam, scitusque accendere Martem
Floruerat primo clarus pugnator in aevo.
Mox falso laesus non aequi crimine vulgi,
Secretis ruris tristes absconderat annos.
Sed, postquam gravior moles terrorque periclo
Poscebat propiore virum, revocatus ad arma
Tot caesis ducibus, patriae donaverat iram.
At non Hasdrubalem fraudes latuere recentum
Armorum, quanquam tenebris nox texerat astus.
Pulveris in clypeis vestigia visa movebant,
Et properi signum accursus, sonipesque, virique
Substricti corpus; bis clarum buccina signum
Praeterea gemino prodebant iuncta magistro

 Castra

594. *belliger is* Colon. Tel. Rom. 1. pro vulg. *belligeris.* 597. *secretis ruris* e Colon. Mod. et Heins. Vulg. *secretus ruri.* 600. *donaverat* Colon. Tel. Rom. 2 Marsus in Commentario Al. *devoverat.* 601. *repentum* pro repentinorum, coni. Heins. 603. *movebant* Colon. Mod. et Oxon. In Put. *manebant.* Vulg. *monebant.*

lii collega sequuntur, expelias licet ex his Livianis cap. 34. *M. Livius erat multis ante annis ex consulatu populi udicio damnatus. Quam ignominiam adeo aegre tulerat, ut t rus migraret, et per multos nnos et urbe et omni coetu areret hominum* etc. Causam lamnationis Livii prodidit Frontin. Stratag. IV, 1. quod raedam non aequabiliter diiserat militibus. — 600. *donav. iram,* remisit iram, qua dversus patriam commotus rat. cf. Sidon. Apoll. II, 530. sus hoc exemplo Livii Saliatoris ut reprobaret Romae expetitum auxilium eorum, quos damnaverat.

601. seqq. Hasdrubal hostium adventum sentiens, at de eorum numero et statione sollicitus noctu castris relictis ad Metaurum fl. signa refert. Haec accurate narrat Livius cap. 47. unde singula momenta excerpsit, et poetico sermone extulit Silius. — *recentum armorum*, scil. Neroris, qui ex Lucanis profectus se cum Livio coniunxerat, verss. 591. 92. Iam enumerantur indicia, e quibus Hasdrubal consulum adventum repentinum suspicatus fuerit, *pulvis,*

Castra regi. Verum, fratri si vita supersit,
Qui tandem licitum socias coniungere vires
Consulibus? Sed enim solum (dum vera patescant)
Cunctandi restare dolum, Martemque trahendi.
Nec consulta fugae segni formidine differt.
Nox, somni genitrix, mortalia pectora curis
Purgarat, tenebraeque horrenda silentia alebant:
Erepit, suspensa ferens vestigia, castris,

E

604. Locum e MStis Colon. et Oxon. viri docti emendarunt
cum vulgo legeretur *Et propere signum ad cursus.* 605. Lefeb
expressit lectionem Cod. Colon. *stricti corpus*, *bis clarum quoq*
buccina signum etc. et intelligendam censet *coarctationem*, de qu
Livius XXVII, 46. circa initium, potius quam ad vocem *strig*
siores cap. 47. In eo fuit, inquit, haec coarctatio signum pro
peri accursus, quod hinc videbantur Romam nondum sat tem
poris habuisse ad castra more solito ponenda. Haec ille. Se
vid. nott. nostrae. 609. *patescant* e Colon. pro vulg. *pate*
cunt. 614. *erepit* e Colon. *eripit* Oxon. *eripuit* Parm. A
erupit.

pulvis in clypeis, ex motu agminis vehementiori, deinde *equi* et *viri corpus substricti*, h. e. ex continuis itineris laboribus graciles, languidi. Ipse Livius memorat fuisse, qui suaderent Neroni, ut *fessum via ac vigiliis militem reficeret*, l. c. cap. 46. Et mox cap. 47. init. *Hasdrubal ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quae ante non viderat, et strigosiores equos*, (hi sunt Silio *substricti corpus*) *multitudo quoque maior solito visa est.* Denique duos consules adesse Hasdrubal suspicabatur ex *buccinae signo bis dato.* Ita diserte Livius l. l. *Illud veterem ducem adsuetumque Romano hosti movit, quod bis in ca-*

stris consularibus referebant c
cinisse. duos profecto consul
esse cura angebat. — 607. *V*
rum, si etc. vox Hasdrubal
solliciti et incerti, quona
modo alter consul ab Hann
bale abscessisset. Livius etia
pluribus verbis Hasdrubale
inducit de illa re coniectura
tem, v. c. *haud mediocri cla*
absterritum Hannibalem insiq
non ausum. interdum, liter
suas ad eum non pervenisse, c
dere; interceptisque iis cons
lem ad se opprimendum acce
rasse. His anxius curis, e
stinctis ignibus, vigilia pri
dato signo, ut taciti vasa co
gerent, signa ferri iussit e
Haec iam in sequentibus s
modo Silius expressit.

611. sqq. Hasdrubal no

fug

Et muta elabi tacito iubet agmina paſſu.
Illunem nacti per rura tacentia noctem
Accelerant, vitantque ſonos: ſed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit. Implicat actas
Caeco errore vias, umbriſque ferentibus arto
Circumagit ſpatio ſua per veſtigia ductos.
Nam, qua curvatas ſinuoſis flexibus amnis
Obliquat ripas, refluoque per aſpera lapſu
In ſeſe redit, hac, caſſo ducente labore,
Exiguum involvunt fruſtratis greſſibus orbem,
Inque errore viae tenebrarum munus ademtum.
  Lux urget, panditque fugam. Ruit acer apertis
Turbo equitum portis, atque omnis ferrea late
Tempeſtas operit campos. Nondum arma manuſque

616. *illunem* e Colon. Parm. Beneſ. In Oxon. et aliquot editt. *in lumen*, *illumen*, *illumem*. 617. *vitantque ſonos* e Colon. Modius. Vulg. *vitant ſocios*. Barth. *vitant ſonitus* cum et in Oxonio *ſocios* reperiſſet. 621. *ſinuoſis* Colon. al. *ſinuatis*. 624. pro *exiguum* Heinſius offerebat *irriguum*. 627. *omnes* coni. Heinſ.

fugam clam capeſſit. Liviana iam antea dedimus. Sed poeta hunc locum eleganti oratione extulit, quamvis non ſine luxurie colorum, quibus clandeſtinam fugam, eamque noctu factam deſcriberet. — 618-25. Livius cap. 47. *Hasdrubal, dum lux viam oſtenderet, ripa fluminis* (Metauri) *ſigna ferri iubet; et per tortuoſi amnis ſinus flexusque errorem volvens, haud multum proceſſit.* Haec poeta verbis ornat, luxurianter iterum et operoſo colorum apparatu, cuius ſimilem iam vidimus ſup. lib. VII, 135. et IX, 227. XIII, 139. Hinc *caecum errorem* expedies; cogitabis Hasdrubalem nocturni itineris errore, et fluminis, quod ſequebatur, curvo flexu ita deluſum, ut veluti in orbem illuc rediret, unde venerat, quas poeta *actas errore vias*, et mox *caſſum laborem* dicit, et *fruſtratos greſſus*. Addit *tenebrarum munus*, quibus ad fugam uti volebat, *ademtum*, quia hae ipſae tenebrae illum errorem viae et orbem itineris fecerant.

626. ſeqq. Committuntur acies ab utraque parte. Ecce poetam, qui ſine ambagibus in media arena lectores collocat; et lege Livium XXVII.

Permixtae, iam tela bibunt praemiſſa cruorem.
Hinc, iuſſae Poenum fugientem ſiſtere, pennae
Dictaeae volitant; hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicunque viro, quem prenderit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidique coactas
Conſtituunt acies, et ſpes ad proelia vertunt.
Ipſe inter medios (nam rerum dura videbat)
Sidonius ductor, tergo ſublimis ab alto
Quadrupedantis equi, tendens vocemque manuſque,
Per decora, extremo vobis quaeſita ſub axe,
Per fratris laudes, oro, veniſſe probemus
Germanum Hannibalis: Latio Fortuna laborat
Adverſis documenta dare, atque oſtendere, quantus
Verterit in Rutulos domitor telluris Hiberae,
Suetus ad Herculeas miles bellare columnas.

Forſi-

629. *praemiſſa* e membranis Mod. et Heinſ. Al. *permiſſa, permixta.* 632. *prenderit* Colon. Vulg. *prendidit.* 634. *conſtituunt* Colon. Parm. pro vulg. *conſiſtunt.* 635. pro *videbat* Heinſ. coni. *iubebant.* 637. *intendens* coni. Heinſ.

48. ut formam narrandi hiſtoricam ex rerum geſtarum veritate et fide expreſſam cognoſcas. — 627. *turbo,* ex impetu prorumpentium agminum; unde mox *tempeſtas ferrea*, variata imagine, quam alibi *telorum nubem* dixit, ut lib. I, 311. II, 37. et *ferream tellorum ſegetem* Virg. A. III, 45 — 629. *tela bibunt cr.* vid. ad lib. VI, 293. — 631. *turbine nigro*, ob denſam copiam lancearum, quae veluti tenebras quasdam induceret. vid. lib. II, 37. ubi abſolutior imago, lib. IV, 552. et inf. verſ. 768.

635. ſqq. Hasdrubal ad pugnam coactus milites ſuos alloquitur. In Livianis cap. 49. haec ſunt: *Ille* (Hasdrubal) *pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula, ſuſtinuit: ille feſſos, abnuentesque taedio et labore, nunc precando, nunc caſtigando, accendit: ille fugientes revocavit.* Sed haec potius pertinent ad locum ſequentem inf. verſ. 740. — 638. *extremo ſub axe* v. ſupr. ad verſ. 528. — 640-43. Fortuna ſtudet populo Romano calamitatibus probare, quales ſint milites, qui devicta Hiſpania in Italiam

Forſitan et pugnas veniet germanus in ipſas.
Digna viro, digna, obteſtor, ſpectacula pleno
Corporibus properate ſolo. Quicunque timeri
Dux bello poterat, fratri iacet: unica nunc ſpes,
Et poena et latebris infracto Livius aevo
Damnatum offertur vobis caput. Ite, agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, et turpi finem donate ſenectae.
At contra Nero: Quid ceſſas cluſiſſe labores
Ingentis belli? Pedibus tibi gloria, miles,
Parta ingens: nunc accumula coepta ardua dextra.
Heu! temere abducto liquiſti robore caſtra,
Ni factum abſolvit victoria. Praecipe laudem:
Adventu cecidiſſe tuo memorabitur hoſtis.

644. *veniat* Colon. Rom. 2. quod expreſſit Lefeb. pro vulg. *veniet*. 645. *digna viri, o* coni. idem Heinſ. 648. *et poena et lat.* e Colon. pro vulg. *et pene e latebris*. Barthius *ex poenae latebris*. 651. *turpi* Colon. Al. *turpis*. 655. *cluſiſſe* Putean. et editt. principes. Vulg. *clauſiſſe*. 655. *abducto liquiſti* e Colon. Vulg. *adducto rupiſti*. 656. *praecipe* Putean. et Oxon. Sed Lefeb. ex vulg. et Rom. 1. edidit *praeripe*, nec ſatis illius vocabuli vim adſecutus eſſe videtur.

liam venerint. 646. *properate ſpectacula* etc. operam date pugnando, ut dignum Hannibale ſpectaculum aperiatis, *plenum corpor. ſolum*, h. e. cadaveribus hoſtium ſtratum. — 647. *fratri iacet*, iam abſumti et caeſi a fratre meo ſunt. Ergo duces praeſentes Romanorum in contemtum trahit, inprimis Livium extenuans, *infracto aevo*, ſenem decrepitum et invalidum, *ex poena et latebris*, de quibus ſupra dictum eſt ad verſ. 596. ſqq. quo etiam *damnatum caput* pertinet, ut populi iudicio olim damnati.

652. ſqq. Sequitur Neronis ad milites oratio, cuius levia tantum veſtigia apud Livium reperiuntur, ut cap. 48. cum Claudius, *quid ergo praecipiti curſu tam longum iter emenſi ſumus?* militibus clamitaret. Sed hanc ſolam ſententiam Silius poetica ratione dilatavit, cf. Liv. cap. 45. ubi uberior Neronis ad milites adhortatio extat. — *pedibus*, celeri curſu ex Apulia, quo huc perveniſtis. 657. *adventu memorabitur*, velut altero Caeſaris facinore, qui cum primum veniſſet, etiam vincebat.

Parte alia, inſignis nudatis caſſide canis,
Livius: Huc, iuvenes, huc me ſpectate ruentem
In pugnas: quantumque meus patefecerit enſis,
Tantum intrate loci; et tandem praecludite ferro
Iam nimium patulas Poenis graſſantibus Alpes.
Quod ni veloci proſternimus agmina Marte,
Et fulmen ſubitum Carthaginis Hannibal adſit,
Qui Deus infernis quenquam noſtrum eximat umbris?
Hinc, galea capite accepta, dicta horrida ferro
Sancit, et, obtectus ſenium, fera proelia miſcet.
Illum, per cuneos et per denſiſſima campi
Corpora tot dantem leto, quot ſpicula torſit,
Turbati fugere Macae, fugere feroces
Autololes, Rhodanique comas intonſa iuventus.
Fatidicis Nabis veniens Hammonis arenis
Improba miſcebat ſecurus proelia fati,
Ceu tutante Deo; ac patriis ſpolia Itala templis
Fixurum vano tumidus promiſerat ore.
Ardebat gemma Garamantide caerula veſtis,

Vt

661. *tantum praecl.* Oxon. Rom. 1. Parm. Mediol. 665. *quis Deus* vulg. 672. *Nabus* Putean. *fatidicus Nabis* Mediol. 674. *ſpolia Itala templis* ex Codd. Colon. Oxon. Putean. et Rom. pro vulg. *ſpolia improba terris.*

658. ſqq. Huius orationis Livianae materiem Silianae eloquentiae debemus. Livius nulla illius conſulis ad milites verba retulit. — 661. *praecludite ferro Alp.* veluti obſtruite cadaveribus. Nota multis exemplis ratio caedem hoſtium commendandi. vid. lib. VI, 603. XI, 138. — 664 *fulmen Carth.* vid. lib. VII, 106. — 671. *Rhodani iuventus*, Galli, *comas intonſa*, quatenus his moris erat comam paſcere, unde Gallia comata dicta eſt. Ita Drakenborch. adverſus D. Heinſium, qui de coma votiva accipiebat. cf. Plin. XI, 37. et IV, 17.

672. ſqq. Scenam caedibus cruentam aperturus, pro more, poeta, de *Nabi* quodam Marmarico, templi Hammonis Garamantici accola et ſacerdote epiſodium praemittit. De iis rebus, quae ad Hammonem illum pertinent, ſatis

Vt cum ſparſa micant ſtellarum lumina coelo,
Et geminis galeam, clypeumque accenderat auro.
Caſſide cornigera dependens infula ſacros
Prae ſe terrores Divûmque ferebat honorem.
Arcus erat pharetraeque viro, atque incocta ceraſtis
Spicula, et armatus peragebat bella veneno.
Nec non, cornipedis tergo de more repoſtus,
Suſtentata genu per campum pondera conti
Sarmatici prona adverſos urgebat in hoſtes.
Tum quoque transfixum telo per membra, per arma,
Conſulis ante oculos, magno clamore Sabellum
Aſportabat ovans, et ovans Hammona canebat.
Non tulit hanc iram tantoſque in corde tumores
Barbarico ſenior, telumque intorſit, et una
Praedam animamque ſimul victori victor ademit.
Aſſilit, audito triſtis clamore ruinae,
Haſdrubal, et coeptantem Arabum raptare peremto
Gemmi-

679. *conigera* coni. Heinſiorum. Sed vid. nott. 681. *arcus erant* coni. Heinſ. 686. *tum quoque* Colon. Rom. 2. Al. *tanto*. 692. *aſſilit* e Colon. In Oxon. *adſiſtit*. Vulg. *adſtitit*. 693. *Arabum* Scripti libri cum Rom. 2. et nonnullis aliis. In caeteris *Atabum*.

tis diximus ſup. ad lib. I, 414. et alibi paſſim. *improba proelia*, ſaeva intelligo, cum immani furore, quia *ſecurus fati*, et fretus auxilio Dei ſui mortem et pericula negligebat. vid. lib. IV, 538. XII, 186. XIII, 761. — 678. *accenderat*, pro vulg. inductum auro clipeum gerebat, noto ornatu. Ita Virgilio Georg. IV, 99. *ardentes auro* apes. Aen. V, 87. *maculoſus et auro ſquamam incendebat fulgor*. II, 734. *ardentes clypeos*. — De *caſſide cornigera* pete locum lib. I, 415. — 681. *incocta ceraſtis*, infecta veneno, quo mox *armatus* dicitur, more Scythico et affinium populorum ſupra paſſim notato. vid. lib. I, 322. — 684. *ſuſtentata genu p. conti*, obnixa genu, ob longitudinem et pondus, ut in ſimili loco apud Valer. Flacc. VI, 236. Scythis et Sarmatibus proprium id telum praeter Valer. Fl. etiam Statius extulit Achill. II, 418. et Iſcan. bell. Troi. VI, 494.

690. *ſenior*, Livius Conſul.

Gemmiferi ſpolium cultus, auroque rigentes
Exuvias, iaculum a tergo perlibrat ad oſſa.
Iam correpta miſer geminis velamina palmis
Carpebat propere, et tepidos nudaverat artus.
Concidit, et ſacras veſtes atque aurea fila
Reddidit exanimo, ſpoliatum lapſus in hoſtem.
At Canthus Rutulum, Canthus poſſeſſor arenae,
Qua celebre invicti nomen poſuere Philaeni,
Ditem ovium Rutulum obtruncat, cui mille ſub altis
Lanigerae balant ſtabulis. Ipſe, otia molli
Exercens cura, gelido nunc flumine ſoles
Frangebat nimios pecori, nunc laetus in herba
Tondebat niveae ſplendentia vellera lanae,
Aut, pecus e paſtu cum ſeſe ad tecta referret,
Noſcentes matrem ſpectabat ovilibus agnos.

Occu-

697. Cod. Putean. Tel. et editt. priſcae *trepidos*. Marſus in Commentario *tepidos* vulgatam lectionem agnoſcit. 700. Verſus ab Heinſio emendati. Vulgo legebatur *At Canthus Libycae latae poſſeſſ. bar.* Deinde in vett. editionibus Drakenborch. reperiebat ex tribus verſibus unum factum hoc modo: *At Canthus Rutulum obtruncat, cui mille ſub altis.* 702. *ditem ovium* e Colon. pro vulg. *ditem Obium*. 705. *laetus in herba* ſcripti libri. Tamen Heinſius offerebat *lentus in herba* quam coniecturam duobus libris veteribus firmatam, ut ait, Leſeb. recepit. 707. *ad ſepta* coni. Heinſ.

ſul. — 692. ſqq. Hasdrubal Arabum ex Nabis corpore ſpolia detracturum interficit. *coeptantem Arabum*, accuſativo abſoluto graecorum more, pro coeptante Arabo. Nam ſic demum cohaerent illa, quae ſequuntur. *iaculum perlibrat*. 696. Deſcribitur actus ſpoliandi, quo occupatus ille ab Hasdrubale fuerit, ritu epico, cuius exempla, quis ex Homero et Virgilio ignoret? 700. 701. Canthum arenoſi ad Syrtes tractus incolam deſignat poeta *Philaenis*, h. e. eo loco, ubi ſiti erant Φιλαινων βωμοι a Philaenis fratribus Carthag. qui vitam ſuam patriae condonavere, vivi obruti, ut reipublicae fines amplificarent. cf. Strab. XVII. p. 836. Polyb. III, 39. et inprimis Valer. Max. V, 6. 4. ext. Salluſt. Iug. 79. — 702. ſeq. iucundus locus de Rutulo paſtore, ſ. homine villatico. Arripit talia poeta,

Occubuit clypei transfixo proditus aere,
Et ſero ingemuit ſtabulis exire paternis.
Acrius hoc Italûm pubes incurrit, et urget:
Vt torrens, ut tempeſtas, ut flamma coruſci
Fulminis, ut Boream pontus fugit, ut cava currunt
Nubila, cum pelago coelum permiſcuit Eurus.
Procerae ſtabant, Celtarum ſigna, cohortes,
Prima acies; hos impulſu cuneoque feroci
Laxat vis ſubita, et feſſos errore viarum,
Nec ſoli faciles, longique laboris anhelos
Avertit patrius genti pavor. Addere tergo
Haſtas Auſonius, teloque inſtare ſequaci,
Nec donare fugam. Cadit uno vulnere Thyrmis,
Non uno Rhodanus; profligatumque ſagitta
Lancea deturbat Morinum, et iam iamque cadentem.
Cedentes urget, totas largitus habenas,
Livius acer equo, et turmis abeuntibus infert
Cornipedem. Tunc averſi turgentia colla

Diri-

713. *exire* e Colon. et aliis ſcriptis. Vulg. *exiſſe*, quod ſervavit Lefeb. illud ſine idonea cauſa damnans. 713. *ut Borea pontus furit* coni. Heinſ. 717. *vis ſubita* e ſcriptis. Vulg. *vi ſubita.* 718. *ſolis faciles* e duobus libris veteribus, ut ait Lefeb. edidit. 719. *genti* e ſcriptis Barth. et Heinſ. pro *gentem.* 721. *Thyrmis* e Colon. Al. *Thirius*, *Tyrus*, *Thyrrus*, *Tyrrus.* 722. *ſagitta* cum Lefeb. recipio, pro vulg. *ſagittae.* Mox *cedentes* e ſcriptis pro vulg. *cedentemque* ut cum antecedentibus cohaereret.

ta, ut varietatem artis et doctrinae declaret. 709. *proditus tr. aere*, exquiſito verbi uſu pro deſtitutus iuſto munimine, quia perforatus clipeus erat. cf. lib. II, 592 V, 570. XVI, 433.

711. ſqq. Continuatur pugnae ferventis ab utraque parte narratio. Romanorum irruentium impetus, vide, quam operoſa arte, declaratus ſit. *pelago coel. perm.* notum phantaſma, vel exemplo Virgilii Aen. V, 790. ad vim procellae exaggerandam inventum poetis epicis. cf. lib. XVII, 378. quamvis in re diſſimili, et ſup. lib. III, 652. Caeterum de aciei omnis ordine accuratius expoſuit Livius XXVII, 48.

718. *nec ſoli faciles*, Siliana formula, pro ſolis aeſtui ferendo

Diripit enſe Moſae. Percuſſit pondere terram
Cum galea ex alto lapſum caput, ac reſidentem
Turbatus rapuit ſonipes in proelia truncum.
Hic Cato (nam medio vibrabat et ipſe tumultu)
Si, primas, inquit, bello cum amiſimus Alpes,
Hic iuveni oppoſitus Tyrio foret: hei mihi! quanta
Ceſſavit Latio dextra, et quot funera Poenis
Donarunt pravi ſuffragia triſtia campi!
Iamque inclinabant acies, cunctiſque pavorem
Gallorum induerat pavor, et Fortuna ruebat
Sidonia: ad Rutulos Victoria verterat alas.
Celſus, ſeu prima refloreſcente iuventa,
Ibat Conſul ovans, maior maiorque videri.
Ecce, trahens ſecum canentem pulvere turmam,
Ductor Agenoreus ſubit, intorquenſque lacertis
Tela, ſonat: Cohibete fugam! Cui cedimus hoſti?
Nonne pudet? Converſa ſenex marcentibus annis
Agmina

727. *deripit* ed. Lefeb. Al. *deſtitit, decidit, dicidit.* 730. *vibrarat* Putean. et Oxon. — 735. pro *cunctiſque* Heinſ. coni. *cuneiſque.* 743. *annis* e ſcriptis. Prope verum Cod. Tel. *amnis.* Al. *armis.*

rendo impares. cf. lib. XII, 464. Gallos ubique vellit poeta. vid. lib. VIII, 16. Livius ex fide rerum geſtarum ita l. l. *pars magna* (Gallorum) *ab ſignis aberant, nocte dilapſi, ſtratique ſomno paſſim per agros; et qui aderant, itinere ac vigiliis feſſi, intolerantiſſima laboris corpora, vix arma humeris geſtabant.*

730. Cato Livii conſulis virtutem praedicat. Cellarius Porcium Catonem appellat, levi armaturae praefectum, qui auctore Livio XXVII, 48. huic proelio interfuerit. Enimvero ille apud Livium L. Porcius Licinus vocatur. — *vibrabat* pro vulg. pugnabat, proelio intererat. 732. *iuveni,* Hannibali. 733. *quot — donarunt.* vid. ad lib. II, 326. *Campi* autem *pravi* ob *ſuffragia triſtia* dicuntur, obſcura alluſione ad Varronem, qui cum temerariis populi ſuffragiis dux belli electus eſſet, cladis Cannenſis inprimis auctor fuit. v. ſup. lib. VIII. 255. ſqq. et IX, 636.

740. ſqq. Livii locum, unde hanc Hasdrubalis orationem

Agmina agit: nunc, quaeſo, mihi nunc dextera in armis
Degenerat, noſtrique piget? Mihi Belus avorum
Principium, mihi cognatum Sidonia Dido
Nomen, et ante omnes Belo annumerandus Hamilcar
Eſt genitor: mihi, cui cedunt monteſque, lacuſque,
Et campi, atque amnes, frater: me magna ſecundum
Carthago putat Hannibali: me Baetis in oris
Aequant germano paſſae mea proelia gentes.
Talia dum memorat, medios ablatus in hoſtes,
Vt nova conſpecti fulſerunt Conſulis arma,
Haſtam praepropero niſu iacit. Illa per oras
Aerati clypei et loricae tegmina ſummo
Incidit haud felix humero, parceque petitum
Perſtrinxit corpus, nec multo tincta cruore:
Vana ſed optanti promiſit gaudia Poeno.
Turbati Rutuli, confuſaque pectora viſu
Terri-

744. pro *nunc* Heinſio videbatur *num* bis repetendum. 747. *Belo annumerandus.* Sic conieçerat Heinſius, vel etiam *belli memorandus.* Certe ex Mediol. editt. Drakenb. adfert *Belo numerandus.* Vulgata lectio *bello numerandus* quam Drakenb. quamvis reprobans ſervaverat, idoneum ſenſum non habebat. Ergo in hac veri ſimilitudine non dubitavi cum Lefeb. Heinſii coniecturam exprimere. 755. *tegmina* e Putean. Vulg. *tegmine.* 757. *praeſtrinxit* edid. Lefeb.

nem reſinxit poeta, attulimus ad verſ. 635. — 745. Nota argumenta. Heroes ut ſibi auctoritatem concilient, originem et natales iactant. cf. lib. IV, 150. Sed quis arrogantiam iactantis Hasdrubalis ferat? Quamvis haec potius poetae culpa eſt, qui, dum ſingula auget dicendo, in vitium incurrit, et a tramite naturae aberrat. De *Belo* gentis Barcinae atavo ſup. lib. I, 71. ſqq. et 87.

756. *parce petitum perſtr.* Aliquoties ſententiam eleganter variat poeta. Sic lib V, 273. *leviterque e corpore ſummo Deguſtat cuſpis generoſum extrema cruorem,* ubi vid. nott. et in ſimili re verſ. 294. *umbonem incerto deterſit futilis ictu.* cf Virgil. X, 476. qui locus inprimis nunc praeſens animo poetae fuiſſe videtur.

759. *viſu terrif.* vulnerati conſulis. In verſſ. 761-63. expreſſit Homericum illud ex Il. λ, 389. οὐκ ἀλέγω, ὡσεί με

Terrifico. Tunc increpitans conamina Consul:
Femineis laesum vana inter cornua corpus
Vnguibus, aut palmis credas puerilibus ictum.
Ite, docete, viri, Romanae vulnera suêrint
Quanta afferre manus. Tum vero effunditur ingens
Telorum vis, et densa sol vincitur umbra.
Iamque per extentos alterna strage virorum
Corpora fusa iacent campos, demersaque in undam
Iunxerunt cumulo crescente cadavera ripas.
Vt, cum venatu saltus exercet opacos
Dictynna, et laetae praebet spectacula matri,
Aut Pindi nemora excutiens, aut Maenala lustrans,
Omnis Naïadum plenis comitata pharetris
Turba

760. *tunc increp.* sic recte Oxon. et Put. Miror Drakenborch. vulgatum *tum* servasse cum metri vitio. 761. pro *cornua* Barthius legendum putabat *iurgia*, quam coniecturam etiam Cortius ad marginem libri sui adscripsit. Et sane non intelligo, quid poetam in cogitationem Bacchantium feminarum induxerit, cum secundum Homerum feminae nunc solae sufficerent. Deinde *vana cornua* difficilem et incommodum sensum habent, sed *vana iurgia* omni consilio comparationis apta sunt. Nam in severis iurgiis erret fortasse, qui feminarum ungues leves vel suaves existimet. 767. *demersa* Colon. Oxon. Tel. In Putean. *demensa*, prope verum. Al. *diversaque*.

με γυνη βαλοι, ἢ παῖς ἄφρων. Sed definitius feminas bacchantes cogitavit, quarum vulneribus *inter cornua* h. e. inter tibiarum strepitum inflictis acerbe comparat futilem Hasdrubalis ictum. Ita certe exposuit locum Gronov. Observ. I, 17. pag. 109. Sed vid. Var. Lect. Ad vers. 765. vid. sup. vers. 628.

766. seqq. Livius XXVII, 49. ut historicus numerum occisorum ab utraque parte computavit. Quid poeta? Is igitur, ut multitudo caedum intelligatur, scenam ipsam oculis obsert. Ita epicae gravitati consulitur, muniturque via ad varios ornatus explicandos, ad quos nunc pertinet inprimis comparatio Dictynnae venantis, et similem ferarum stragem edentis. *Iungunt ripas cadavera*, cum ita replent alveum, ut per ea transitus ad ripas fiat et totus veluti fluvius ripae vicem habeat: unde in simili loco *ripas coeuntes* dixit sup. lib. I, 52. — 772. *Naiadum*, quae maxime fluminum Nymphae sunt,

Turba ruit, ſtriduntque ſagittiferi coryti.
Tum per ſaxa ferae, perque ipſa cubilia fuſae,
Per valles, fluvioſque, atque antra virentia muſco,
Multa ſtrage iacent: exſultat vertice montis
Gratam perluſtrans oculis Latonia praedam.
  Audito ante alios ſenioris vulnere, rumpit
Per medios Nero ſaevus iter, viſaque virorum
Aequali pugna, Quid enim, quid deinde relictum eſt
Italiae fatis? Hunc ſi non vincitis hoſtem,
Hannibalem vincetis, ait? Ruit ocius amens
In medios: Tyriumque ducem inter prima frementem
Agmina ut aſpexit, rabidi ceu belua ponti,
Per longum ſterili ad paſtus iactata profundo,
Cum procul in fluctu piſcem male ſaucia vidit,
Aeſtuat, et, luſtrans nantem ſub gurgite praedam,
Abſorbet late permixtum piſcibus aequor.
Non telo mora, non dictis. Haud amplius, inquit,
Elabere mihi. Non hic nemora avia fallent
Pyrenes, nec promiſſis fruſtrabere vanis,

Vt

773. Locus a Modio emendatus ex Colon. firmantibus emendationem ceteris libris Oxon. Putean. et editt. priſcis. Nicander primus, quem alii ſecuti ſunt, tres verſus addidit, ut locus omnis hoc modo in vulgatis legeretur: *Turba ruit, curſuque leves nemora avia cingunt. Corythi interea ſtridunt, ductisque ſagittis Pendentes ſaliunt, Nymphis obeuntibus arva. Tum per ſaxa ferae.* 774 *per ſpiſſa cubilia* coni. Heinſ. 777. *gratam perl.* e Colon. et Rom. 2. Vulg. *tunc latam luſtrans.* Oxon. *Et latam perl.*

ſunt, nunc pro Oreadibus, ut Virg. Ecl. X, 10.

778 ſqq. Nec vulneratum Livium, nec eo vulnere commotum Neronem ſciremus, niſi poeta finxiſſet. Nam in Livio neutrius rei veſtigia ſunt, niſi quod cap. 48 ſumma celeritate copias hoſtiles a tergo circumveniſſe, et pugnae inclinationem feciſſe traditur. 780. *aequali pugna*, pari adhuc fortuna et victoria pugnantium 785. *iactata*, pererrans, pervagata ad paſtum quaerendum. 786. *male ſaucia*, afflicta fame. vid. quae notavimus ad lib VI, 80 — 790-93. Sermo in his eſt de dolo, quo Hasdrubal, in Hiſpania loco iniquo deprehenſus, Neronem eluſit,

Vt quondam, terra fallax deprenſus Hibera,
Evaſti noſtram mentito foedere dextram.
Haec Nero, et intorquet iaculum: nec futilis ictus.
Nam latere extremo cuſpis librata reſedit.
Invadit ſtricto ſuper haec interritus enſe,
Collapſique premens umbone trementia membra,
Si qua ſub extremo caſu mandata referri
Germano vis forte tuo, portabimus, inquit.
Contra Sidonius: Leto non terreor ullo.
Vtere Marte tuo, dum noſtris manibus adſit
Actutum vindex. Mea ſi ſuprema referre
Fratri verba paras, mando, Capitolia victor
Exurat, cinerique Iovis permiſceat oſſa
Et cineres noſtros. Cupientem annectere plura
Ferventemque ira mortis, tranſverberat enſe,
Et rapit infidum victor caput. Agmina fuſo
Sternuntur duce, non ultra fidentia Marti.
Iamque diem ſoliſque vias nox abſtulit atra,
Cum vires parco victu ſomnoque reducunt:
Ac, nondum remeante die, victricia ſigna,
Qua ventum, referunt clauſis formidine caſtris.

Tum

795. *librata* e Colon. pro vulg. *vibrata*. 806. *mortis* ex Oxon. Putean. Rom. 2. et aliis editt. pro vulg. *Martis*. 809. *vias* e ſcriptis. In vulg. *vices*, quod et Drakenborchio non diſplicebat.

ſit, et ex anguſtiis, quibus incluſus erat, incolumis evaſit, dum ſe de conditionibus, quibus omni Hiſpania decederet, agere ſimulabat, ſed perpetuo conſilium procraſtinabat. Hoc omne ſtratagema tradidit Livius XXVI, 17. Ita recte Drakenborch locum expoſuit, contra Cellarium, qui Marſum unice ſecutus, de fuga Hasdrubalis ad Pyrenaeos montes ſupra verſ. 475. memorata ſermonem eſſe falſo opinabatur. Itaque *mentitum foedus eſt*, promiſſum foederis pangendi cunctando et procraſtinando eluſum: atque inde etiam expediendum eſt, quo ſenſu mox verſ. 807. *infidum caput* Nero Hasdrubalem dicat.

813. Livius XXVII. cap. ult. ita: C. *Claudius conſul*

cum

Tum Nero, procera sublimia cuspide portans
Ora ducis caesi, Cannas pensavimus, inquit,
Hannibal, et Trebiam, et Thrasymeni litora tecum
Fraterno capite. I, duplica nunc perfida bella,
Et geminas arcesse acies. Haec praemia restant,
Qui tua tramissis optarint Alpibus arma.
Compressit lacrimas Poenus, minuitque ferendo
Constanter mala, et, inferias in tempore dignas
Missurum fratri, clauso commurmurat ore.
Tum, castris procul amotis, adversa quiete
Dissimulans, dubia exclusit certamina Martis.

822. *adversaque caute* Heinsius offerebat.

tum in castra redisset, caput Hasdrubalis, quod servatum cum cura attulerat, proiici ante hostium stationes, captivosque Afros vinctos, ut erant, ostendi, duos etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem, et expromere, quae acta essent, iussit. Etiam sequentia ex his Livianis adumbrata sunt coloribus epicis: *nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est, redditaque aequa Cannensi clades vel ducis vel exercitus interitu videbatur.* — 820. *inferias*, piacula mortis fraternae, noto et obvio sensu; vid. lib. IV, 232. 467. V, 210. — 822. *quiete*, abstinendo a pugna, et milites in castris continendo. Hanc mutam Hannibalis indignationem Livius hoc modo prodidit: *Hannibal tanto simul publico familiarique ictus luctu, agnoscere se fortunam Carthaginis, fertur dixisse, et castris inde motis — in Bruttium agrum traduxit.*



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER XVI.

ARGVMENTVM.

Hannibal ope bellica, quam Hannonis invidia subtrahebat, destitutus, in Bruttiis sedebat otiosus. In Hispania Hannonem et Magonem adortus Scipio caedit et fugat. Ex hostibus tum vix unus virtute eminuit. Hic erat Cantaber, Larus nomine. Sed hunc L. Scipio manu abscissa conficit. Hannon captivus ducitur. Hinc Hasdrubali itur obviam. Is inter pugnandum vulneratus, versus Tartessum fugam capessit. Eo tempore Masinissa Nomadum rex viso nocturno admonitus ad Romanorum partes transiit, foedusque ineundum cum auxiliis suis offert. Mox etiam Scipio ad Syphacem Massyliorum regem profectus, amicitiam eius expetivit et nactus est Ex hoc itinere reversus cum a populis Pyrenaeis rex appellaretur, eam dignitatem recusavit. Iam sacra in parentum honorem celebranda edicit, et ad certamina, praemiis propositis, invitat. Primi aurigae curribus certant. Sequuntur certamina peditum. Tertii gladio cominus decernunt. Postremi iaculis contendunt. Peractis certaminibus, acceptoque omine fausto. Scipio Romam profectus cum a Senatu peteret, ut sibi Carthago debellanda destinaretur, Fabius consentientibus caeteris suasit, ut Italiam prius ab hostibus purgaret, quam in Africam exercitum traiiceret. Illi vero contra dicenti tandem belli in Libyam transferendi provincia demandatur.

BRVTTII

BRVTTIA maerentem casus patriaeque suosque
Hannibalem accepit tellus. Hic aggere septus
In tempus posita ad renovandum bella coquebat.
Abditus ut silva, stabulis cum cesset ademtis,
Amisso, taurus, regno gregis, avia clauso
Molitur saltu certamina, iamque feroci
Mugitu nemora exterret, perque ardua cursu
Saxa ruit: sternit silvas, rupesque lacessit
Irato rabidus cornu: tremit omnis ab alto
Prospectans scopulo pastor nova bella parantem.
Sed vigor, hausurus Latium, si cetera Marti
Adiumenta forent, prava obtrectante suorum
Invidia revocare animos, ac stare negata

9. *rabidus* e Col. Al. *rapidus*. 11. *hausurus* e Colon. pro vulg. *haustūrus*. 13. *ac stare*. Sic feliciter coniecerat Gronov. Obs II, 22. eaque coniectura iam ab Heinsio recepta est. In antiquis erat *agitare*. Dausq. volebat *abitare*.

1-10. Hannibal in Bruttios recedens nova bella meditabatur. Locum Livii, quem poeta secutus est, attulimus ad finem libri antecedentis. *maerentem casus — suosque*, caedem Hasdrubalis et exercitus. Livius XXVIII, 12. *recens vulnus publicum privatumque* appellat. *bella coquebat*, parabat, meditabatur. Liviana formula est lib. VIII, 3. Sed vid. sup. II, 327. et X, 430. *posita*, intermissa ad aliquod tempus. Livius XXVIII, 12. *neque ipse se obtulit*, inquit, *neque lacessierunt quietum Romani.* — Iam sola mentio Hannibalis bella coquentis peperit sequentem comparationem tauri in solitudine ferocientis, et pugnam exercentis. Profecisse poetam e nobili loco Virgilii Georg. III, 220. sqq. alii annotarunt. vid. Heyn. ad hunc locum, ceterorumque imitationes apud Cerdam et Scaligerum Poet. lib. V, cap. 14. Gravi ornatu Silium imaginem extulisse haud negabunt, nisi quibus omnino ille displicet.

11-14. *Vigor* ille, et impetus Hannibalis ultionem meditantis, *hausurus Latium*, quo omnem Italiam debellasset, si *cetera Marti adi. for.* h. e. si adiutus fuisset a Carthaginiensibus, *cogebatur animos*

Cogebatur ope, et senio torpescere rerum.
Parta tamen formido manu, et tot caedibus olim
Quaesitus terror, velut inviolabile telis
Servabant sacrumque caput: proque omnibus armis,
Et castrorum opibus, dextrisque recentibus unum
Hannibalis sat nomen erat. Tot dissona lingua
Agmina, barbarico tot discordantia ritu
Corda virûm mansere gradu; rebusque retusis
Fidas ductoris tenuit reverentia mentes.
Nec vero Ausonia tantum se laetus agebat
Darda-

22. *ductori* ed. Lefeb. sine auctoritate.

mos revocare, i. e. non poterat se exserere, debebat se coercere. Id mox *stare* dicit, et *torpescere senio rerum*, passim variatis formulis ad otium a bello persequendo designandum, ut I, 341. IV, 44. XII, 104. XIII, 37. Deinde *senescens Hannibal* in simili loco dicebatur sup. lib. VIII, 332. Quae de *invidia obtrectante* et *ope negata* dicuntur, expedienda sunt ex lib. XI, 541. sq. ubi eum Mago apud Carthaginienses suaderet, ut opes bellicae proelio Cannensi fere absumtae Hannibali restituerentur, Hanno huic infestus pacem potius suadebat, et negabat auxilia Hannibali mittenda esse vid. ib. vers. 566. sqq. et cf. lib. VIII, 22. sq.

15-22. Hannibal in summa inopia rerum et inerti otio bellico tamen fidos et sui reverentes milites habuit. — Omnis hic locus expressus est ex Livianis XXVIII, 12. ubi de Hannibale: *neque lacessierunt quietum Romani: tantam inesse vim, etsi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior adversis quam secundis rebus fuerit: quippe qui, varia fortuna bellum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope Dei essent, ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos, nec adversus ducem seditio exstiterit* etc.

18 *dextris recentibus*, copiis in subsidium missis. — *mansere gradu*, in fide mansere, non defecerunt, non rebellarunt. — *rebus retusis*, fractis, adversis.

23. sqq. Quae in Hispania a Scipione adversus Magonem et Hannonem, qui Hasdrubali successerat, gesta sunt per M. Si-

Dardanidis Mavors: iam terra cedit Hibera
Auriferis tandem Phoenix depulſus ab arvis.
Iam Mago, exutus caſtris, agitante pavore
In Libyam propero tramiſit caerula velo.

R 4 Ecce

27. Poſt hunc verſum in editione Francog. Villebrunii inſertum eſt fragmentum verſſ. 34. conſtans ex Petrarcni Africa, quod ille putabat Silii eſſe. Habet illud declamationem Magonis morientis, ex Liv. XXX, 18. 19. Male eum ſcilicet habebat *Magonem in Libyam tranſiiſſe*. Ergo cum haec poetae verba de profectione Magonis in mediam Africam intelligeret, nec haec tamen ex hiſtoria nota eſſet, fragmento illo efficere ſtuduit, ut Magonem in medio ad Africam curſu mortuum ſciremus. Sed quam id non ſit neceſſarium, paucis in Commentario notavimus. De fragmento in notitia literaria ſatis dictum eſt.

M. Silanum, ea nunc ita per epitomen quandam poeta effert, ut Magonis veluti ὡς ἐν παρόδῳ mentionem faciat, ſed in Hannone devicto a Romanis et capto diutius immoretur. Et eſt huius libri inprimis proprius character, ut rerum usque ad Carthaginem devictam geſtarum magis emblemata et ſcenas inſigniores, quam abſolutam narrationem exhibeat. Haec etiam cauſa eſt, cur videatur Silius duplex praelium ſtatuere, alterum cum Magone, alterum cum Hannone commiſſum, cum e contrario Liv. XXVIII, 1. referat Hannonem cum Magone caſtra iunxiſſe, eodemque proelio utrumque ducem a M. Silano ſub auſpiciis Scipionis devictum fuiſſe. Sed poeta, qui in fide hiſtorica ſervanda nunquam valde religioſus eſt, cum ſingulas ſcenas illius proelii pingere vellet, ſuo arbitrio uſus, omiſſo Magone, maxime narrationem de fortuna Hannonis ornavit; et praeterea, quae Silius de Magonis fuga adnotat, non tam ad hoc tempus pertinent, quo cum Hannone iunctus fuit, quam ad ſequens, quo cum Hasdrubale a Gadibus in Hiſpaniam regreſſus eſt, ut ſtatim commemorabimus. — 26. 27. Livius l. l. cap. 2. *Magonem fugientem equitatus ferme omnis ſecuti, decimo die in Gaditanam provinciam ad Hasdrubalem pervenerunt.* Sed Silius nunc alteram Magonis fugam in mente habuit, quam Livius commemorat cap. 16. cum Hasdrubal Giſgonis adiuvante Magone et Maſiniſſa a Scipione pulſus eſſet. Ibi ergo *Mago remiſſis ab Hasdrubale navibus Gades petit; et hoc maxime modo ductu atque auſpicio P. Scipionis pulſi Hiſpania Carthaginienſes ſunt.*

Ecce aliud decus, haud uno contenta favore,
Nutribat Fortuna duci. Nam concitus Hannon
Adventabat, agens crepitantibus agmina caetris
Barbara, et indigenas ſerus raptabat Hiberos.
Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat,
Si non Scipiadae concurreret. Omnia ductor
Magna adeo Auſonius maiori mole premebat.
Vt Phoebe ſtellas, vt fratris lumina Phoeben
Exſuperant, monteſque Atlas, et flumina Nilus,
Vt pater Oceanus Neptunia caerula vincit.
Vallantem caſtra (obſcuro nam veſper Olympo
Fundere non aequam trepidanti coeperat umbram)
Aggreditur Latius rector, ſubitoque tumultu
Caeduntur paſſim coepti munimina valli
Imperfecta. Supercontexere herbida lapſos
Ponde-

28. *haud uno* e Colon. Ceteri libri variabant. Putean. *haud tanto.* Ed. Parm. Rom. 1: Mediol. *parvo.* Oxon. Cod. cum reliquis *haud primo.* 30. *crepitantibus.* Sic omnes libri ſcripti et editi vett. Al. *trepidantibus.* 31. *raptabat* Vulg. et prope Cod. Ox. et Put. *captabat.* In editt. nonnullis erat *carpebat.* 33. *omnia* e ſcriptis Mod. et Heinſ. pro vulg. *agmina.* 38. *nam* e ſcriptis Heinſ. pro *iam.*

28. ſq. Livius XXVIII, 1. *Novus imperator Hanno in locum Barcini Hasdrubalis novo cum exercitu ex Africa transgreſſus, cum in Celtiberia brevi magnum hominum numerum armaſſet* etc Dum *agmina* dicit *barb. crepitant. caetris*, ſive morem illorum populorum bellicum notavit, de quo iam ſupra vidimus lib. III, 348 ſive ſcutatos quos Livius vocat, deſignare voluit. *raptabat*, ducebat, ſed cum delectu idoneo, ut raptim armatas, et barbaras copias exprimeret.

32 - 37. Hannon alioquin magnus belli dux, ſed Scipione multo inferior. Omnino enim ſummum impetum, ſummas vires et gravem virtutem declarat, qui omnia *mole ſua premit* vid. lib. I, 497. III, 574. et centies alibi moles heroibus tribui ſolet. Iam nemini obſcurum eſſe poteſt, quo ſenſu ſequentes comparationes additae ſint poetico ornatu. Similes locos conferunt ex Horat. Od. I, 12. 46. Ovid. Met II, 722.

39. *non aequam umbram*, perniciofam Poeno, quia propter

Pondera, et in tumuli conceſſit ceſpes honorem.
Vix uni mens digna viro, noviſſe minores
Quam deceat, pretiumque operis ſit tradere famae.
Cantaber ingenio membrorum et mole timeri
Vel nudus telis poterat Larus. Hic fera, gentis
More, ſecurigera miſcebat proelia dextra,
Et, quanquam fundi ſe circum pulſa videret
Agmina, deleta gentilis pube catervae,
Caeſorum implebat ſolus loca: ſeu foret hoſtis
Comminus, expleri gaudebat vulnere frontis
Adverſae: ſeu laeva acies in bella vocaret,
Obliquo telum reflexum Marte rotabat.
At, cum pone ferox averſi in terga veniret
Victor, nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat, nulla belli non parte timendus.
Huic ducis invicti germanus turbine vaſto

45. *operis* ſcripti et editi libri. *operae* primum Nicander in Iuntina vulgaverat. 54. *reflexus* ed. Lefeb. ſine auctoritate. Col. *refluxum*. Heinſ. coni. *refugum Mavorte*.

pter illam advenientes hoſtes non ſenſit. 42. *herbida pondera*, ceſpites, quibus ad vallum muniendum utebantur, mox *ceſpes*, *conceſſit in ſep. honor.* quatenus his veluti tumulis quibusdam caeſi milites ſepulti ſunt.

44 ſqq. Sequitur epiſodium de Laro, viro inter Cantabros fortiſſimo, a L. Scipione, Publii fratre, devicto. De L. Scipione omnia alia narrat Livius l. l. cap. 3. ut intelligatur omnem hunc locum ſolenni more a Silio fictum eſſe ad varietatem rerum carmini inducendam, et ornatus epicos adhibendos. — 44. Vix unus inter hoſtes erat dignus ob virtutem poſteritatis memoria. *minores* poſteri, obvio ſenſu. vid. ſup. lib. VI, 549. et Heyn. ad Virg. A. I, 532. et 733. — 46. *ingenium membrorum* de dexteritate quadam et arte, qua membris ſuis utebatur ad pugnam Larus, inſolentior quidem ratio loquendi, ſed tamen non minus damnanda, quam *arvorum ingenium*, quod Virgilius dixit Georg. II, 177. vid. ſup. lib. IV, 90.

49-57. Dexteritas et fortitudo Lari, quas pugnando et tractanda bipenni declarabat, per partes ſingulas recen-

Scipio contorquens hastam, cudone comantes
Disiecit crines. Namque altius acta cucurrit
Cuspis, et elata procul est eiecta securi.
At iuvenis, cui telum ingens accesserat ira,
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem
Incutit. Intremuere acies, sonuitque per auras
Pondere belligero pulsati tegminis umbo.
Haud impune quidem; remeans nam dextera ab ictu
Decisa est gladio, ac dilecto immortua telo.
Qui postquam murus miseris ruit, agmina concors
Avertit fuga confestim dispersa per agros.
Nec pugnae species, sed poenae tristis imago
Illa erat, hinc tantum caedentum, atque inde ruentum.
Per

61. *reiecta* coni. Heins. *deiecta* ed. Lefeb. 67. *directo* coni. Heins. et mox idem *consors*. Sed vid. nott. 71. *caedentum* Colon. Vulg. *cedentum*. In Oxon. *cadeutum*.

censetur, poetico more. — 53. *seu laeva acies — vocaret*, si a latere, et oblique eum hostis petebat; hinc *obliquus Mars* erit eius, qui obliquo ictu hostem percellit, et ita *reflectitur* telum cum ipso corpore pugnantis.

59. *cudone*, galea ex pellibus ferinis, ut de Sabinis supra lib. VIII, 495. — 62. *telum — access. ira*, quatenus ira vires fortius intendit et impetum auxit. Variatam sententiam vid. sup. lib. V, 325. et cf. lib. II, 576. — 66. *remeans ab ictu*, ornate et poetice pro vulg. post ictum in umbone Scipionis factum Mox *immortua telo*, ut haerens et complexa manubrium. vid. sup. lib. XIV, 404. et 484. — 68. *qui murus*, Larus tantum suorum praesidium cum manu truncata rueret, nec amplius tueri pugnando populares posset. Quis nescit heroes, fortesque viros poetis passim vocari *muros*, *turres*, *clipeos?* Multa loca congessit Drakenborchius, in quibus eminent Homer. Il. α, 283. 84. Odyss. λ, 555. Ovid. Met. XIII, 281. Aeschyl. Agam. 1446. — 70. 71. Fallor, an haec similia sunt Scipionis verbis, quae alia occasione ad milites fecit, cum a Carthagine castra moveret, ap. Liv. XXVIII, 32. *diis bene iuvantibus sequerentur, non tam ad bellum gerendum, quam ad expetendas ab hominibus scelestis poenas*. Scimus enim Silium undecunque Livianos flores carpere.
At

Per medios Hannon, palmas post terga revinctus,
Ecce trahebatur, lucemque (heu dulcia coeli
Lumina!) captivus, lucem inter vincla petebat.
Cui rector Latius: Tanta, en, qui regna reposcant,
Quís cedat toga et armiferi gens sacra Quirini!
Servitio si tam faciles, cur bella refertis?
Haec inter celerare gradum, coniungat ut arma,
Hasdrubalem ignarum cladis praenuntius affert
Explorator eques: raptat dux obvia signa.
At, postquam optatam laetus contingere pugnam
Vidit, et ad letum magno venientia cursu
Agmina, suspiciens coelum, Nihil amplius, inquit,
Vos hodie posco, Superi. Protraxtis ad arma
Quod profugos, satis est. In dextra cetera nobis
Vota, viri: rapite, ite, precor. Vocat ecce furentes
Hinc pater, hinc patruus. Gemina o mihi numina belli,
Duci-

74. *lucem* constanter omnes antiqui. Nicander primum edidit *vitae*, unde haec lectio in nonnullis editt. apparuit. 84. Sic e Colon. locum emendavit Modius; et prope verum in Oxon. *protractis*. Sed in Vulg. erat *protractus* — *profugus*. In sola Mediol. est *quod profugo satis est*.

At in hoc loco ille flos male me habet.

72. sqq. Hannonem imperatorem vivum captum et postea Romam abductum cum aliis captivis Livius tradit l. l. cap. 2. et 4. — *lucem*, vitam. Quae in parenthesi sequuntur, similia sunt iis, quae supra explicavimus lib. II, 223. et XIII, 883. sq. Inest vituperatio Hannonis, qui ut viveret, captivitatis ignominiam passus est. Eo quoque pertinent acerba Scipionis convicia, *servitio si tam faciles*, si tam facili negotio vos capi patimini et tam servitutis capaces estis, *cur bella ref.* cur pugnam nobiscum restaurastis, cur non prorsus abstinuistis a bello. vid. sup. lib. XI, 28.

78. sqq. Novum emblema. Hasdrubal Gisgonis a Gadibus regressus cum Scipione congreditur, fugaturque. Livius eam pugnam accurate, ut historicum decebat, a cap. 12. libri 28, usque ad cap. 16. exposuit. Silius brevi absolvit, delibans eam maxime partem, quae ornatus epicos caperet. — 80 *dux* P. Scipio. — 85 *profugos*. Nam Hasdrubal et Mago in regionem

Ducite, adeſte; ſequor. Dignas ſpectabitis, haud me
Praeſcia mens fallit, veſtro iam nomine caedes.
Nam quis erit tandem campis telluris Hiberae
Bellandi modus? En, unquam lucebit in orbe
Ille dies, quo te armorum, Carthago, meorum
Aſpiciam ſonitus admotaque bella trementem?
Dixerat: et raucus ſtridenti murmure clangor
Increpuit: tonuere feris clamoribus aſtra.
Concurrunt: quantumque rapit violentia ponti,
Et Notus, et Boreas, et inexorabilis Auſter,
Cum mergunt plenas tumefacta ſub aequora claſſes;
Aut cum letiferos accendens Sirius ignes,
Torret anhelantem ſaevis ardoribus orbem;
Tantum acies hominumque ferox diſcordia ferro
Demetit. Haud ullus terrarum aequarit hiatus
Pugnarum damna: haud ſtrages per inhoſpita luſtra
Vnquam tot dederit rabies horrenda ferarum.

Iam

88. *haud me* Sic plures antiqui. Recte. Nam dum *praeſciam* mentem dicit, dubitatio locum non habet. Drakenborchium, qui ex vulg. *aut me* edidit, decepit ſimilitudo Virgilianae ſententiae Aen. X, 630. ubi Iuno: *Nunc manet inſontem gravis exitus, aut ego veri vana feror*, h. e. niſi fallor. Omnis ſententiae forma et conſilium diverſum eſt. Sed Scipio nunc ita loquitur, ut ſe certum de victoria eſſe milites intelligant. Ergo aptiorem illam lectionem non dubitavi cum Villebrunio in textum recipere. 93. *tonitrus* malebat Heinſ. 103. *haud ſtrages* Sic Lefeb. ex libris vett. Drakenborch. ediderat *aut*.

nem Gaditanam antea receſſerant. cf. Liv. XXVIII, 2.

94. ſqq. Concurrunt agmina cum clamore. In hac ſcena pingenda centies colores variant poetae, et ipſe Silius aliquoties. cf. lib. V, 383. ſq. Sequentes comparationes pertinent ad impetum et celeritatem declarandam, qua innumerae hoſtium caedes factae ſint. vid. ſup. lib. IV, 244. XIV, 121. — 101. *ferox diſcordia* ira hoſtilis, qua ſe invicem obtruncant proeliantes. Iam vero quem quaeſo delectet ſequens luxuria, qua caeſorum numerum poeta iactat? forte aliquem colorum varietas tenet. cf. lib. V, 425. ſqq. — 102. *haud ullus — aequarit damna*, h. e. non plures uno momento, quo hiatus terrae abſorbuerit, peri-

Iam campi vallesque madent, hebetataque tela:
Et Libys occubuere et amantes Martis Hiberi.
Stat tamen una loco perfossis debilis armis,
Luctaturque acies, qua concutit Hasdrubal hastam.
Nec finem daret ille dies animosaque virtus,
Ni perlapsa viro loricae tegmine arundo,
Et parco summum violasset vulnere corpus,
Suasissetque fugam. Rapido certamina linquit
In latebras evectus equo, noctisque per umbram
Ad Tartessiacos tendit per litora portus.
Proximus in pugna ductori Marte manuque
Regnator Nomadum fuerat; mox foedere longo
Cultuque Aeneadum nomen Masinissa superbum.
Huic

110. *viro* Colon. et Oxon. pro vulg. *foret*. Putean. *vitae*. Deinde Dausq. corrigebat *tegmen*; et Cortius ad marginem libri sui notaverat manum doctam obtulisse *tegmina*. 111. *En parco* Lefeb. pro vulg. *et*. Scimus illum voculam *en* et *ecce* in deliciis habere, etiamsi non habeat in libris veteribus. Deinde in aliis editt. est *pondere* pro *vulnere*. 113. *avectus* ed. Lefeb. ex coni. Heins. *evectus* al.

periissent, quam nunc caesi sunt. Quicquid sit, haec nimium ad miraculum aucta sentio, et sequentia de *rabie ferarum* clementiora et remissiora sunt, quam ut imaginem inchoatam recte absolvant. 105. Haec perpetuo variant poetae. vid. sup. lib. V, 431. et argutior etiam in his Lucanus VI, 186.

107-14. Haec Silio poetae debemus. Qui veritatem historicam cupit, adeat Livii cap. 16. ubi, qui pugnae eventus, et quae Hasdrubalis ad Gades fuga fuerit, accurate traditur. Ne de vulnere quidem Hasdrubalis ulla ibi mentio extat. 111. variatam sententiam vidimus sup. lib. XV, 755. *violare* autem *vulnere* passim Virgilius dicere solet, ut Aen. XI, 277. 591. 848.

115. sqq. Sequitur narratio de Masinissa Numidarum ductore, qui proxime Magoni iunctus contra Scipionem pugnaverat (Liv. cap. 13.) et mox ad huius fidem et amicitiam se contulit. Sed haec ita coloribus poeticis oblita et figmentis epicis intertexta Silius extulit, ut sine Livio veram rerum gestarum rationem assequi nullo modo possemus. Secundum Livium certe

Huic fesso, quos dura fuga et nox suaserat atra,
Carpenti somnos, subitus rutilante coruscum
Vertice fulsit apex, crispamque involvere visa est
Mitis flamma comam, atque hirta se spargere fronte.
Concurrunt famuli, et serpentes tempora circum
Festinant gelidis restinguere fontibus ignes.
At grandaeva, Deûm praenoscens omina, mater,
Sic sit, Coelicolae: portentaque vestra secundi
Condite, ait. Duret capiti per secula lumen.
Ne vero, ne, nate, Deûm tu laeta pavesce
Prodigia, aut sacras metue inter tempora flammas.
Hic tibi Dardaniae promittit foedera gentis,
Hic tibi regna dabit, regnis maiora paternis,
Ignis,

122. *pectora circum* vulg. 125. *Sic sit* e libris scriptis et editis iam Barthio probatum, Lefeb. edidit, pro vulg. *Sic*, *sic*, ut primus Marsus in Veneta poster. ediderat. 127. *tam laeta* coni. Heins. 130. *fatis* omnes antiquiores. Paucae editt. habebant *fastis*, quod male Modius tuebatur.

certe (lib. XXVIII, 16.) *Masinissa cum Silano clam congressus, ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam traiecit*; deinde (cap. 35.) *incboata res iam ante de Masinissa aliis atque aliis de caussis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat, atque eius dextra fidem sancire* etc.

118. seqq. Masinissa fausto omine obiecto, quod mater explicat, permovetur, ut Scipionem foederis pangendi caussa adeat. — In promtu est omnem locum fictum esse ad imitationem Virgilii Aen. II, 682 quem alii plures poetae expresserunt. cf. Val. Flac. I, 571. sq. et exemplum Marcii apud Livium XXV, 39. — *subitus apex fulsit*, repente flamma apparuit. Nunc certe de pileo non cogitandum est, de quo apud Virgilium *apicem* Burmannus, et apud Claudian. IV. Cons. Honor 194. Gesnerus accipi voluerunt. Mox *mitis flamma* dicitur, ut ap. Virg. *levis apex*, quatenus innoxia flamma erat et molli tractu comas lambebat. 122. 23 expressi versus ex Virgilianis 685. 86. — 126 *condite*, firmate, conservate. Videtur variare sententiam in his: *duret — lumen*, perpetuo propitios et secundos vos ostendite filio. Aliud certe est in Virgilio l. c. *omina firmare*, quod fiebat, dum

Ignis, et adiunget Latiis tua nomina satis.
Sic vates, iuvenisque animum tam clara movebant
Monstra; nec a Poenis ulli virtutis honores.
Hannibal ipse etiam iam iamque modestior armis
Ire videbatur, Martisque liquescere fama.
Aurora obscuri tergebat nubila coeli,
Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum:
Tendit ad Ausonios, et adhuc hostilia castra.
Atque, ubi se vallo intulerat, ductorque benigno
Accepit Latius vultu, rex talibus infit:

Coele-

135. Versum in scriptis et editis priscis non repertum a Modio et aliis, Barthius tuebatur, Drakenborchius Nicandro tribuit, in cuius editione Iuntina primum vidit. *fama* pro *famam* Heinsius correxit, qui et *senescere* offerebat. Non defendo versum, sed servavi, ut concinnior esset omnis locus, qui sine illo veluti claudicat. 138. *ad Ausonios* Col. Tel. et nonnullae editt. Aliae multae cum Oxon. *in Auson.*

dum laevum tonabat. 130. Livius XXX, 44. *Scipio concione advocata, Masinissam ad regnum paternum Cirta oppido, et ceteris urbibus, agrisque, quae ex regno Syphacis in populi Romani potestatem venissent, adiectis donavit.* — 131. *adiunget nomina tua*, te, *Latiis fatis*, Romanorum socium et amicum reddet, adeoque ad fortunae illorum societatem pertrahet.

132-35. enumerantur caussae, quae Masinissam permoverint ad Scipionem de foedere adeundum, primum *monstra*, omen laetum sibi obiectum, deinde quod *a Poenis nulli virtutis* suae *honores*, nulla praemia, et commoda expectari poterant; denique *Hannibal modestior armis*, attritus, et fractus fortuna bellica, et fama pristina deminutus; nam *liquescere fama* exquisite dici potest, cuius existimatio et gloria veluti diluta est, et elanguit ex pristino veluti robore.

136. 37. Vix dum orto die. Variata imago aurorae se proferentis. *tergebat obsc. n. c.* dimovit umbras, fugat tenebras, ut Virgil. A. III, 589. — *Atlantiades sorores* Pleiades, s. Vergiliae, Atlantis filiae, quae occidunt in parte occid. dum Aurora emergit ex Oriente. vid. Heyn. ad Virg. Georg. I, 221.

140. seqq. In hac Masinissae ad Scipionem oratione sua magis eloquentia usus, quam Livium secutus est, apud quem Masinissae oratio legitur cap. 35.

Coelestum monita et sacrae responsa parentis,
Disque tua, o Rutulûm rector, gratissima virtus
Avulsum Tyriis huc me duxere volentem.
Si tibi non segnes tua contra fulmina saepe
Visi stare sumus, dignam te, nate Tonantis,
Afferimus dextram. Nec nos aut vana subegit
Incertae mentis levitas, et mobile pectus;
Aut spes et laeti sectamur praemia Martis.
Perfidiam fugio et periuram ab origine gentem.
Tu, quando Herculeis finisti proelia metis,
Nunc ipsam belli nobiscum invade parentem.
Ille tibi, qui iam gemino Laurentia lustro
Possedit regna, et scalas ad moenia Romae
Admovet, in Libyam flammis ferroque trahendus.
Sic Nomadum ductor. Tunc dextra Scipio dextram
Ample-

150. *Tu, quando* e Col. pro vulg. *Et quando.* 151. *Nunc* e scriptis et editt. priscis Heinsius. In Vulg. *hanc*. Cortius ad marginem notavit *hinc*; non male. 152. *tergemino* Dausq. obtulit pro *terno*. Sed vid. notae nostrae.

35. Neque opus quidem est, ut contendamus cum Drakenborchio maximam illius partem deductam esse ex eo sermone, quo Indibilis suo et Mandonii nomine Scipionem allocutus est apud Liv. XXVII, 17. — 145. *fulmina*, quibus virtutem et impetum bellicum Scipionis designat, cum delectu, opinor, extulit, quatenus mox eundem *Tonantis natum* appellat, obvia allusione, de qua diximus sup. lib. IV, 478 et VII, 487 — 150. *quando — metis*, cum universam Hispaniam debellaveris. De *Hercul. metis* vid. ad lib. IX, 185. — *belli parentem* Carthaginem Africae, unde omne bellum Punicum initium habuit. Apud Livium Masinissa ait: *siquidem eundem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, satis sperare perbrevis aevi Carthaginem esse.* — 152. *gemino lustro*, decem annis, rotundiore numero, ut poetae solent. Nam ab initio belli Punici usque ad debellatam Hispaniam tredecim annos decurrisse, Livius computavit lib. XXVIII, 16. coll. cap. 38.

155. seq Post Masinissae orationem Livius nihil nisi hoc refert: *Laetus eum Scipio vidit*

Amplexus, Si pulchra tibi Mavorte videtur,
Pulchrior eſt gens noſtra fide. Dimitte bilingues
Ex animo ſocios. Magna hinc te praemia clarae
Virtutis, Maſiniſſa, manent: citiuſque vel armis,
Quam gratae ſtudio, vincetur Scipio, mentis.
Cetera quae in Libyam portari incendia ſuades,
Expediet tempus: nec enim ſunt talia rerum
Non meditata mihi, et mentem Carthago fatigat.
Hinc iuveni dona inſignem velamine picto
Dat chlamydem, ſtratumque oſtro, quem ceperat ipſe
Deiecto victor Magone, animique probarat,
Cornipedem: tum, qua Divûm libabat ad aras
Haſdrubal, ex auro pateram, galeamque comantem.
Exin, firmato ſociali foedere regis,
Vertendas agitat iam nunc Carthaginis arces.
Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris,
Nec nudus virtute, Syphax: quo iura petebant
Innu-

160. *gratae.* Sic omnes libri ante Marſi Venetam 2, in qua errore operarum *ſtratae.* 161. voc. *in* omittunt omnes editt. ante Wolfii Baſil. *portari* etiam e ſcriptis Heinſius revocavit, pro vulg. *portare.* 166. *animique* Colon. — Put. et Oxon. *avumque.* Aliae editt. paucae *animumque.* 167. *tum qua* ex ſcriptis Mod. et Heinſ. 169. *ſociati* coni. Heinſ. In Oxon. et Put. *formato.*

vidit audivitque. Fide data acceptaque, profectus retro Tarraconem eſt. — 157. *bilingues*, perpetuum Poenorum convicium, de quo ſup. lib. II, 56. — 159. *citiusque* etc. venuſtiſſimae urbanitatis plena vox, mixta gravitate aliqua heroi decora, ex armorum commemoratione. Nemo, inquit, me grato adverſus te animo vincet. Scilicet haec talia ſubinde digito monſtranda ſunt, ut refutentur, qui Silium ubique horridum calumniantur. 163. *mentem fatigat.* vid. lib. III, 61.

171. ſeqq. Scipio et Haſdrubal apud Syphacem opis petendae gratia conveniunt. Hiſtoriam eius rei accurate narrat Livius XXVIII, cap. 17. ſq. unde poeta ita hauſit, ut ſummam rerum ſervaret, caetera varie mutaret, contraheret, ornaret poetico ritu. — *Maſſylum* regnatorem Syphacem dum Silius appellat, non ἀκριβῶς ſcripſit, ſed more poetarum, qui ſaepe fini-

Innumerae gentes, extremaque litore Tethys.
Multa viro terra, ac ſonipes; et belua, terror
Bellorum, nec non Marti delecta iuventus.
Nec foret, aut ebore, aut ſolido qui vinceret auro,
Gaetuliſve magis fucaret vellus ahenis.
Has adiungere opes avidus, reputanſque laborem,
Si vertat rex ad Poenos, dare vela per altum
Imperat, atque animo iam tum Africa bella capeſſit.
Verum ubi perventum, et portus tenuere carinae,
Iam, trepida fugiens per proxima litora puppe,
Haſdrubal afflictis aderat nova foedera quaerens
Rebus, et ad Tyrios Maſſylia ſigna trahebat.
Audito, pariter populorum in regna duorum
Adveniſſe duces, qui tota mole laborent,
Diſceptentque armis, terrarum uter imperet orbi,
Celſus mente Syphax acciri in tecta benigne
Imperat, et tanto regni ſe tollit honore.

Tum

180. *Africa* e Colon. Oxon. et priſcis editt. ante Iuntinam Nicandri, qui primus *fera bella* edidit.

finitimas gentes confundunt. Nam is fuit proprie Maſſaeſylorum rex, Mauris finitimorum. vid. Strab. XVII. p. 829. Polyb. XVI, 12. et Livius l. l. Enimvero Syphax aliquando totum Maſiniſſae regnum, Maſſylos, obtinuit. Vnde etiam Livius XXIV, 48. regem Numidarum appellat. 173. *extrema Thetys* fines extremos Mauretaniae ad Oceanum Atlant. productos deſignat. De obiectis Hiſpaniae finibus ſimilia paſſim explicavimus, ut lib. I, 140. Livius etiam de Syphace: *opulentiſſimus eius terrae* (Africae) *rex, bello iam expertus ipſos Carthaginienſes; finibus etiam regni apte ad Hiſpaniam, quod freto exiguo dirimuntur, poſitis.* — 177. *Gaetulicae* purpurae, ad quam poeta alludit, mentionem fecit Plin. VI, 31. extr.

178-80. Livius l. l. de Scipione: *iam Africam, magnamque Carthaginem — ſpectabat. Itaque praemoliendas ibi ratus iam res, conciliandoſque regum gentiumque animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare.* Haec certe ante oculos habuiſſe Silius videtur. — *reputans laborem*, periculum, quod Romanis immineat, ſi etiam

Syphax

Tum laetos volvens oculos adverſa per ora;
Sic Latium affatur iuvenem, ac prior incipit ultro:
Quam te, Dardanida pulcherrime, mente ſerena
Accipio, intueorque libens! quamque ora recordor
Laetus Scipiadae! Revocat tua forma parentem.
Nam repeto, Herculeas Erythia ad litora Gades
Cum ſtudio pelagi et ſpectandis aeſtibus undae
Veniſſem, magnos vicina ad flumina Baetis
Ductores miro quondam me cernere amore.
Tum mihi dona viri praeda delecta tulere,
Arma ſimul, regnoque meo tum cognita primum
Cornipedum frena, atque arcus, qui cedere noſtris
Non norint iaculis; veteres tribuere magiſtros
Militiae, qui diſperſas ſine lege catervas
Veſtro formarent ritu ad certamina Martis.
Aſt ego, cum veſtro (in noſtris quae copia regnis)

S 2 Nunc

191. *prior* e ſcriptis pro *prius.* 201. Secutus ſum editionem Villebr. Heinſius iam coniecerat *qui cedere noſtro non norint iaculo.* Scilicet Syphax munera a Scipionibus accepta haud dubie laudat. Enimvero in vulgata lectione illa laus non ineſt: *quis cedere noſtra non norunt iacula.* Gronovius Obſ. IV, 6. volebat, *non nolint*, eodem fere ſenſu. 205. *Atque ego* Lefeb. ex Rom. 2. *veſtro* Parm. Ben. Al. *noſtra*, *veſtra.*

Syphax ad Poenos ſe convertiſſet.

190. ſq. Haec manifeſte ficta ſunt ad imitationem Virg. Aen. VIII, 152. ſq. ubi Evander Aeneam venientem ſalutat: *Ille os, oculosque loquentis iam dudum et totum luſtrabat lumine corpus. Tum ſic pauca refert: ut te, fortiſſime Teucrum, Adcipio agnoſcoque libens! ut verba parentis, Et vocem Anchiſae magni vultumque recordor!* Etiam in ſequentibus colorem Virgilianum ſervat. 194. *revocat* mihi in animum, recordor patris tui, cum te intueor. — 195. Quae iam Syphax memorat, repetenda ſunt ex Livii lib. XXIV, 48. et cf. Virgil. l. l. verſ. 166. ſeqq. — 196. ut olim Hannibal eodem conſilio Gades adiit, ſup lib. III, 146. — 200. *tum cognita primum.* Numidae enim frenis non utebantur, ſed ſola virga equum moderabantur. vid. lib. I, 215. — 205. *veſtro,* ſcil. patri. 206. *nivei mun. dentis* ex ebore facta. vid. lib. IX, 581. —

207.

Nunc auri ferrem, nivei nunc munera dentis,
Nil valui precibus. Solos sibi cepit uterque,
Quos cohibebat ebur vaginae sectilis, enses.
Quare, age, laetus habe nostros intrare penates,
Ac, mea quando affert Libycum fortuna per undas
Ductorem, facili, quae dicam, percipe mente.
Et vos, qui Tyriae regitis Carthaginis arces,
Hasdrubal, huc aures, huc, quaeso, advertite sensus.

Quanta per Ausonios populos, torrentibus armis,
Tempestas ruat, et Latio suprema minetur,
Vtque bibant Tyrium bis quinos saeva per annos
Sicana nunc tellus, nunc litora Hibera cruorem,
Cui nescire licet? Quin ergo tristia tandem
Considunt bella, et deponitis arma volentes?
Tu Libya, tu te Ausonia cohibere memento.
Haud deformis erit vobis ad foedera versis
Pacator mediusque Syphax. Subiungere plura
Non passus, gentis morem arbitriumque Senatus

Scipio

206. *offerrem* coni. Heins. 209. pro *habe* in Colon. *have.* Hinc Barthius coni. *ave intrare* pro libenter intra. 210. *affert* ex Colon. et Oxon. pro vulg. *habuit.* In Putean. *abest.*

207. *nil valui precibus*, h. e. non potui impetrare a patre, et patruo tuo, ut dona mea acciperet, praeter *solos enses, quos coh.* — *sectilis*, vagina eburnea inclusos. De hoc vaginarum genere Drakenb. confert Homer Odyss ϑ, 403. Virgil. A. IX, 303. sq. Ovid. Met. IV, 147. — 209. *habe intrare*, pro simpl. intra. Adferunt exempla formulae ex Quinctil. Decl. 16. pag. 269. ed. Obr. Gell. N. A. XIV, 1. — 210-13. Quoniam magnitudo fortunae meae vos ambos, Scipio, et Hasdrubal, huc agit, agite, componite pacem mea auctoritate. Ita Barthius. In Livianis cap. 18. haec sunt: *utrumque in hospitium invitat; et quoniam fors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates voluisset, contrahere ad colloquium dirimendarum simultatum caussa est conatus.*

214. sqq. Oratio Syphacis ambobus ducibus pacem suadentis. Argumentum tetigit Livius, ut antea vidimus; Silius verbis amplificavit. 223-25. haec expressa plane ex Livio sunt: *Scipio abnuebat, de repu-*

Scipio demonſtrat, vanique abſiſtere coepti
Spe iubet, et Patres docet haec expendere ſolos.
Suadendi modus hic: quodque eſt de parte diei
Exacti ſuper, ad menſas et pocula vertunt.
Atque, epulis poſtquam finis, dant corpora ſomno,
Et dura in noctem curarum vincula ſolvunt.
  Iamque novum terris pariebat limine primo
Egrediens Aurora diem, ſtabuliſque ſubibant
Ad iuga ſolis equi, necdum ipſe aſcenderat axem,
Sed prorupturis rutilabant aequora flammis:
Exigit e ſtratis corpus, vultuque ſereno
Scipio contendit Maſſyli ad limina regis.
Illi mos patrius fetus nutrire leonum,
Et catulis rabiem atque iras expellere alendo.
Tum quoque fulva manu mulcebat colla iubaſque,
Et fera tractabat ludentum interritus ora.
Dardanium poſtquam ductorem accepit adeſſe,
Induitur chlamydem, regnique inſigne vetuſti
Geſtat laeva decus: cinguntur tempora vitta

224. *vanique* ex Colon. pro vulg. *namque illum*, vel *iamque illum* quod Dausqueio placebat, et Cortio etiam notatum eſt ad marginem. 230. *limine* Colon. pro *lumine*. 236. *nutrire* ex Colon. Al. *nutriſſe*.

republica ſe cum hoſte agere quicquam iniuſſu ſenatus poſſe.

230. Poſtero die mane Scipio Syphacem adit, foedera iuncturus. Hunc locum Silius, ut poeta hiſtoricae veritatis ſimplicitate non contentus, rebus et verbis ornatum extulit. Luxuriantior imago eſt, qua primam Auroram, nondum viſo ſole, deſignat. Eo pertinet *limen primum*, quo Aurora egreditur; vid. lib. V, 25. variata imagine. Sol equos e *ſtabulis* ducit, et *iugis* ſubmittit, noto phantaſmate, quod explicavimus ſup. lib. III, 399. — 236-39. cf. quae ſupra paſſim de hoc more Maurorum poeta notaverat lib. I, 406. II, 438. III, 288. Placebit in his iucunda et gravis verborum varietas, quam plerumque felici ſtudio Silius exſequitur. — 242. *geſtat leva*, ſceptrum cuius notatio in verſu 245. expreſſa eſt. — *vitta alb.* diademate regio.

Albente, ac lateri de more adſtringitur enſis.
Hinc in tecta vocat, ſecretiſque aedibus hoſpes
Sceptrigero cum rege pari ſub honore reſidunt.
Tum prior his infit terrae pacator Hiberae:
Prima mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire
Ad tua regna fuit properantem et maxima cura,
O ſceptri venerande Syphax: nec me aequore ſaevus
Tardavit medio pontus. Non ardua regnis
Quaeſumus, aut inhonora tuis: coniunge Latinis
Vnanimum pectus, ſociuſque accede ſecundis.
Non tibi Maſſylae gentes, extentaque tellus
Syrtibus, et latis proavita potentia campis
Amplius attulerint decoris, quam Romula virtus
Certa iuncta fide, et populi Laurentis honores.
Cetera quid referam? Non ullus ſcilicet ulli
Aequus Coelicolûm, qui Dardana laeſerit arma.
Audivit laeto Maſſylus et annuit ore,
Complexuſque virum, Firmemus proſpera, dixit,
Omina, nec votis Superi concordibus abſint,
Cornigerumque Iovem Tarpeiumque ore vocemus.
Et ſimul exſtructis ceſpes ſurrexerat aris;
Victimaque admotae ſtabat ſubiecta bipenni,
Cum ſubito abruptis fugiens altaria taurus
Exſiluit vinclis, mugituque excita late
Implevit tecta, et, fremitu ſuſpiria rauco

Con-

247. *Pyrenes montibus* editt. Rom. 1. Mediol. Parm. 253. *praetentaque* coni. Heinſ. ex Virg. Aen. VI, 60. 256. *iuncta* et *honores* ex Colon. Mod. pro *invicta*, et *honore* vulg.

246. ſeqq. *terrae pacator Hib.* Scipio, inſigni titulo, ut ſupra *Nemeae pacator* Hercules dictus lib. II, 483. — 250. *non ardua*, quae praeſtare non poſſis, vel perniciosa tibi ſint.

263. Foedus ſacrificio firmatur. De ara graminea vid. lib. IV, 703. — 265. Laevum omen obiicitur, quale iam ſupra inter prodigia vidimus, ſimili ornatu verborum expreſſum lib. V, 63. et cf. Stat. Theb. XI, 226 ſqq. Fecit autem huius ominis mentio-

Congeminans, trepida terrorem sparsit in aula.
Vittaque, maiorum decoramen, fronte sine ullo
Delapsa attactu, nudavit tempora regis.
Talia Coelicolae casuro tristia regno
Signa dabant, saevique aderant gravia omina fati.
Hic fractum bello regem solioque revulsum,
Tempus erit, cum ducet agens ad templa Tonantis,
Qui tunc orabat socialia foedera supplex.
His actis repetit portum, puppesque secundo
Dat vento, et notis reddit se Scipio terris.
  Concurrere avidae gentes, variosque subacta
Pyrene misit populos. Mens omnibus una,
Concordes regem appellant, regemque salutant.
Scilicet hunc summum norunt virtutis honorem.
Sed, postquam miti reiecit munera vultu,
Ausonio non digna viro, patriosque vicissim
Edocuit ritus, et Romam nomina regum
Monstravit nescire pati, tum versus in unam,

273. *hic* Heins. pro vulg. *hinc*. 276. *puppesque* e scriptis pro *puppemque*. 278. *concurrere* Colon. Put. Rom. 2. Al. *concurrunt*.

tionem poeta, ut praesignificaret foedus postea a Syphace violatum, qui filia Hasdrubalis in matrimonium ducta ad Poenos se convertit. cf. Liv. XXIX, 23. — 271. *casuro regno*, Syphacis quo is mox exutum se sentiet. Vnde statim *bello fractum* et *solio revulsum* regem appellat. 273-75. Futurum est, ut Scipio Syphacem victum in triumpho ducat. vid. Liv. XXX, ult. et inf. XVII, 630.

278. seqq. Rex appellatus Scipio ab Hispanis devictis, eam dignitatem recusat. Est hoc merum emblema historicum, insertum huic loco contra rerum gestarum ordinem. Nam post devictas Hasdrubalis copias Hispanorum ad Baeculam urbem illud accidisse Scipioni, Livius iam libro XXVII, 19. narraverat: *Circumfusa multitudo Hispanorum et ante deditorum et pridie captorum, regem cum ingenti consensu appellavit. Tum Scipio, silentio per praeconem facto: quo se milites sui appellassent, regium nomen alibi magnum, Romae*

Quae reſtat, curam, nullo ſuper hoſte relicto,
Et Latios ſimul, et vulgum Baetiſque Tagique
Convocat, ac medio in coetu ſic deinde profatur:
Quando ita Coelicolûm nobis propenſa voluntas
Annuit, extremo Libys ut deiectus ab orbe
Aut his occideret campis, aut, axe relicto
Heſperio, patrias exſul luſtraret arenas:

Iam

291. *exciderer* Colon. vulg. *occideret*, pro quo Heinſ. offerebat *occiderit* et *luſtrarit*.

Romae intolerabile eſſe. Regalem animum in ſe eſſe; ſi id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacite iudicarent, vocis uſurpatione abſtinerent. Inde hauſit Silius, ſed pauca expreſſit.

287. ſqq. Iam Scipio concione convocata certamina et ludos in honorem parentum celebrandos edicit. Eſt epiſodium epicum ſummae amplitudinis, et ad finem usque libri perductum. Et variis de cauſis plane non erit mirandum, Silium in hunc locum cogitatione incidiſſe. Nam primum exemplum Homeri in ea re Odyſſ. *ω*, 85. ſqq. et Il. *ψ*, ita ſequentes poetas graecos et latinos adfecerat, ut qui carmen epicum ſcriberet, non putaret ſimilem locum praetermittendum eſſe: Vnde in Virgilii Aeneide lib. V. nobilis locus de ludis funebribus in Anchiſae honorem ab Aenea inſtitutis ortus, atque etiam Statius Theb. libr. VI. ad eandem imitationem deductus eſt. Deinde in Silio illud commune imitandi ornandique carminis ſtudium confirmatum etiam eſt veritate hiſtorica, quae illorum ludorum mentionem propemodum neceſſariam reddebat. Ita enim Livius XXVIII, 21. *Scipio* (poſt expugnatas Illiturgitanorum et Caſtulonenſium civitates) *Carthaginem, ad vota ſolvenda Diis, munusque gladiatorum, quod mortis cauſa patris patruique paraverat, edendum redit — Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi pro copia et provinciali et caſtrenſi apparatu.* In toto autem hoc loco amplificando et ornando carminis maxime Virgiliani *οἰκονομίαν* ſecutum eſſe poetam noſtrum, comparando intelligi poteſt, quamvis paſſim etiam videmus colores Homericos adhibuiſſe. Iam igitur ſingula excutiamus.

288. ſqq. cf. Aeneae oratio ad ſocios apud Virg. V,

Iam veſtra tumulos terra celebrare meorum
Eſt animus, pacemque dare expoſcentibus umbris.
Mente favete pari, atque aures advertite veſtras.
Septima cum ſolis renovabitur orbita coelo,
Quique armis ferroque valent, quique arte regendi
Quadriiugos pollent currus, quîs vincere planta
Spes eſt, et ſtudium iaculis impellere ventos,
Adſint, et pulchrae certent de laude coronae.
Praemia digna dabo, e Tyria ſpolia inclita praeda:
Nec quiſquam noſtri diſcedet muneris expers.
Sic donis vulgum laudumque cupidine flammat.
Iamque dies praedicta aderat, coetuque ſonabat
Innumero campus, ſimulataſque ordine iuſto
Exſequias rector lacrimis ducebat obortis.
Omnis Hiber, omnis Latio ſub nomine miles
Dona ferunt, tumuliſque ſuper flagrantibus addunt.
Ipſe, tenens nunc lacte, ſacro nunc plena Lyaeo
Pocula, odoriferis aſpergit floribus aras.

294. *fert animus* coni. Heinſ.

44. — *extremo ab orbe* ex Hiſpania *deiectus*, expulſus, ſ. victus et fugatus. Mox Africam *arenis* nota metaphora deſignat. 293. *veſtra terra*, bene, quae nunc veſtra eſt, ut veſtra virtute parta, victis et expulſis Poenis. — *tumulos celebr.* funus, exequias, donis ferendis, et ſacris faciundis, ut mox verſ. 304. ſqq. *tumulo ſolemnia mittere* dixit Virg. A. VI, 380. — *pacem dare umbris*, quod fiebat funere procurando, ſine quo umbrae inquietae vagari credebantur. v. interpr. ad Virgil. Aen. III, 67. ubi *animam ſepulcro condunt*. — 295. *mente favete* εὐφημεῖτε. Virgil. l. c. *ore favete omnes*. coll. verſ. 304.

296 - 302. Certaminum genera Scipio edicit. cf. locus ſimilis Virgil. l. c. verſ. 64. ſq. ut varietatem et dignitatem ornatus intelligas. In verſſ. 302. variata ſententia eſt Virgil. l. l. 305.

304. ſeqq. cf. Virgil. verſ. 104. *ſimulatas exeq.* fictam pompam funebrem *ducebat*, quae mox narratur. Sic plane Virgilianus Aeneas verſ. 75. *ille e concilio multis cum millibus ibat ad tumulum*, magna

Tum manes vocat excitos, laudesque virorum
Cum fletu canit, et veneratur facta iacentum:
Inde refert sese Circo, et certamina prima
Inchoat, et rapidos cursus proponit equorum.
Fluctuat aequoreo fremitu rabieque faventum,
Carceribus nondum reseratis, mobile vulgus,
Atque fores oculis et limina servat equorum.
Iamque, ubi prolato sonuere repagula signo,
Et toto prima emicuit vix ungula cornu,

Tolli-

312. *canit*, et *veneratur* ex emendatione Heinsii, iam a Barthio usurpata. Nonnullae enim editt. habebant *caneat*. Putean. *cantet*. Colon. *caneret*. Vnde Heinsius etiam coni. *Cum fletu canere et venerari facta iacentum*, et sic edidit Lefeb. 319. *moto cornu* coni. Heins.

gna medius comitante caterva etc. 309-12. cf. Virg. vers. 77. et de *floribus* Aen. VI, 884. sq. et quae illo in loco notavit Heynius. 311. cf. Virg. vers. 80. *salve, sancte parens, iterum, salvete recepti cineres, animaeque umbraeque paternae.*

313. Festinat poeta ad ipsos ludos et certamina describenda. Scilicet hoc maxime agebat, ut artem potius suam et doctrinam poeticam explicaret, quam animis legentium rite praeparandis, et recte afficiendis indulgeret. Quanto efficaciora sentimus esse, quae Virgilius ludorum recensioni praemiserat! et praeterea quanto aptius ad victoriae cupidinem inflammandam dona oculis futurorum victorum exposita videmus, quam apud Silium post victoriam demum exprompta et distributa! quamvis non per omnia certaminum genera hunc morem tenuit. vid. inf. vers. 458. sq. — 315-17. Haec brevibus absolverat Virgilius vers. 107. *laeto complerant litora coetu, Visuri Aeneadas.* Sed locus, quem variatis coloribus expressit Silius, est in vers. 148. *Tum plausu fremituque virum, studiisque faventum consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant litora, pulsati colles clamore resultant.* Vnde sentiri potest, quam infelici variatione *rabiem* pro studiis Virgil. Silius posuerit. Scilicet ita infelices esse solent, quicunque magnum artificem imitari, nec tamen describere audent.

318. sqq. Quamvis Virgilio non descriptum est certamen eorum, qui curribus inter se contenderent, tamen in hoc loco Silius colores et ornatus

Tollitur in coelum furiali turbine clamor.
Pronique, ac ſimiles certantibus, ore ſequuntur
Quiſque ſuos currus, magnaque volantibus îdem
Voce loquuntur equis. Quatitur certamine Circus
Certantum, ac nulli mentem non abſtulit ardor.
Inſtant praecipites, et equos clamore gubernant.
Fulvus, arenoſa ſurgens tellure, ſub auras
Erigitur globus, atque operit caligine denſa
Cornipedumque vias, aurigarumque labores.
Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri.
Hos patriae favor, hos accendit nobile nomen
Antiqui ſtabuli. Sunt, quos ſpes grata fatiget,
Et nova ferre iugum cervix. Sunt, cruda ſenectus
Quos iuvet, et longo ſonipes ſpectatus in aevo.

Evolat

322. *curſus* Colon. 325. *praecipites* emendavit Heinſius ex vulg. *praeceptis*.

natus variavit ex illa parte carminis Virgiliani, quae certaminis navalis ſcenam exhibet; praeterea autem paſſim ex arena Homerica Il. ψ, 351. profecit; qui locus ſedulo comparandus eſt iis, qui ingenium Silianum, et omnino artis poeticae varietatem cognoſcere cupiunt. — 320-25. aurigae cum clamore excurrunt. Totus locus luxuriante apparatu verborum variatus ad exemplum Hom. l. c. 362. ſq. *οἱ δ' ἅμα παντες ἐφ' ἵπποισιν μαςιγας ἀειραν, Πεπληγον ϑ' ἱμασιν, ὁμοκλησαν τ' ἐπεεσσιν.* Sed et haec luxuria quadam ſua ſuavitate et facilitate placet prae difficili et horrido tumore, quo Statius in ſimili loco debacchatur. 326-28. cf. Hom. Il. ψ, 365. Stat. l. c. 411. Virg. Georg. III, 110. — *operit — vias* etc. latent in nube pulveris equi et currus, ut neutrorum veſtigia diſtingui poſſent. Stat. verſ. 414. *Evolvere globum, et ſpatio quo quisque valebat Diducti. delet ſulcos iterata priores orbita.*

329. ſeq. De ſpectatoribus ſermo eſt, quorum alii equo ob patriam favebant, alii quod patre nobili, qui ſaepe in Circenſibus victoriam adeptus erat, prognatus eſſet. Eo enim *nomen nobile antiqui ſtabuli* pertinet, quale erat Caucaſi equi, ex illis quos Diomedes ab Aenea abſtulit orti, infra verſ. 368. cf. Stat. Silv. V, 11. 21. — Alios

ſpes

Evolat ante omnes, rapidoque per aera cursu
Callaïcus Lampon fugit, atque ingentia tranat
Exsultans spatia, et ventos post terga relinquit.
Conclamant, plausuque fremunt, votique peractam
Maiorem credunt praecepto limite partem.
At, quîs interior cura, et prudentia Circi
Altior, effusas primo certamine vires
Damnare, et cassis longe increpitare querelis
Indispénsato lassantem corpora nisu:
Quo nimius, quo, Cyrne, ruis? (nam Cyrnus agebat)
Verbera dimitte, et revoca moderatus habenas.
Heu surdas aures! Fertur securus equorum,
Nec

334. *raptoque curru* Lefeb. ex emend. Heins. cum *curru* esset in Colon. 338. *praecepto* e scriptis Heins. et sic edidit Lefeb. 340. *vires* e scriptis Mod. et Heins. pro vulg. *voces.*

spes grata fatigat, quatenus intenti spectant exspectatione equi iuvenis, qui prima certamina init, *nova — cervix.* Alios delectat *cruda senectus*, vivida, et spectata annis. De verbis cf. lib. I, 405.

334. sq. Color orationis ut in Virgil. l. c. 151. vel 318. Si quem autem male habeat, quod quatuor tantum equi commemorentur in seq cum tamen quatuor aurigae et quadrigae inducantur, is cogitet Silium sequi morem in Circo usitatum, ut quarumcunque quadrigarum unus tantum equus, qui praestantissimus erat, et ex quo potissimum victoria pendebat, recenseretur, reliqui tres non nominarentur. Sic bene Drakenb. — *Callaicus Lampon*, equi Hispani nomen. v. lib. II, 397. *ventos — reliquit*, centies variata poetis sententia. Id *anteire cursibus auras* Virgil. dixit Aen. XII, 84. Et lib. V, 309. *Nisus emicat et ventis et fulminis ocior alis.* 338. *praecepto limine*, via praeoccupata, qua Lampon caeteros anteibat. — 339. Qui artes equestres et circenses melius callebant, Cyrni rectoris nimium in principio certaminis impetum reprehendebant. Hae sunt *effusae p. c. vires*, felici delectu verborum elata sententia. Ita sup. lib. VIII, 282. *auriga indocilis totas effundit habenas.* cf. Lucan. IV, 620. et Stat. l. c. 462. qui locus instar commentarii erit, ut intelligas *indispensatum nisum*, esse nimium in equos impetum, quo vires equorum non dispensantur, sed repente exhau-

Nec meminit, quantum campi decurrere reſtet.
Proximus, a primo diſtans, quantum aequore currus
Occupat ipſe, loci tantum: ſed proximus ibat
Aſtur Panchates, patrium frons alba nitebat
Inſigne, et patrio pes omnis concolor albo:
Ingentes animi, membra haud procera, decuſque
Corporis exiguum, ſed tum ſibi fecerat alas
Concitus, atque ibat campo indignatus habenas.
Creſcere ſublimem, atque augeri membra putares.
Cinyphio rector cocco radiabat Hiberus.
Tertius aequata currebat fronte Peloro
Caucaſus. Ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Applauſae blandos ſonitus, clauſumque cruento
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.
At, docilis freni et melior parere, Pelorus
Non unquam effuſum ſinuabat devius axem:
Sed

349. *patrio inſigni* probabat Salmaſ. ad Solin. pag. 630. — 355. Locus a Modio reſtitutus e Colon. conſentiente Oxon. libro in quamplurimis. Acceſſit eiusdem cura verſus integer *Tertius aequata* etc. In Vulgatis erat: *Cinyphio rector radiabat fronte Peloro. Camphaſus ipſe, aſper* etc.

exhauriuntur, unde et dicit *laſſantem corpora* equorum; et infr. 382. *exhauſtas vires Callaicas.* — 343. Forma orationis e Virgilio adſcita Aen. V, 162. ſqq. cf. Hom. ψ, 425. ſq. — *nimius*, nimio impetu, modum excedente. *revoca hab.* exquiſite pro vulg. adduc.

347. ſq. Proximus illi currum trahebat Panchates, equus Aſtur. Spatium diſtantis a primo expreſſum ad imitationem Homeri Il. ψ, 517. — 349. *frons alba* etc. Eodem inſigni Thracium equum Virgilius ornavit Aen. V, 566. cf. Hom. Il. ψ, 453. — 351. vid. lib. III, 335. — 355. *Cinyphio cocco* purpura Gaetulica, de qua ſup. verſ. 177. cf. lib. II, 60. et III, 275.

356. Tertio loco *Caucaſus* equus cum *Peloro* currebat, *aequata fronte*, paribus paſſibus, quamvis diverſis quadrigis iuncti. cf. verſ. 379-81. — Iam amborum equorum diverſa ingenia notantur; alter *aſper*, nec gaudens *cervice plauſa*, de quo equorum permulcendorum artificio vidimus lib. IV, 265. Hinc *mandere*

Sed laevo interior ſtringebat tramite metam;
Inſignis multa cervice, et plurimus idem
Ludentis per colla iubae: mirabile dictu,
Nullus erat pater. Ad Zephyri nova flamina campis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hunc Durius ſtimulabat in aequore currum:
Caucaſus antiquo fidebat Atlante magiſtro.
Ipſum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde
Miſerat: exceptum Troiana ab origine equorum
Tradebant, quos Aeneae Simoentis ad undas
Victor Tydides magnis abduxerat auſis.

Iam.

369. Pro *Tyde* Salmaſ. ad Sol. pag. 631. malebat *Tinde*, regiam Diomedis Thracis. Sed vid. quae in notis diximus. 371. *tradebant* Colon. In Oxon. *Cadebant*. Editt. Rom. 1. Mediol. Parm. *cedebant*. Cod. Tel. *ducebant*.

dere ferrum dicitur idem, ut freni impatiens. 361. Pelorus equus frenis morem gerens non evagabatur curru, ſed proximam ad metam viam tenebat. Haec ornate eloquitur, ex conſuetudine Circi. Ergo cogitemus neceſſe eſt, metam ita fuiſſe circumflectendam, ut eam a ſiniſtra haberent. Itaque *laevo tramite* ſtringit metam, qui proxime eam attingit, nec dextrorſum evagatur; idem *interior* eam ſtringit, h. e. verſus metam decurrit, quae via eſt brevior, et victoriae aptior. Res et verba Silio Virgilius praebuit Aen. V, 170. ubi eodem modo Cloanthus *radit iter laevum interior*, ubi vid. quae Heyn. notavit. Iam contraria ratione *effuſus axis* erit, extra breviſſimam viam deflexus, ideoque *ſinuatus*. qui curſus ſemper recto et brevi opponitur. vid lib. IX, 227. et XV, 621. — 363. *multa cervice*, craſſa, et *plurimus iubae*, denſas et longas iubas in cervice gerens, e diſciplina Virgil. Georg. III, 52 et 86. — *ludentis* orn. pro dependentis, ut Virg. Aen. XI, 497. *luduntque iubae per colla per armos*. Infra verſ. 443. *effuſas per colla per armos ventilat aura iubas*.

365. Ex equa Luſitana equum progenitum poeta deſignat, ad fabulam adludens, qua illae ex Zephyro ſ. Favonio concipere credebantur. vid. ſup. lib III, 378. ſqq. — 369. Caucaſi ſtirpem prodit ex Diomedis equis Aeneae ablatis. v. Hom. Il. ε, 323. ſq. et

Iamque, fere medium evecti certamine campum,
In spatio addebant: nisusque apprendere primos
Panchates animosus equos, super altior ire,
Et praecedentem iam iamque ascendere currum
Pone videbatur, curvatisque ungula prima
Callaïcum quatiens pulsabat calcibus axem.
At postremus Atlas; sed non et segnior ibat
Postremo Durio: pacis de more putares
Aequata fronte et concordi currere freno.
Sensit ut exhaustas, qui proximus ibat, Hiberus
Callaïcas Cyrni vires, nec, ut ante, salire
Praecipitem currum, et fumantes verbere cogi
Assiduo violenter equos, ceu monte procella
Cum

374. *in spatio* scripti. Vulg. *in spatia.* 382. *Sensit ut* et mox *Cyrni*, pro *sensit et cernit* Modius e Colon. emendavit.

et ψ, 290. De *Aetola Tyde* vid. sup. lib. III, 367.

373. seqq. Sequitur ipsa certaminis scena descripta. — *in spatio addebant* scil. cursum, h. e. intendebant, in ipso spatio currendi sumunt vires. Formula est Virgiliana ex Georg. I, 513. ubi vid. interpr. et Heyn. inprimis. — 374. *nisus apprendere*, annisus assequi, et attingere currendo *primos equos*, qui iuncti erant currui praecedenti Callaico, et *super alt. ire*, praecurrere illos. Iam hic Panchatis nisus et impetus porro duabus imaginibus declaratur; primum *ascendere currum pone videbatur*, expressa imagine ex Homeri Il. ψ, 378. *ἔδε τι πολλον ἄνευθ᾽ ἔσαν, ἀλλα μαλ᾽ ἔγγυς· ἀεὶ γαρ διφρε ἐπιβησομενοισιν εἰκτην.* Deinde *ungula pulsabat axem*, ad naturam scena adumbrata, cum unus currus alterum insequens urget, et tangit, ut apud Hom. l. c. 763. *Ὀδυσευς θεεν ἐγγυθεν. αὐταρ ὄπιθεν Ἴχνια τυπτε ποδεσσιν.* Virgil. V, 324. *Calcemque terit iam calce Diores.* In *calcibus curvatis* cursum citatum equorum, et pedes inter currendum elevatos, argute et luxurianter, expressit, ad absolvendam imaginem; *ἵπποι ἀερσιποδες* Hom. l. c. 475. — 379-81. Atlas et Durius ita aequo passu iuxta se invicem vehebantur, ac si de industria et sponte se iunxissent.

382, seqq. Hiberus fortius excitans equos Cyrnum praecurrit, cuius equi exhaustis viribus

Cum ſubita ex alto ruit, uſque ad colla repente
Cornipedum protentus, et in capita ardua pendens,
Concitat ardentem, quod ferret lora ſecundus,
Panchaten, voceſque addit cum verbere mixtas:
Tene, Aſtur, certante feret quiſquam aequore palmam
Erepto? Conſurge, vola, perlabere campum
Aſſuetis velox pennis. Decreſcit anhelo
Pectore conſumtus Lampon: nec reſtat hianti,
Quem ferat ad metas, iam ſpiritus. Haec ubi dicta,
Tollit

394. *qui ferat* edidit Leſeb. hoc ſenſu: non reſtat hianti ſpiritus, qui ferat illum ad metas. Quaſi vero non recte etiam dici aliquis poſſit ſpiritum ad metas ferre.

viribus fatigati curſum remiſerant. Magno verborum apparatu ſcena expoſita, ut poetam ornatûs ambitioſe captantem facile agnoſcas. — *ſalire praec. currum* dixit exemplo Homeri l. c. verſ. 368. *ἅρματα ἀΐξασκε μετήορα*, ut ſit in curſu citato et praecipiti. cf. Virgil. Georg. III, 108. 109. Sequuntur alia indicia equorum feſſorum, ut cum *fumant* ex nimio calore, et *cogi verbere* debent ad currendum. In imagine autem aurigae equos flagello et voce excitantis, quamvis non contemnenda variatio eſt colorum, quibus Homerus et Virgilius in ea re utebantur Il. ψ, 362. ſq. et Aen. V, 146. 47. tamen quis nunc probet aut ferat comparationem *montes ex alto ruentis procellae?* Videtur poeta repentini impetus, quo Hiberus *ad colla cornipedum protentus* fuit, notionem exaggerare voluiſſe; at quis non ſentiat procellae ruentis imaginem ineptam huic conſilio atque ex ornandi cupidine ortam? — 388. *ardentem, quod — ſecundus*, iunge et cogita equum cum ardore indignantem, quod adhuc ſecundus ſit, necdum primus evadere potuerit. Ex tali indignatione vere ardent equi, ut ſaepe ſudore fument, etiamſi non incitantur ab auriga vel equite. — 390. tune patiare, ut quisquam equus tibi *aequor eripiat*, h. e. te praecurrat, in tergo relinquat, et ſic *palmam ferat?* Simili modo Antilochus equos adhortatur apud Homer. l. c. 403. ſq. — 392. *decreſcit*, languoris indicio, ut cum equi feſſi caput et cervicem demittunt. Contrariam rationem ſupra poeta deſcripſerat in Panchate verſ. 354.

Tollit ſe ſonipes, ceu tunc e carcere primo
Corriperet ſpatium, et, nitentem opponere curvos
Aut aequare gradus, Cyrnum poſt terga relinquit.
  Confremit et coelum, et percuſſus vocibus altis
Spectantum Circus. Fertur ſublime per auras
Altius attollens cervicem victor ovantem
Panchates, ſocioſque trahit prior ipſe iugales.
At poſtremus Atlas, Durius poſtremus in orbem
Exercent artes, laevos nunc appetit ille
Conatus, nunc ille premit, certatque ſubire
Dexter, et alterni nequidquam fallere tentant:
Donec, confiſus primaevae flore iuventae,
Obliquum Durius converſis pronus habenis
Oppoſuit currum, atque everſum propulit axem
Atlantis ſenio invalidi, ſed iuſta querentis:
Quo ruis? aut quinam hic rabidi certaminis eſt mos?
Et

396. *curvos gradus* ſcripti. Al. *laevos*. 403. *artes* ſcripti, et editi nonnulli. In Parm. Rom. & Mediol. *artus*, pro quo Heinſius malebat *aſtus*.

395. *tollit ſe*, ad naturam apte, cum curſum citatiorem inchoant equi, ut ap. Hom. ὕψοσ' ἀειρέσθην Il. ψ, 501. — 396. *opponere curvos gradus*, formula ex arte Circenſi petita, dicitur, qui, dum currus alius inſequitur, repente reflexis equis currum ſuum opponit, ne ille praecurrere poſſit, ſed ut potius impactus frangatur vel evertatur. Quae quidem ſcena mox a verſu 406. planius deſcribitur, ubi *obliquum Durius converſus pronus habenis Oppoſuit currum* etc. Ergo *Cyrnum*, qui hoc ſtratagema parabat, Panchates praecurrens *poſt terga reliquit*. vid. Salmaſ. ad Solin. pag. 636. — 398. *confremit* pro vulg. reſonat, ut *percuſſus Circus*, perſonans vocibus. cf. Virgil. Aen. V, 149. ſq. et 228. *reſonat fragoribus aether*.

402. ſqq. Iam Atlas et Durius aurigae inter ſe certant. — *in orbem exercent artes*, dum alterni certant vel a dextro vel ſiniſtro latere ſe fallere praecurrendo. Ipſe poeta has artes mox diſertius explicat. Singula exquiſite et ornate dicta agnoſcimus, ut *laevos conatus appetere* pro vulg. ad ſiniſtram flectere currum. Mox alter *premit*, inſtat ad dextram per-

Et nobis et equis letum commune laboras.
Dumque ea proclamat, perfracto volvitur axe
Cernuus, ac pariter fusi, miserabile, campo
Discordes sternuntur equi: quatit aequore aperto
Lora suis victor, mediaque Pelorus arena
Surgere nitentem fugiens Atlanta relinquit.
Nec longum Cyrni defessos prendere currus.
Hunc quoque, cunctantem et sero moderamina equorum
Discentem, rapido praetervolat incitus axe:
Impellit currum clamor vocesque faventum.
Iamque etiam dorso atque humeris trepidantis Hiberi
Ora superposuit sonipes, flatusque vapore
Terga premi, et spumis auriga calescere sentit.
Incubuit campo Durius, misitque citatos
Verbere quadrupedes, nec frustra: aequare videtur,
Aut etiam aequavit iuga praecedentia dexter.
Attonitus tum spe tanta, Genitore, Pelore,
Te Zephyro eductum nunc nunc ostendere tempus.
Discant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,
Quantum divini praecellat seminis ortus.

Victor

perlabi curru. — De sensu versus 407. iam diximus ad vers. 396. — 411. *laboras*, paras, ut inf. vers. 509. — 415. *victor* Durius *quatit lora suis* incitat equos acrius, laxatis frenis, ut dum Atlas delectus in arena serpat, campum apertum petant. cf. inf. vers. 440.

417. Durius mox etiam Cyrnum assequitur, *cunctantem*, moderato cursu provectum, quia fessos equos habebat, et *sero*, h. e. defatigatis iam equis *discentem mod. eq.* nam antea nimio impetu ferebatur. cf. sup. vers. 340. sqq. Ad vers. 420. cf. Virg. Aen. V, 227. 28.

421. sq. Iam Durius Hiberum prope assequitur. Imago appropinquantis praecedentem adumbrata ex Hom. ψ, 380. 81. *πνοιῃ δ' Ἐυμηλοιο μεταφρενον εὐρεε τ' ὠμω θερμετ'· ἐπ' αὐτῳ γαρ κεφαλας καταθεντε πετεσθην.* Eam multis modis variarunt caeteri poetae. Virgil. Georg. III, 111. *humescunt spumis flatuque sequentum.* cf. Stat. Theb. VI, 603. Ovid. Met. V, 614. sqq. — 427. cf. sup. vers. 365. — 429. *pecudum ab origine*, cum contemtu

ictor dona dabis, ſtatueſque altaria patri.
t, ni ſucceſſu nimio laetoque pavore
oditus elapſo foret inter verba flagello,
orſan ſacraſſet Zephyro, quas voverat, aras.
um vero infelix, veluti delapſa corona
ictoris capiti foret, in ſe verſus ab ira,
ıratam medio diſcindit pectore veſtem,
: lacrimae ſimul et queſtus ad ſidera fuſi.
ec iam ſubducto parebat verbere currus:
o ſtimulis dorſo quatiuntur inania lora.
erea metis, certus iam laudis, agebat
ſe Panchates, et praemia prima petebat
duus. Effuſas lenis per colla per armos

T 2 Ven-

432. *pavore.* Sic conſtanter libri antiqui. Gronovius Obſ. II, 14. offerebat *favore*, cui Heinſius recte contradixit. vid. nott. 437. *perſcindit* editt. nonnullae veteres. 441. *metis* non placet Villebrunio, quia non vulgare eſt. Ergo coni. *metae.*

tu in eos equos, qui vul- a natalia habent, orti ab ; equis. 431. *patri*, Ze- ro. — 432. exquiſito atu ſcena deſcripta. Vt *pavoris* vim aſſequamur, temus neceſſe eſt Durium ita metu eventus laetitia ctum et conſternatum, gau- n quod inter cordis pulſus iebat, ut fit in ſpe pro- quae, at nondum praeſen- ictoriae. Similem animi ım, at non ita compoſi- gaudio et pavore adum- it Virgil. Georg. III, 105. *arrectae iuvenum, exſul- aque hauris Corda pavor ,ns.* Similiores ſunt ſen- ae aliorum poetarum, qui s illas antitheſes in deli- habebant, ut Statii Sylv. V. Patris epiced. verſ. 218. *heu quali confuſus gaudia fletu Vota piosque metus inter lae- tumque pudorem*, et Petron. Sat. cap. 89 *mentisque pavidae gaudium lacrymas habet.* — Er- go Durius *inter verba*, dum equos incitat et laudat, *prodi- tus elapſo fl.* pro vulg. flagel- lum manibus dimiſit. De for- mula vid. ad lib. II, 247. et XV, 709. Locum Homeri Il. ψ, 382. ſq. ubi ſimili modo, amiſſa ſcutica, Diomedes vi- ctoriae ſpem amiſſam conque- ritur, contuliſſe non poeni- tebit, a Silio nunc manifeſte refictum. — 439. *ſubd. ver- bere*, amiſſo flagello. Vnde mox *inania lora* dicuntur, qua- tenus ſine flagello ſola non ſufficiebant equis moderandis.

Ventilat aura iubas: tum, mollia crura superbi
Attollens gressus, magno clamore triumphat.
Par donum solido argento caelata bipennis
Omnibus, at vario distantia cetera honore.
Primus equum volucrem, Massyli munera regis
Haud spernenda, tulit: tulit huic virtute secundus
E Tyria, quae multa iacet, duo pocula, praeda,
Aurifero perfusa Tago. Villosa leonis
Terga feri, et cristis horrens Sidonia cassis
Tertius inde honor: et postremo munere Atlanta,
Quamuis perfracto senior subsederat axe,
Accitum donat ductor, miseratus et aevum
Et sortem casus. Famulus florente iuventa
Huic datur, adiuncto gentilis honore galeri.
His actis ductor laeta ad certamina plantae
Invitat, positisque accendit pectora donis:
Hanc primus galeam; hac acies terrebat Hiberas
Hasc

453. *tertius inde honor est: postremo.* Sic edidit Lefeb coni. Heinsii. Mox *Atlanta* Heinsius emendavit, pro vulg. *At tis.* Etiam Cortius ad marginem notavit *Atlantem.* 455. *citum* ex duobus scriptis Modius et Barthius restituere pro v *attritum.* 458. pro *laeta* Heins. coni. *lectae.* 461. *sus* scripti. Al. *cursu.* Oxonius *currus.*

446. sq. Exemplo Aeneae ap. Virgil. V, 305. seqq. ubi vid. Heyn. — 451. *pocula perf. Tago* inaurata, noto sensu, ut lib. II, 404. *chalybis perfecta metallo, Atque opibus perfusa Tagi.*

453. sq. In munere Atlantis imitatione expressum est exemplum Sergesti, cuius par calamitas in naumachia fuerat, ap. Virgil. V, 282. sqq. Ergo et illi *famulus datur*, ut Sergesto serva. cf. Hom. l. c. 704. Stat. Theb. VI, 549. et infr. 569. — Scipio au *miseratus casum* Atlantis m feste adumbratus ad Aen Virgil. l. c. vers. 350

458. seqq. Contulisse i bit ex Hom. Il. ψ, 740 Virgil Aen. V, 286. sin curius certamina, quorum lius nunc non fuit immen quamvis in hoc loco m suo ornatu et ingenio usu — 460. cf. Virg. l. c. Ad seq. versum cf. Hom 807. et ad vers. 463. H l. c. 750. Exquisitae a

I

Iafdrubal: hunc enfem, cui proxima gloria curfus,
ccipiet; caefo pater hunc detraxit Hyempfae.
'ertius extremam tauro folabere palmam.
etera contenti difcedent turba duobus
uifque ferox iaculis, quae dat gentile metallum.
Fulgentes pueri Tarteffos et Hefperos, ora
ftendere fimul, vulgi clamore fecundo.
os Tyria mifere domo patria inclita Gades.
Iox fubit, afperfus prima lanugine malas,
ieticus: hoc dederat puero cognomen ab amne
orduba: et haud parvo certamina laeta fovebat.
de, comam rutilus, fed cum fulgore nivali
orporis, implevit caveam clamoribus omnem
urytus: excelfo nutritum colle crearat
etabis, atque aderant trepidi pietate parentes.
um Lamus, et Sicoris, proles bellacis Ilerdae,

469. Verfus a Modio e Colon. libro reftitutus, quem et Barthius in Oxon. repererat. Sed pro *Afperus* ille correxit *afperfus*, ut eft in Put. in Rom. 2. *afperfas*. 470. *patrio ab amne* coni. Heinf. 471. *haud parvo certamina laeta* Modius ex Colon. Al. *parco*, *parto*.

teftatis formula eft *tauro folabere palmam* pro vulg. taurum ipere pro palma. 465. *ora oftend.* quod emi- e Virgil. dixit l. c. verf. 7. *emicat Euryalus, plaufu- volat fremituque fecundo.* omina certantium, fuo mo- , finxit ex variis Hifpaniae pidis, fluviis, tractibus, a nominis fimilitudine de- natis, ut *Tarteffum* et *Herum* fratres, ex occidentali fpaniae tractu, ubi eft Tar- fus nobile oppidum; unde ox *Tyriam Gaden* memorat, a Tyriis conditam. vid. lib. III, 4. et Curtius IV, 4. — *fulgentes*, florentes aetate, ut infra verf. 487. *omnes primaevi, flaventiaque ora decori.* — 471. *haud parvo — fovebat*, magni pretii aeftimabat ex his certaminibus palmam reportare. Cellarius ad Cordubam retulit hoc fenfu: Corduba haud parvo fumtu huius pueri certamina fuftentavit, ut cum aliis civitatibus praeftantia et fumtu fui athletae certaret. 473. cf. Virgil. l. c. verf. 340. — 475. De *Saetabi* vid. fup. lib. III, 373. *trepidi pietate par.* inter

Et Theron potator aquae, ſub nomine Lethes
Quae fluit, immemori perſtringens gurgite ripas.
Qui, poſtquam, arrecti plantis et pectora proni,
Pulſanteſque aeſtu laudum exſultantia corda,
Accepere tuba ſpatium, exſiluere per auras
Ocius effuſis, nervo exturbante, ſagittis.
Diverſa et ſtudia et clamor, pendentque faventes
Vnguibus; atque ſuos, ut cuique eſt gratia, anheli
Nomine quemque cient. Grex inclitus aequore fertur,
Nullaque tramiſſa veſtigia ſignat arena.
Omnes primaevi, flaventiaque ora decori,
Omnes ire leves, atque omnes vincere digni.
Extulit, incumbens medio iam limite, greſſum
Eurytus, et primus brevibus, ſed primus, abibat
Praecedens ſpatiis. Inſtat non ſegnius acer
Heſperos, ac prima ſtringit veſtigia planta
Pr

479. *pectora* ſcripſi, Vulg. *corpora*. 484. pro *unguib*[...] Heinſ. malebat *vocibus*. Cortius ad marginem notavit *aurib*[...] Sed vid. nott. Pro *anheli* in Putean. *laudi*, unde Heinſ. co[...] *blandi*. 485. *grex incitus* malebat Heinſ.

ſpem et metum ſuſpenſi, de filiorum fortuna et victoria. 476. *Ilerdae* ab opp. ad fl. Sicorim Hiſp. vid. ad lib. III, 359 — 477. *Theron pot. aquae* etc. accola Lethes fluv. Hiſp. v. ſup. lib. XIII, 555. unde *immemorem gurgitem* tribuit, quatenus potata aqua oblivionem inducere credebatur. cf. lib. II, 236.

480. cf. quae diximus ad verſ. 432. — 481. *accepere tuba ſpatium* pro vulg. poſtquam tuba excurrendi ſignum dedit. Virg. *ſigno repente corripiunt ſpatia audito*. — 482. *ocius effuſis — ſagittis*, variata velocitatis notatione. V[...]gil verſ. 317. *effuſi nimbo* [...]*miles*. 483. *pendent fauen*[...] *unguibus*. Cogita ſpectator[...] dum ſuis acclamant, ſumm[...] pedibus arrectos, et vel[...] ſuſpenſos, ut fit in tali co[...]tentione favoris et in tur[...]multorum. Diſertius Ap[...]lon II, 90. ἐπ' ἀκροτάτοις ἀερθεὶς ποδεσσιν, quem [...] cum Burmannus ad Val[...] Flacc. IV, 261. et Heyn. [...] Virg. V, 426. contulere. 486. velocitatis notatio, qu[...] ſaepe variatam vidimus, ſup. lib. III, 309. IV, 4[...]. 492. 93. expreſſa ex Vir[...]lia[...]

Progressae calcis. Satis est huic esse priori;
Huic sperare sat est, fieri se posse priorem.
Acrius hoc tendunt gressus, animique vigore
Corpora agunt: auget pueris labor ipse decorem.
Ecce, levi nisu postremoque agmine currens,
Postquam sat visus sibi concepisse vigoris,
Celsus inexhaustas effundit turbine vires
Non exspectato, subitusque erumpit, et auras
Praevehitur Theron. Credas Cyllenida plantam
Aethereo nexis cursu talaribus ire.
Iamque hos, iamque illos, populo mirante, relinquit:
Et, modo postremus, nunc ordine tertia palma,
Hesperon infestat sua per vestigia pressum.
Nec iam quem sequitur tantum, sed prima coronae
Spes trepidat tantis venientibus Eurytus alis.
Quartus sorte loci, sed, si tres ordine servent
Inceptos cursus, nequidquam vana laborans,

493. *praegressae* coni. Heins. et mox *huic isse priori.* 497. *currens* et mox *visus* Mod. et Heins. e scriptis emendarunt pro *cursum*, vel *currus*, et *visum*, vel *visu.* 501. *Cyllenide planta* coni. Barth. Editt. Mediol. et Rom. 1. *Cyllenia planta.* 507. *tantis eventibus Eurytus ales*, vel etiam *tactus venientibus Eur. alis*, obtulerat Heinsius, non improbante illud quidem prius Drakenborchio.

lianis vers. 324. Iuvabit has poetici sermonis varietates sedulo comparasse. — 500. *auras praevehitur* cf. sup. vers. 335. In Mercurio alatis pedibus incedente summae celeritatis notionem exprimi, nota observatio est. cf. Virgil. Aen. I, 300. sq. IV, 239. sq. ubi et habitus descriptio a Silio adumbrata: *pedibus talaria nectit aurea, quae sublimem alis, rapido pariter cum flamine portant.* — 504. *tertia palma*, tertio loco victor, formula Virgiliana l. c. 339, *nunc tertia palma Diores*, ubi vid. Heynius rationem poeticam demonstrans. Vidimus passim in Silio similia abstracta poni, ut lib. IV, 392. I, 479. VIII, 33. Eodem loquendi more mox Eurytus *spes prima coronae*, quatenus primus currebat et se primum praemium victoriae consecuturum sperabat. Stat. VI. Theb. 327. *Oebalios sublimis agit spes proxima plantae Amphiaraus equos.* — *trepidat* — *alis*,

Tartessos fratrem medio Therone premebat.
Nec patiens ultra tollit sese aequore Theron
Igneus, et plenum praetervolat Hesperon irae.
Vnus erat super, et metae propioribus aegros
Vrebat finis stimulis: quascunque reliquit
Hinc labor, hinc penetrans pavor in praecordia vires,
Dum sperare licet, brevia ad conamina uterque
Advocat. Aequantur cursus: pariterque ruebant.
Et forsan gemina meruissent praemia palma,
Pervecti simul ad metas, ni, terga secutus
Theronis', fusam late per lactea colla
Hesperos ingenti tenuisset saevus ab ira,
Traxissetque comam. Tardato laetus ovansque
Eury-

522. *Tardatum evadit iuvenem* iam Drakenborchii coniectura erat. Eam admisit Lefeb. cum in Rom. 2. reperisset *iuvenem*.

alis, timens ne a Therone tanto impetu advolante vincatur.

510. *Tartessos fratrem* Hesperum *premebat*, insequebatur *medio Therone*, ita ut hic inter Hesperum et Tartessum medius curreret. Notatur ordo, quo se invicem secuti sunt; Eurytus, Hesperus, Theron, Tartessus. Iam igitur Theron *igneus*, veloci rapidoque cursu (v. lib. III, 306.) *tollit se aeq.* intentius currit per campum, et sic *praetervolat Hesp.*

513. *Vnus* Eurytus supererat Theroni vincendus. 514-17. uterque collectis intentisque viribus currit, *brevia ad conam. adv. vires*, quia metae finis non procul aberat. Ergo victoriam brevissima via morabatur.

518. seq. Scena ficta a Silio, ne stercus Homeri, in quo Aiax laberetur, a Virgilio etiam in Niso adhibitum, ipse tertium repeteret. Ergo colorem Silius mutavit, imaginis lineas servavit, quae eo pertinebant, ut declararetur, qua fortuna secundus primum praecucurrerit. Eadem fictione usus est Stat. VI, 614. sqq. ad quem locum Barthius argutatur, cum Silium imprudentiae accusat, quod laesum per dolum non fecerit restitui, aut saltem, ut apud Statium, ex integro cum adversario decurrendi copiam accipere. Drakenborchius Silium recte defendit. Sed ne opus quidem videtur defensione adversus eos, qui poetam in has summi iuris angustias includi volunt. 522. *tardato iuvene*, Thero-

Eurytus evadit iuvene, atque ad praemia victor
Emicat, et galeae fert donum insigne coruscae.
Cetera promisso donata est munere pubes,
Intonsasque comas viridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.
Hinc graviora virûm certamina, comminus ensis
Destrictus, bellique feri simulacra cientur.
Nec, quos culpa tulit, quos crimina noxia vitae,
Sed virtus animusque ferox ad laudis amorem,

523. *ad praemia* e scriptis et editt. priscis. Primus Nicander in Iuntina *in proelia* induxit. 529. *districtus* vulg. ex Iunt. Nicandri. 530. *crimine noxia vita* coni. Heins.

Therone, cum quo antea pari passu cucurrerat, *evadit*, praetervolat. 524. *emicat*, primus pervenit ad metam et praemium, ut Euryalus apud Virg. l. c. 337. *galeae donum*, ex destinatione Scipionis supra declarata vers. 460. — *promisso munere* sup. vers. 461. sq. — Versus 526. 27. descripti sunt ex Virgilianis V, 556. 57.

528. Sequitur certamen gladiatorium. In tota eius descriptione Silius expressit narrationem Livianam lib. XXVIII, 21. *Gladiatorium spectaculum*, inquit, *fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum delectu ac liberorum, qui venalem sanguinem habent. Voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit* etc. Horum Silius memor fuit versſ. 530-33. Iam ita Livius pergit: *neque obscuri generis homines, sed clari illustresque, Corbis et Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro se certaturos, professi sunt. Robore maior, minor flore aetatis ferox, insigne spectaculum exercitui praebuere, documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Maior usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit.* Ex his nata est scena de fratribus geminis communi caede se trucidantibus, reficta illa et comparata ad formam epicam, et ornatu vario poetico distincta. Iam in singulis, quantum satis est ad intelligendum et iudicandum, morabimur.

529. *belli simulacra.* vid. ad lib. VII, 119. — 532. *cernere ferro* h. e. gladio congressi sunt ad pugnam. Formula est

Hi crevere pares ferro; ſpectacula digna
Martigena vulgo, ſuetique laboris imago.
Hos inter gemini (quid iam non regibus auſum?
Aut quod iam regnis reſtat ſcelus?) impia Circo
Innumero fratres, cavea damnante furorem,
Pro ſceptro armatis inierunt proelia dextris.
Is genti mos dirus erat: patriumque petebant
Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.
Concurrere animis, quantis confligere par eſt,
Quos regni furor exagitat: multoque cruore
Exſatiata ſimul portantes corda ſub umbras
Occubuere. Pari niſu per pectora adactus
Intima deſcendit mucro: ſuperaddita ſaevis
Vltima vulneribus verba; et, convicia volvens,
Dirus in invitas effugit ſpiritus auras.
Nec manes pacem paſſi: nam corpora iunctus
Vna cum raperet flamma rogus, impius ignis
Diſſiluit, cinereſque ſimul iacuiſſe negarunt.

Cetera

532. *Hi crevere* ex ſcripto libro Heinſius. Oxon. *His crevere.* Vnde Barthius volebat *Diſcrevere.* Marſus *decrevere*, quamvis ex Commentario patet eum legiſſe *crevere.* cf. Var. Lectt. ad Virgil. XII, 709. — 547. *iunctus* e ſcriptis Mod. et Heinſ.

Virgiliana ex Aen. XII, 709. ubi Heyn. poſt Cerdam contulit graec. κρινειν τον ἀγωνα, decernere. Adferunt etiam auctoritatem Quintil. X, 1. Senec. Epiſt. 58.

534. *gemini* fratres. Patrueles fratres Livius dixerat, ut ſupra notavimus. Valerius autem M. IX, 11. ext. 1. *duos regios filios* appellat. In his poetae arbitrio ſuo uti poſſunt et debent. 538. *Is genti mos dirus erat.* Haec nata ſunt ex his Livianis: *Quum verbis diſceptare Scipio vellet, ac ſedare iras: negatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deorum hominumve quam Martem ſe iudicem habituros eſſe.* Sequitur operoſo verborum ornatu deſcripta imago fratrum, *pari niſu*, mutua caede ſe conficientium. In qua quidem poeta a Livio diſcrepat, haud dubie ut locus eſſe poſſit alluſioni ſequenti ad Polynicem et Eteoclem Thebanos fratres, quorum ſimilis calamitas fuit. vid. Apollodor. III, 6. Ovid. Triſt. V. Eleg. 5. Stat. Theb. lib. XI, 539 ſq.

547.

Cetera distincto donata est munere turba,
Vt virtus et dextra fuit. Duxere iuvencos,
Impressis dociles terram proscindere aratris:
Duxere assuetos lustra exagitare ferarum
Venatu iuvenes, quos dat Maurusia praeda.
Nec non argenti, nec non insignia vestis
Captivae pretia, et sonipes, et crista nitenti
Insurgens cono, spolia exuviaeque Libyssae.
Tum iaculo petiere decus, spectacula Circi
Postrema, et metae certarunt vincere finem
Burrus avis pollens, quem misit ripa metalli,
Qua Tagus auriferis pallet turbatus arenis,

Et

560. Hic versus, qui aberat ab editt. priscis nonnullis, legitur in Cod. Put. Tel. Oxon. Sed post versum 561. legebatur in paucis editt. hic: *accola Burnus avis maiorum et stemmate clarus*, quem Heinsius eiecit, repertum etiam Villebrunio in ed. Benefsee. Idem ille versus, in quo *ripa metalli* displicebat, ab Hoeftio Batavo in Peric. crit. ita constitutus est: *Burnus, agris pollens quem misit ripa metalli*, ut iungatur *ripa pollens metalli*, et deinde *agris* h. e. ex agris *misit*. Laudo ingenium, quo haec inventa sunt, sed quaero, an commodum sensum haec habeant: ripa ex agris misit Burnum.

547. *nec manes p. p.* etiam in morte discordiam servarunt animae. *impius ignis dissiluit.* Ovid. l. l. *ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis, scinditur in partes atra favilla duas*, cf. Lucan. I, 551. 52. — *iunctus rogus* est, idem et unus. 550. *distincto munere*, diversis donis, prouti virtute quisque meruerat. Similis locus de geminis fratribus alterna nece se interficientibus v. sup. lib. IV, 396. 97. — 554. *iuvenes*, Mauros captivos, venatores. vid. sup. lib. III, 288. *lustra exagit.* vid. lib. IV, 305. et VIII, 567. — 557. *crista insurgens* poet. pro imposita, alte vibrans ex cono.

558. seqq. Locum hunc de postremo iaculandi certamine, veluti destitutus ab Homero et Virgilio, et exhaustis fere ornamentis, brevi absolvit poeta, et parcius ornavit. — *metae vincere finem* pro vulg. metam propositam superare, ferire iaculo. — 560. *Burrus* accola Tagi. Miram formulam *ripa metalli* pro ripa aurifera, iam Drakenborch. notavit. vid. Var. lect. *pallet*, solenni poetis coloris notatione in metallis. vid. sup.

Et Glagus, insignis ventos anteire lacerto,
Et, cuius nunquam fugisse hastilia cervi
Praerapida potuere fuga, venator Aconteus,
Indibilisque, diu laetus bellare Latinis,
Iam socius, volucresque vagas deprendere nube
Assuetus iaculis, idem et bellator, Ilerdes.
Laus Burri prima, infixit qui spicula metae;
Est donum serva, albentes invertere lanas
Murice Gaetulo docta. At, quem proxima honorant
Praemia, vicinam metae qui propulit hastam,
Accepto laetus puero discessit Ilerdes,
Cui ludus, nullam cursu non tollere damam.
Tertia palma habuit geminos insignis Aconteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum.

Quos

565. *Ludibilisque* Put. et Oxon. 569. Hic et quatuor sequentes versus ab omnibus editionibus ante Iuntinam aberant. Extabant in Cod. Putean. Rom. 2. Parm. *est donum serva* reposuit Heins. ex vestigiis illorum librorum, in quibus erat, *et donum, est Dunum, Sidonium.* 570. *at quem — honorant* ex vulg. quod et in Benessae edit. reperit Lefeb. qui tamen ex Putean. edidit *ad quem proxima honore.* 573. *nullum* Lefeb.

sup. lib. II, 229. — 562. *ventos anteire lacerto*, iactu lacertis impulso, ut velocissimo lapsu iaculum volaret. 565. *Indibilis* reguli Ilergetum Hisp nomen, qui cum Mandonio adversus Scipionis patrem copias eduxerat, Liv. XXII, 21. sq) postea ad amicitiam Scipionis post Poenos in Hispania devictos se contulit. (vid. Liv. XXVIII, 34. sq) Hunc ergo poeta induxit, *laetum bellare Lat* antea hostem Romanorum, *iam socium* et amicum — 566 *deprendere*, figere, ut Virgilius extulit Aen. V, 516. Varietas verbis sententias, quae eandem iaculandi dexteritatem declararent, legimus lib. II, 96. VIII, 526. — 569. *invertere*, exquisitius quam tingere purpura Gaetula. — 574. *cui ludus*, facillimum, et res fere ludicra, *tollere* ferire iaculo. Illa formula passim usus est Claudianus, ut lib. III. de Cons Stilic 157. et de tert Cons. Honor. vers. 23. — 574. *Tertia palma*, tertio loco victor, *Aconteus*, plane ut sup. vers. 504. — *habuit* pro accepit.

Quos postquam clamor plaususque probavit honores,
Germanus ducis atque effulgens Laelius ostro
Nomina magna vocant laeti manesque iacentum,
Atque hastas simul effundunt. Celebrare iuvabat
Sacratos cineres, atque hoc decus addere ludis.
Ipse etiam, mentis testatus gaudia vultu,
Ductor, ut aequavit meritis pia pectora donis,
Et frater thoraca tulit multiplicis auri,
Laelius Asturica rapidos de gente iugales,
Contorquet magnis victricem viribus hastam
Consurgens, umbrisque dari testatur honorem.
Hasta volans (mirum dictu!) medio incita campo
Substitit ante oculos, et terrae infixa cohaesit.
Tum subitae frontes, celsoque cacumine rami,
Et latam spargens quercus, dum nascitur, umbram.
Ad maiora iubent praesagi tendere vates:
Id monstrare Deos, atque hoc portendere signis.

Quo

586. *testatur* ex Putean. Vulg. *testatus*. 590. *En latam spargunt quercus* Lefeb. ex fide antiquorum, ut ait. Burmannus ita coniiciebat scribendum: *fit, latam spargens, quercus, dum nascitur, umbram.* 592. *praetendere* Oxon. *protendere* Putean. Deinde *hoc signo* coni. Burman.

576. sq. Duces ipsi, ne alieni a ludorum societate viderentur, hastis iaculandis omnem sollemnitatem finiunt. — 584. De equis Asturicis v. sup. lib. III, 335. — 587. In hoc prodigio credibile quidem est. Silium memorem fuisse loci Virgiliani Aen. V, 522. seq. ubi sagitta Acestae in auras emissa exardescebat; tamen ipsum argumentum prodigii haud dubie ex historia Romuli petiit, cuius hasta ex Aventino monte emissa, et fixa in Palatino, in magnam arborem cornum excrevit. cf. Ovid Met. XV, 560. seq. et Servius ad Virg. Aen. III, 46. — *Quercum* non sine delectu et consilio posuisse poetam iam Marsus notavit, ut Scipio portenderetur Romam et omnem Italiam liberaturus ab hostibus in Africam revocatis et superatis. Nam notum est, qui cives liberassent, corona quernea, quae civica dicta est, fuisse donatos. Itaque huc etiam vatum interpretatio pertinebat vers. 591. 92.

Quo ſuper augurio, pulſis de litore cunctis
Heſperio Poenis, ultor patriaeque domuſque
Auſoniam repetit, fama ducente triumphum.
Nec Latium curis ardet flagrantius ullis,
Quam iuveni Libyam et ſummos permittere faſces.
Sed frigens animis, nec bello proſpera turba
Ancipiti ſenior temeraria coepta vetabant,
Magnoſque horrebant cauta formidine caſus.
Ergo, ubi delato Conſul ſublimis honore
Ad Patres conſulta refert, deturque poteſtas,
Orat, delendae Carthaginis, altius orſus
Hoc grandaeva modo Fabius pater ora reſolvit:
Haud

598. *ſed non par animis* in Rom. 2. quod eſt gloſſema voc. *frigens.* Pro *animis* Cortius ad marginem notaverat *annis.* In Cod. Tel. *fugiens.*

593. ſeqq. Poenis ex Hiſpania pulſis, Scipio Romam proficiſcitur. — Pergit Silius veſtigia Liviana premere inde a cap. 38. libri 28. — *ultor domus*, parentum in Hiſp. caeſorum. *fama ducente triumphum*, quatenus fama et gloria rerum geſtarum Scipioni inſtar triumphi erat, et huius iacturam conſolabatur. Nam Livius l. l. *Ob has res geſtas*, ait, *magis tentata eſt triumphi ſpes, quam petita pertinaciter, quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat.*

596. 97. Scipio conſul cum C. Licinio Craſſo creatus, eique Africa provincia deſtinata eſt. vid. Liv. l. l. qui haec accuratius tradidit, quae tetigit poeta uno verſu 597.

598. ſeq. Livius l. l. cap. 40. *Quum Africam novam provinciam P. Scipioni deſtinari, homines fama ferrent, et ipſe diceret non ad gerendum modo bellum, ſed ad finiendum ſe conſulem declaratum eſſe, neque aliter id fieri poſſe, quam ſi ipſe in Africam exercitum transportaſſet, id conſilium haudquaquam primoribus Patrum cum placeret, caeterique per metum aut ambitionem muſſarent, Q. Fabius Maximus rogatus ſententiam: Scio*, inquit, etc. — Sequuntur ergo inde ab hoc loco in Livio orationes Fabii et Scipionis a Silio usque ad finem libri adumbratae. — 598. *frigens animis*, meticuloſa, timida, *turba ſenior*, quos primores Senatus Livius dixit, *nec proſpera bello*, belli in Africa gerendi conſilium damnans, eique inimica.

Haud equidem metuiſſe queam, ſatiatus et aevi
Et decoris, cui tam ſupereſt et gloria et aetas,
Ne credat nos invidiae certamine Conſul
Laudibus obtrectare ſuis. Satis inclita nomen
Geſtat fama meum, nec egent tam proſpera laude
Facta nova: verum et patriae, dum vita manebit,
Deeſſe nefas, animumque nefas ſcelerare ſilendo.
Bella nova in Libyae moliris ducere terras?
Hoſtis enim deeſt Auſoniae: nec vincere nobis
Eſt ſatis Hannibalem! Petitur quae gloria maior
Litore Eliſſaeo? Stimuli ſi laudis agunt nos,
Hanc ſegetem mete! Compoſuit propioribus auſis
Dignum

606. *cui iam* coni. Heinſ.

605. ſq. Fabius ſuadet, ut Italia prius ab hoſte defendatur et plane purgetur, quam in Africam bellum transferatur. Idem apud Livium (cap. 40.) Fabius agit, ut ſuadeat; et hoc unum nunc carmen Silianum cum illius oratione commune habet. Nam in argumentis ſententiae cumulandis et enunciandis tam copioſa et eleganti eloquentia Fabius utitur, ut nihil in eo genere perfectius et gravius fingi poſſit, verearque, ne ſi quis poſt illam orationem, hanc epitomen Silianam legerit, ei poeta valde infans et tenuis videatur. — 605-10. Non metuo, ne Scipioni ab invidia ſuſpectus ſim; in tanta fama et gloria mea non eſt, cur cuiquam invideam. Haec ſententia ex ipſo Livio expreſſa eſt ſatis gravi ornatu verborum; ſed neſcio quemadmodum altius animum meum afficiant Liviana et gravius moveant. — *ſatiatus aevi et dec.* aetate et gloria provectus. Ea ſententia mox varie repetitur non ſine languoris moleſti vitio. 607. *invidiae certamine* pro vulg. ob invidiam. 609. *Geſtat fama nomen*, poetica imagine ſententia adumbrata. Nam fama eſt alata, volat, et fert, quae nuntiat.

610. 11. Fabius ap. Liv. l. c. *Illud te mihi ignoſcere, P. Corneli, aequum erit, ſi quum in me ipſo nunquam pluris famam hominum, quam rempublicam fecerim, ne tuam quidem gloriam bono publico praeponam.* — 613. *hoſtis enim* etc. haec cum ironia effert Fabius. 616. *hanc ſegetem, m.* nota metaphora pro, hoſtes

Dignum te Fortuna parem. Vult Itala tellus
Ductoris saevi, vult tandem, haurire cruorem.
Quo Martem, aut quo signa trahis? Restinguere primum est
Ardentem Italiam. Tu fessos obvius hostes
Deseris, ac septem denudas proditor arces!
An, cum tu Syrtim ac steriles vastabis arenas,
Non dira illa lues notis iam moenibus urbis
Assiliet? vacuumque Iovem sine pube sine armis
Invadet? Quanti, vt cedas, Romamque relinquas
Emerito, est? Tanto perculsi fulmine belli
Siccine te, ut nuper Capua est accitus ab alta
Fulvius, aequoreis Libyae revocabimus oris?

Vince

620. *Tu fessos, obvius hosti, deseris* edidit Lefeb. et *fessos* Romanos intelligit. Sed vid. nott. 621. *proditor* ex antiquis libris. Primus Nicander *protinus* edidit. 625. *quanti, ut cedas* ex MStis Heins. Vulg. *quanti est, ut cedas.* Vnde Lefeb. edidit *quanti est cedas.* 626. post *emerito* Lefeb. posuit signum exclamandi, et pergit *ast tanto perculsi* ex Cod. Oxon. Rom. 2. et aliis nonnullis. Drakenborch. sequebatur vestigia Cod. Putean. *emerito est; tanto perculsi.*

hostes prius expelle. *composuit — parem,* fortuna hic in propinquo dedit Hannibalem, iam tibi parem, cum quo te componas. Potes ergo in Italia, *propioribus ausis,* virtutem tuam ostendere. — 620. tu *fessos* pugnando et paene debellatos hostes *deseris,* non persequeris, et quidem *obvius,* h. e. cum habeas eos in propinquo, in vicinia Italiae. 621. *denudas,* exercitu in Africam transducto. Graviter Fabius ap. Liv. *Ego P. Cornelium, reipublicae nobisque, non sibi ipsi privatim creatum consulem existimo; exercitusque ad custodiam urbis atque Italiae scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, traiiciant.* Ergo *proditor* est Scipio, non pessimo nominis sensu, sed quatenus rempublicam sibi creditam deserebat, et sic veluti hostibus aperiebat, quod *prodere* saepe dixere veteres, ut notavimus ad lib. XV, 709 et Heinsius cum Drakenborchio multis exemplis evicerunt.

622-28. Fabius apud Livium: *Quid, si et victor Hannibal ire ad urbem pergat; tum demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fulvium a Capua, arcessemus?* — 625. *emerito* mihi, Fabio, seni et ad bellum

Vince domi; et trinis maerentem funera lustris
Ausoniam purga bello. Tum tende remotos
In Garamantas iter, Nasamoniacosque triumphos
Molire. Angustae prohibent nunc talia coepta
Res Italae. Pater ille tuus, qui nomina vestrae
Addidit haud segnis genti, cum Consul Hiberi
Tenderet ad ripas, revocato milite primus
Descendenti avide superatis Alpibus ultro
Opposuit sese Hannibali. Tu Consul abire
A victore paras hoste; atque avellere nobis
Scilicet hoc astu Poenum? Si deinde sedebit
Impavidus, nec te in Libyam tuaque arma sequetur;
Capta damnabis consulta improvida Roma.
Sed fac turbatum convertere signa; tuaeque
Classis vela sequi; nempe idem erit Hannibal, idem,
Cuius tu vallum vidisti e moenibus urbis.
Haec Fabius: seniorque manus paria ore fremebant.
Tum

641. *capta haec* in vulg. Libri scripti et plures editt. priscae omittunt *haec*. Cortius ad marginem notavit *heu*.

lum gerendum inepto. 629-31. *Hannibale hic victo*, inquit Fabius apud Livium, *illic Carthaginem expugna.* — 633. Ex his Livianis: *Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. Ille consul profectus in Hispaniam, ut Hannibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex provincia redit: tu, cum Hannibal in Italia sit, relinquere Italiam paras.* — 639. *scilicet hoc astu*, veluti stratagemate quodam, quo alii subinde usi sunt, ut Agathocles Poenos e Sicilia expellens ap. Iustin. XXII, 4. Valer. Max. VII, 4. 1. ext. Iam in sequentibus declarat, quam incertum et periculosum hoc sit stratagema. Quid si Hannibal te non sequitur, sed *sedebit*, remanebit in Italia? Sed *fac*, illum te sequi in Africam, (vers. 642.) *idem erit Hannibal* etc. ubique hostis metuendus erit, et cum periculo vincendus. Sic Fabius ap. Livium: *ubi Hannibal est, ibi caput et arx huius belli est: Sive igitur hic sive illic, cum Hannibale tibi res futura. Nondum is est Hannibal, quem non magis timuisse videatur, quam contemsisse, qui aliud bellum maluerit.* — 645. *senior manus*, caeteri Senatores, quos supra

Tum contra Consul: Caesis ductoribus olim
Magnanimis leto gemino, cum tota subisset
Sidonium possessa iugum Tartessia tellus,
Non Fabio, non, quís eadem est sententia cordi,
Quoquam ad opem verso, fateor, primoribus annis
Excepi nubem belli, solusque ruenti
Obieci telo caput, atque in me omnia verti.
Tum grandaeva manus, puero male credita bella,
Atque idem hic vates temeraria coepta canebat.
Dís grates laudemque fero, sub numine quorum
Gens Troiana sumus: puer ille, et futilis aetas,
Im-

652. *ruenti coelo* ex coni. Heins. edidit Lefeb. coll. lib. XVII, 252. — 655. *numine* ex coni. Dausq. et Heins. pro vulg. *nomine*.

supra *turbam seniorem*, et mox *grandaevam manum* variate appellat, *paria fremebant*, Fabio dissuadenti adsentiebantur. Notavit Drakenborch. in verbis Silium imitatum esse Virgil. Aen. I, 559. Scilicet talia ex poetae lectione menti adhaerere poterant; et est illa certe magis docta, quam utilis nunc notatio.

646. seq. Sequitur oratio Scipionis Fabium refutantis, cum varietate et pondere argumentorum, tum gravitate, acumine, et elegantia verborum Fabianam illam antecellens, quamvis ne sic quidem poeta ubertatem et maiestatem Livianae eloquentiae, quae in Scipionis quoque responsione eminet, assecutus est. — 646-48. Sententia variata ex lib. XIII, 694. ubi umbra P. Scipionis patris: *me luctus habet, geminae ne clade ruinae, cesseris affusis oppressa Hispania Poenis.* Ad versum autem 648. cf. loci laudati vers. 674. — 650. *ad opem verso*, adiuvante, opem ferente. Ergo solus, inquit, *primor. annis*, adhuc tum iuvenis, *excepi nubem belli*, hostibus me opposui, et molem totius belli sustinui. Haec sententia mox variatur duobus modis. — 654. *idem hic vates*, idem Fabius, qui nunc omnia mala Romanis impendentia praesagit, si bellum in Africam transferatur. cf. lib. XV, 135. sqq.

656. *puer ille* etc. Acerba indignatio est, qua sua circa Poenos in Hispania devictos merita Fabio exponit Scipio. Ego, inquit, quem puerum ad bellum ineptum credebant, id ipsum feci, quod illi despera-

nbellesque anni, necdum maturus ad arma
cipio, restituit terras illaesus Hiberas
'roiugenis: pepulit Poenos, solisque secutus
xtremas ad Atlanta vias, exegit ab orbe
Iesperio nomen Libyae, nec retulit auri
igna prius, quam fumantes circa aequora vidit
omano Phoebum solventem litore currus.
scivit reges idem. Nunc ultimus actis
estat Carthago nostris labor: hoc sator aevi
apiter aeterni monet. Hannibali ecce senectus
itremit, aut aegros simulat mentita timores,
e finem longis tandem peperisse ruinis

661. *nec retulit ante.* Sic expressit Lefeb. ex editt. Parm. et Beneff. Scilicet Vulg. *auri* ab auro deductum sensum commodum non habebat. Vnde variis coniecturis viri docti locum adiuvare conati sunt. Barthius *Afris*, vel *arvis.* Dausq. *urbi*, quod edidit Cellar. Heins. *inde*, vel *ultor.* De pleonasmo *ante — prius* Lefeb. confert Terentianam formulam: *neque eum ante usquam conspexi prius.* Denique Cortius in margine notaverat (audi). Sed ne sic quidem ausus sum lectionem vulgatam expungere. Quid si, quod nemo tentavit, ex casu dativo vocem intelligamus, et *signa* de signis tubarum, ut sit *signa auri referre*, receptui canere, ut fit, cum loco movetur agmen. Duram formulam sentio. Sed talem duritiem mutandae lectionis causam in Silio non esse, saepe vidimus. 662. *citra aequora*, coni. Barthius, ut dicat Scipio tam prope se occidenti soli victorem, ut citra aequor solventem equos videre potuerit. Sed v. nott. 666. *Hannibali* e scriptis et editt. priscis pro vulg. *Hannibalem.*

erabant me facturum; Hispaniam Romanis restitui. Iam oc poetice variis modis enunciatur. *exegit*, expulit ex Hispania *nomen Libyae*, Poenos. v. sup. vers. 290. — 61. *nec retulit* etc. non prius cum exercitu rediit, quam omnem Hispaniam Romanis subiectam vidisset. v. Var. ect. Notos terminos Hispaniae ponit occidentales, *Phoebum currus solventem*, solem occidentem, de qua imagine diximus alibi lib. VI, 1.

664. *ascivit*, amicos, socios Romanis reddidit *reges*, Syphacem, Masinissam. 665. *Iupiter monet*, omine oblato, de quo sup. 591. seqq. — 666. *Senectus*, Fabius cum primoribus senatus *Hann. intremit*, metuunt Hannibalem, aut certe hunc metum *simulant*, *ne — sit noster titulus*, ne gloria belli finiti et hostium

Sit noster titulus. Certe iam dextera nobis
Experta, et robur florentibus auximus annis.
Ne vero fabricate moras, sed currere sortem
Hanc sinite, ad veterum delenda opprobria cladum,
Quam mihi servavere Dei. Sat gloria cauto
Non vinci pulchra est Fabio, peperitque sedendo
Omnia cunctator nobis: nec Mago, nec Hannon,
Nec Gisgone satus, nec Hamilcare, terga dedissent,
Si segnes clauso traheremus proelia vallo.
Sidoniusne puer, vix pubescente iuventa,
Laurentes potuit populos et Troïa adire
Moenia, flaventemque sacro cum gurgite Thybrim?
Et potuit Latium longo depascere bello?
Nos Libyae terris tramittere signa pigebit?

670. *exserta* coni. Heins. ut Scipio innuat, se ad pugnae p ratum esse. Sed recte Drakenborchius vulgatam defendit, qua haec Scipionis mens est: non esse, quod timeat senior p trum turba, ne haec in Africam militia infeliciter succedat, cu iam bello Hispanico, quid valeret, experti sint. 677. *seg si* editt. Parm. Rom. 1. Mediol. et Mart. Herbipol. Putean. *si gne*. In Cod. Tel. Rom. 2. Mars. *si segnes*. Antea *dedisset* Putean. 681. *depascere* ex coni. Barth. et Heins. — Lef qui vulgatam libris antiquis lectionem *deposcere* defendit, con lit lib. III, 202. ubi est *deposcere hiatu*. Enimvero haec pla dissimilis formula est, et multum interest ad sensum, *hiatu bello* aliquem deposcas. Fortius etiam verbum illa Scipionis dignatio flagitabat.

stium devictorum mihi cedat. Ita recte Drakenborch. — De ipso Hannibale senescente, et formidante Romanos accipiebat perperam interpres Francogall. qui et ideo post *timores* interpungebat. 671. *currere sortem sinite*, patiamini, ut hac opportunitate Poenos ulciscendi oblata et mihi destinata sine mora utar. De verbis cf. lib. VII, 307. et XII, 45. Apud Livium Scipio: *id est viri et ducis*, n *deesse fortunae praebenti se*, *oblata casu flectere ad consiliu*

678. seq. Si Hannibal, frica relicta, Italiam pet potuit, quidni ego, Italia r licta, in Africa eum agg diar? Bene in his Scipio p rilem Hannibalis aetatem i culcat, ut aequa sui cum i comparatio sit. Sed inept huic loco ornatum senti quem poeta designandae I li

t Tyrias agitare domos? Secura pericli
itora lata patent, et opima pace quieta
at tellus. Timeat tandem Carthago, timeri
ſſueta, et nobis, quamvis Oenotria nondum
annibale arva vacent, ſupereſſe intelligat arma.
um ego, quem voſmet cauti, conſultaque veſtra
Latio fecere ſenem, cui tertia large
ndenti noſtrum ducuntur luſtra cruorem,
um ego ad incenſas trepidantem et ſera paventem
lvertam patriae ſedes. An Roma videbit
ırpia Agenoreae muris veſtigia dextrae?
rthago immunis noſtros ſecura labores
ıdiet interea, et portis bellabit apertis?
ım vero pulſet noſtras iterum improbus hoſtis

V 3 Ariete

691. *ſera* ex Put. et Oxon. pro vulg. *ſaeva*. 692. *avertam* ſcil. ex Italia. Ita cum Heinſio legendum Drakenborch. putabat, quamvis edidit *advertam* ex vulg. quae ipſa lectio non abſurda eſt. Nam ſi Hannibal ad patrias ſedes advertebatur, hoc ipſo ex Italia avertebatur. Sed illud prius in priſcis editt. et ab Lefeb. etiam editum. 695. *audiat* et *bellaris* edidit Lefeb. ex Rom. 2.

: impendit, dum Lauren- populos, moenia Troia, flaventem ſ. g. Thybrim ellat triplici variatione. ;. *agitare*, bello vexare ut . lib. III, 700. — 686. *is* — *ſupereſſe arma*, h. e. copias nos habere intelli- , ut praeter exercitum nnibali in Italia oppoſitum, m milites nobis ſuperſint, s in Africam transmitta- :. Refutatur his oratio ɪiana verſ. 613. et 622. ſq.

88-91. Ego Hannibalem, m vos cunctando per tot os in Italia detinuiſtis, ad Africam vertam. *Senem fecere conſulta*, invidioſius et gravius quam, vos per cunctationem veſtram detinuiſtis: *ſera paventem*, conſternatum ſero adventu, cum viderit Carthaginem a me praeoccupatam, et oppreſſam. cf. verſ. 637. ſq.

696-99. Refutantur, quae Fabius verſ. 641. 42. obiecerat. Imo vero, inquit Scipio, tum demum Hannibal conſilium capiet Romam invadendi, cum tutam ab hoſtibus Carthaginem ſciet Haec ergo nobis eſt prius invadenda,

Ariete Sidonio turres, ſi templa ſuorum
Non ante audierit Rutulis crepitantia flammis.
Talibus accenſi Patres, fatoque vocante,
Conſulis annuerunt dictis, fauſtumque precati
Vt foret Auſoniae, tramittere bella dederunt.

da, ut illum a Roma abſtrahamus. cf. extrema pars orationis Scip. apud Livium.

699. Qui veritatem hiſtoricam quaerit, adeat Livii cap. 45. Nam initio non aequis animis auditus Scipio, et orta eſt altercatio inter Scipionem et Fulvium, qui Tr bunorum opem expoſceba Hi iuſſerunt, ut Scipio Sen tui ſoli permitteret de pr vinciis decernere. Ita demu poſtero die decrevit Senatu ut Scipio in Africam, ſi id republica eſſe cenſeret, tr iiceret.

C. SIL



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER XVII.

ARGVMENTVM.

Cum in Sibyllinis oraculis monitum esset, fore, ut hostis ex Italia discederet, si Cybele e Phrygia advecta in urbem recepta esset; missa illuc nave deportatur Cybele et excipitur a Scipione Nasica. Et cum forte ratis in vado aliquo consideret, nec pertrahi amplius posset, Claudia, castitatis suae sibi conscia, votis ad Deam factis, facili negotio pronam navem deducit. — Scipio e Sicilia cum classe profectus, caesis hostiis, et monstrantibus viam aquilis, ad Libyam appellit. Ibi Syphax, qui filia Hasdrubalis in matrimonium ducta, foedus cum Romanis initum ruperat, copiis in litore positis, Scipionem terra continenti arcebat. Cui admonenti, ut foederis memor sit, cum ille morem non gereret, noctu Afrorum castra incendit. Fit summa repente trepidatio, nec multum aberat, quin ipse Syphax ex igne periisset. Is iam auctus copiis Libycis, quae accurrebant, cum audacius exercitui Romano obviam iret, vulnerato equo deiectus, vivus capitur, reliquum agmen caeditur et Hasdrubal fugam capessit. Iam mittuntur in Ausoniam, qui Hannibalem accersant. Is nuntio calamitatis accepto, turbatus etiam viso nocturno, cum classe versus Africam proficiscitur. In via coepti poenituit, et consilium revertendi Romamque oppugnandi capit. Tum Neptunus ingentem in mari tempestatem concitat, et Hannibal conquerens sortem suam, in periculo vitae versabatur, cum subito Venus Neptunum allocuta rogat, ut Hannibali parcat. Ita sedata tempestate, copiisque in terra collocatis, milites laudata pristina virtute ad res fortiter gerendas excitat. Miles Romanus

manus morae impatiens pugnam flagitat. Haec moesto vultu intuentem Iunonem Iupiter admonet, tandem aliquando Punicum furorem sedandum esse. Iuno respondet, se non deprecari bellum, optare tantum, ut Hannibalis vitae et libertati parcatur. Iupiter his quidem optatis annuit, addit tamen in fatis esse, ut Hannibal nunquam Italiam repetat, et Carthago aliquando funditus evertatur. Iam concurrunt acies ab utraque parte. Masinissa Macedones adgressus viam Romanis irruentibus aperit. Laelius Bruttios ad fugam convertit. Hos revocans Hannibal, Herium Plemminiumque fratres conficit, pugnaeque promiscuae se infert. Alia parte Scipio pugnat hostibusque atroci caede instat, Mox Hannibalem quaerit, et ad pugnam provocat. Tum Iuno, persona Scipionis induta, propius accedit ad Hannibalem. Quo viso is hastam in eam iacit. Illa fugit, et sic insecutum Hannibalem ex certamine abducit. Iam delusum se sentiens dum citato equo repetere pugnam conatur, equo repente lapso iterum retinetur. Ibi lamentantem et mortem sibi optantem, Iuno pastoris persona sumta per ambages longinquas ab hostibus amovet, et in tumulo propinquo constituto, omnis pugnae faciem spectandam praebet. Scipio copias Poenorum a ductore desertas in fugam convertit, dissipatque. Ipse Hannibal, appropinquantibus ad tumulum hostibus, in montibus refugium petit. Ita bello finito, et Carthaginiensibus sub ditionem Romanorum redactis, Scipio Romam triumphans accessit.

Hostis ut Ausoniis discederet advena terris,
Fatidicae fuerant oracula prisca Sibyllae,
Coelicolûm Phrygia genetricem sede petitam
Lao-

1. Solus Burman. *descenderet.* 2. *tulerant orac.* obtulit Heins.

Accessimus ad ultimam vel potius tabulam carminis Siliani. Eius partes praecipuae quatuor sunt, Cybele e Phrygia Romam deportata, Scipionis in Africam profectio, post pugnam victoria, et triumphus. Inprimis autem teneamus necesse est, haec quoque quatuor emblemata esse coloribus poeticis variis, et epico ornatu elaborata, nullo illa

Laomedonteae ſacrandam moenibus urbis:
Advectum exciperet numen, qui, lectus ab omni
Concilio Patrum, praeſentis degeret aevi
Optimus. Heu nomen melius maiuſque triumphis!
Iamque petita aderat, Latia portante Cybelen

5. *exciperet* omnes antiqui praeter Oxon. ubi *acciperet*, quod Cellarius in contextu expreſſit. 8. Lefeb. ita edidit: *Iamque petita aderat, Latia portante, Cybele, Puppe*; etc. 9. Verſus ab Heinſio conſtitutus, cum in Mediol. inveniſſet *intrepidus*, pro vulg. *in trepidis*. In ſcriptis et editis erat *omnis* vel *inomnis*. Vnde Lefeb. edidit *innocuus magno cenſente Senatu*. Ita enim Heinſ. coniecerat pro *cedente* lect. Oxon. et Puteaa. Al. *accedente*, *ſedente*. Ita mihi arriſit lectio a Lefeb. recepta, ut paene mutaſſem contextum Drakenb. niſi impeditus eſſem ſenſu verſuum 5-7. ubi haec ipſa ſententia, *innocuus cenſente Senatu*, iam praeoccupata erat. Igitur convenientius videbatur, nunc Scipionem fretum et excitatum illo patrum iudicio ad navem properaſſe.

illa vel leviſſimo nexu inter ſe apta. Cuius rei vel ignoratio vel incuria effecit, ut in nonnullis locis, quae praecipitem ab antecedentibus ad ſequentia tranſitum haberent, viris doctis lacunae etiam ſuſpicio oriretur. Vnde intelligitur, quam ſit neceſſe, ut, quemadmodum interpretationem emendata lectio antecedere debet, ita utramque rectum de ſcriptoris conſilio ingenioque iudicium antecedat.

1. ſqq. Livius 29, 10. *Civitatem eo tempore repens religio invaſerat, invento carmine in libris Sibyllinis inſpectis: quandoque hoſtis alienigena terrae Italiae bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi mater Idaea a Peſſinunte Romam advecta foret.* — *Genetricem* Coelic. matrem Deum Cybelen, frequenti nomine. v. inf. verſ. 36. ſq. *Phrygia ſede* Peſſinunte. cf. Herodian. I, 11. qui locus eſt de hac re claſſicus, et Ovid. Faſt. IV, 255. ſq. — *Laomed. urbis*, Romae, longinquius petito nomine, ut a Troianis cultae, cf. lib. VIII, 172. et X, 630. — 5-7. Legati apud Livium, qui ſingula huc pertinentia accuratius atque ex fide hiſtorica narrat, oraculi Delphici reſponſum ferebant: *per Attalum regem compotes eius fore quod peterent, quum Romam Deam devexiſſent, tum curarent, ut eam qui vir optimus Romae eſſet, hoſpitio exciperet.*

8. ſeq. Scipio Naſica excipiebat navem, qua Cybele portabatur. Res accurate narratur Liv. XXIX, 14. Sed notanda brevitas Siliana, qua miſſis

Puppe, atque intrepidus, magno cedente Senatu,
Obvius accitis properabat Scipio sacris,
Qui, genitus patruo ductoris ad Africa bella
Tunc lecti, multa fulgebat imagine avorum.
Isque ubi longinquo venientia numina ponto
Accepit supplex palmis, Tuscique sonora
Thybridis adducit sublimis ad ostia puppim:
Femineae tum deinde manus subiere, per amnem
Quae traherent celsam religatis funibus alnum.
Circum arguta cavis tinnitibus aera, simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu;
Semivirique chori, gemino qui Dindyma monte
Casta colunt; qui Dictaeo bacchantur in antro;
Qui-

13. *trementia* Oxon. Vnde Barthius *tranantia* offerebat.
14. *sonoram puppim* coni. Heins.

missis omnibus, quae in tali re fieri, deliberari, praeparari solent, illico lectores in mediam rem abripit. Quam multa suppleri e Livio debent, antequam ex fide historica narratio usque eo procedat, ut dicere possis *iamque aderat*. Nempe, ut centies diximus, haec est ratio narrandi emblematica, quae ut in omni carminis oeconomia, ita inprimis in hoc libro ultimo dominatur. — *intrepidus*, ut fretus Senatus iudicio et iussu, *cedente Senatu*. Sed vid. Var. Lect. Mox iungo *obvius accitis sacris*, advecto Deae simulacro, quae in seqq. *venientia numina* dicuntur.

16. sqq. Variasse Silium fabulam, scient qui Livii et Ovidii narrationes contulerint. Certe *femineas manus*, quibus pertracta puppis fuerit, neuter diserte commemorat. Livius l. l. *P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire iussus obviam Deae; isque eam de nave accipere, et in terram elatam tradere ferendam matronis. Postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessisset, in salum nave evectus ab sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere. Eae per manus succedentes deinceps aliae aliis, in aedem Victoriae pertulere Deam.* Scilicet Livius historicum nunc agebat, et a fabula se abstinuit. Poetae autem est, hanc inprimis ornare. Ovidius porro non feminas,

Quique Idaea iuga et lucos novere silentes.
Hos inter fremitus ac laeto vota tumultu,
Substitit adductis renuens procedere vinclis
Sacra ratis, subitisque vadis immobilis haesit.
Tum puppe e media magno clamore sacerdos:
Parcite pollutis contingere vincula palmis,
Et procul hinc, moneo, procul hinc, quaecunque profanae,
Ferte gradus, nec vos casto miscete labori;
Dum satis est monuisse Deae. Quod si qua pudica
Mente valet, si qua illaesi sibi corporis adstat
Conscia, vel sola subeat pia munera dextra.
Hic, prisca ducens Clausorum ab origine nomen,
Clau-

22. Pro *novere*, quod suspectum Heinsio erat, is coni. *movere*, vel *liquere*, vel *fovere*. 23. *Vota* scripti et ed. antiqui. Vulg. *nota* e Marso.

minas, sed viros diserte appellat munere navis trahendae functos l. c. vers. 297. *sedula fune viri contento brachia lassant.* Quae sequuntur a versu 18. pompam sacrorum Deam concomitantium narrant. *Semiviri chori* Corybantum, sacerdotum; semimares Ovidius appellat Fast. IV, 183. — Dindyma, τα Δινδυμα, mons Phrygiae. De *Dictaeo antro* diximus lib. III, 93. — Mox *lucos silentes*, scil. ex quo tempore inde emigravit Dea, Heinsius exposuit. Nisi forte mysteriorum notatio inest, quae in lucis illis celebrabantur; unde *fida silentia sacris* Virgilius dixit Aen. III, 112.

23. seqq. *Hos inter fremitus*, strepitus et tinnitus cymbalorum, et *vota laeto tumultu*, inter cantus et saltationes sacras, quae ad pompam pertinebant, *substitit ratis.* Nempe haec est maxime insignis fabulae pars, a Livio quidem omissa, sed tum Herodiano et Appiano, tum poetis inprimis vario ornatu commemorata. cf. Ovid. l. c. vers. 300. sq. — 30. *dum satis est m. D.* hoc est, dum integrum est Deae, monitu solo contentam vos hinc excesse iubere; dum non ad poenam in praesentes ira commovetur. Ita Barthius satis bene. — 32. *pia munera*, navis trahendae, antea *castum laborem* dixerat.

33. sq. De *Clausorum* stirpe v. sup. lib. VIII, 413. — *Claudiam* simpliciter in ea re vocant

Claudia, non aequa populi mala credita fama,
In puppim versis palmisque oculisque profatur:
Coelicolûm genetrix, numen, quod numina nobis
Cuncta creas, cuius proles, terramque, fretumque,
Sideraque, et manes regnorum sorte gubernant,
Si nostrum nullo violatum est crimine corpus,
Testis, Diva, veni, et facili me absolve carina.
Tum secura capit funem: fremitusque leonum
Audiri visus subito, et graviora per auras
Nulla pulsa manu sonuerunt tympana Divae.
Fertur prona ratis, (ventos impellere credas)
Contraque adversas ducentem praevenit undas.
Extemplo maior cunctis spes pectora mulcet,
Finem armis tandem, finemque venire periclis.

Ipse

34. Vulg. *male*. Barthius reposuit *mala* et sic ed. Rom. 1. Mediol. vid. nott. Heinsius malebat *non aequae populi male credita famae*. Hoeffzius Peric. crit. in Batavis nuper editis offerebat: *non aequa populo mala credita fama*. 38. *gubernant* ex Putean. Oxon. Rom. 1. Med. *gubernat* Lef. edidit ex Rom. 2. et Benef. Deinde *regno consorte* coni. Barth.

vocant Ovidius l. c. vers. 305. Epist. ex Pont. I, 11. 143. Sueton. Tib. I. Plin. VII, 35. matronam Livius l. l. Cicero Harusp. resp. 13. virginem Statius Silv. I, 11. 245. virginem Vestalem Herodianus I, 11. Aurel. Victor. cap. 16. — *non aequa — fama*, laesae pudicitiae inique suspecta apud vulgum. Ovid. l. l. 307. *casta quidem, sed non et credita rumor iniquus laeserat, et falsi criminis acta rea est.* — 36-38. Hos tres versus credo esse commentarium quendam formulae Ovidianae l. c. *genitrix fecunda Deorum.* At quis talia in poeta epico, post Virgilium inprimis lectum, sustineat? In precibus certe nil istis potest fingi loquacius. Prorsus mihi videtur poeta oblitus sui, dum arti variandi atque ornandi intentus scribebat. 40. *facili carina*, facili negotio movenda et pertrahenda. 41. *funem*, ut apud Ovidium vers. 325. Alii *Zonam*, nonnulli etiam *crinem* adhibitam tradunt. 45. *praevenit ducentem*, tam prono cursu delapsa est navis, ut trahentis Claudiae manu non opus esset; *adversae undae* miraculum etiam augent; nam illae cursum impedire solent.

Ipſe alacer Sicula diſcedens Scipio terra,
Abſcondit late propulſis puppibus aequor,
Cui numen pelagi placaverat hoſtia taurus,
Iactaque caeruleis innabant fluctibus exta.
Tunc a ſede Deûm purumque per aethera lapſae
Armigerae Iovis ante oculos coepere volucres
Aequoreas monſtrare vias, ac ducere claſſem.
Augurium clangor laetum dabat. Inde, ſecuti
Tantum progreſſos liquida ſub nube volatus,
Quantum non fruſtra ſpeculantum lumina ſervant,
Litora Agenoreae tenuerunt perfida terrae.
Nec ſegnis, tanta in ſemet veniente procella,
Africa

56. *praegreſſos* et mox *ſervent* opinabatur Heinſ.

48. ſqq. Scipio e Sicilia in Africam cum claſſe proficiſcitur. cf. Liv. XXIX, 27. e quo loco ſingula momenta poeta petiit additis nonnullis, quae epicum carmen commendent. — *abſcondit* — *aequor* poetica formula, mare navibus emiſſis veluti obtectum declarans. vid. lib. XI, 522. — 50. Preces Scipionis ad Neptunum et caeteros Deos marinos factas e Livio pete, qui et hoc addit: *ſecundum eas preces, cruda exta, victima caeſa, uti mos, in mare porricit.* Hinc expedies, quo ritu *iacta innabant fluctibus exta*, et conferes ſimilem Virgil. locum Aen. V, 235. *Vobis laetus ego candentem in litore taurum Conſtituam ante aras voti reus, extaque ſalſos Porriciam in fluctus.*

52-58. In hoc oſtento vel augurio non dubium eſt poetam ante oculos habuiſſe Virgilium ſuum, apud quem Aen. VI, 190. columbae viam Aeneae ad aureum ramum aperiunt. Verſus certe 56. 57. prorſus variati ſunt ex his Virgilianis: *paſcentes illae tantum prodire volando, Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentum.* Atque ut ibi Virgilius in delectu columbarum, avium Veneris matris Aeneae, certum iudicium ſequebatur, ita nec temere Silius videtur *armigeras Iovis volucres* adhibuiſſe, quae Scipioni Iovis proli iter praeirent. cf. lib. VII, 492. XIII, 615.

59. ſeqq. Sequitur epitome poetica rerum a Scipione adverſus Syphacem geſtarum, qui amicitiae foedere rupto ad Carthaginienſes tranſierat. Lege de his Livium XXIX, 23.

Africa terribilem magno ſub nomine molem
Regis opes contra et Maſſyla paraverat arma.
Speſque Syphax Libycis una, et Laurentibus unus
Terror erat. Campos pariter valleſque refuſas,
Litoraque implerat, nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas aſſuetus, denſaeque per auras
Condebant iaculis ſtridentibus aethera nubes.
Immemor is dextraeque datae iunctique per aras
Foederis, et menſas teſtes, atque hoſpita iura,
Faſque, fidemque ſimul, pravo mutatus amore,
Ruperat, atque toros regni mercede pararat.
Virgo erat eximia ſpecie claroque parente,
Haſdrubalis proles, thalamis quam cepit ut altis,
Ceu face ſuccenſus prima taedaque iugali,
Vertit opes gener ad Poenos, Latiaeque ſoluto
Foedere amicitiae, dotalia tranſtulit arma.

Sed

67. *immemor is* e ſcriptis et editis antiq. Solus Putean. *immemor hic.* E. Marſi Veneta poſter. in aliquot editiones traductum *immemoris.*

23. 24 et XXX, 5 6. ſq. ut intelligas, quam multa Silius omiſerit, quae veritatem hiſtoricam abſolvant. — *tanta procella*, tantis copiis Romanorum in Africam ingruentibus. 67. Syphax Hasdrubalis filia in matrimonium ducta foedus cum Scipione ictum rumpit. De foedere illo vidimus ſup. lib. XVI, 235. ſq. — 69. *mutatus*, abalienatus a Romanis, *pravo amore*, quatenus hic amor perfidiam et periurium peperit. Mox *regni merces* eo pertinet, quod poſt illud coniugium regnum et opes ſuas Poenis mercenarias addixit, quae infra *dotalia arma* variate extulit. — 71. ſq. cf. Liv. XXIX, 23. — *face ſuccenſum* dixit haud dubie ad ductum Livii, ubi Hasdrubal, *ut accenſum cupiditate Syphacem (et ſunt ante omnes Numidae barbaros effuſi in Venerem) ſenſit, virginem ab Carthagine arceſſit, maturatque nuptias.* In *dotalibus armis* explicandis non opus eſt ita argutari cum Barthio, ut demonſtres dotem non ſolum ſponſo a ſponſa, ſed et viciſſim huic ab illo collatam. De dote non eſt cogitandum, ſed *dot. arma* ſimpliciter dicuntur, quae poſt coniugium et propter id Syphax Poenis

ſup.

Sed non Ausonio curarum extrema Syphacem
Ductori monuisse fuit, sit fidus, et ictum
Observet foedus, neu pacis iura resolvat,
Stet regno, reputet Superos, pacta hospita servet:
Longe coniugia, ac longe Tyrios Hymenaeos
Inter Dardanias acies fore. Sanguine quippe,
Si renuat, blando nimium facilique marito
Statura obsequia et thalami flagrantis amores.
Sic Latius permixta minis, sed cassa movebat
Ductor, nam surdas coniux obstruxerat aures.
Ergo asper, monitis frustra nitentibus, enses
Advocat, et, castas polluti foederis aras
Testatus, varia Martem movet impiger arte.
Castra,

77. *sit fidus et ictum.* Pro his in Cod. Oxon. Putean. et editt. ante Iuntinam legebatur *iussique minantur*, et sequens versus plane aberat, qui primum apparuit in Iuntina. Omisit eum, recepitque illam veterum lect. Lefeb. Quicquid sit, interpolatio Nicandri, si quae est in hoc loco, expeditiorem orationem reddit: et nolui nunc Drakenborchio audacior esse. 79. *pacta* e scriptis pro vulg. *facta.* 84. *Haec Latius*, et *sed cassa* Lefeb. ex coni. Heins. non male. Vulg. *et cassa.* — *monebat* Putean. et Parm.

suppeditavit. Similem formulam explicavimus sup. lib. V, 22.

76. sqq. Admonitus Syphax a Scipione, ne amicitiae foedus fallat, morem non gessit. cf. Liv. l. c. 24. *Scipio literas dat ad regem, quibus etiam atque etiam monet eum, ne iura hospitii secum, neu cum populo Romano initae societatis, neu fas, fidem, dextras, Deos testes et arbitros conventorum, fallat.* Haec nunc suo modo Silius repetit. 80. *longe — fore,* h. e. nihil ei profutura esse ista coniugia. De ea formula v. dicta ad lib. I, 301. et cf. interpr. ad Flor. II, 2. 8. et VI, 34. — 81. *sanguine statura*, constitura, sanguinem veluti poenam rupti foederis exsolvendum esse, pro *obsequio* illo, quo matrimonium Punicum inierit, et ad horum amicitiam se contulerit; quo quidem et *blandus facilisque maritus* pertinet.

86. seqq. Ecce novam tabulam, castra Punica incensa exhibentem! Rerum gestarum ordinem et veluti commissuras in Livio quaeras necesse est inde a lib. XXX. cap. 3. Castrorum ipsa descriptio ex Livio mutuata: *Numidae praecipue*

Caſtra, levi calamo cannaque intorta paluſtri,
Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor,
Aggreditur, furtum armorum tutantibus umbris,
Ac tacita ſpargit celata incendia nocte.
Inde ubi collecti rapidam diffundere peſtem
Coeperunt ignes, et ſe per pinguia magno
Pabula ferre ſono, clare exſpatiantur in auras,
Et frenos volucri propellunt lumine flammae:
It totis inimica lues, cum turbine, caſtris,
Atque alimenta vorat ſtrepitu Vulcanus anhelo
Arida, et ex omni manant incendia tecto.
Sentitur pleriſque prius, quam cernitur, ignis
Excitis ſomno, multorumque ora vocantum
Auxi-

89. *intorta* e vulg. Putean. *intecta*. Vnde Heinſ. *intexta*, quod Lefeb. recepit, et Cortius quoque in margine libri ſui commendabat. 91. *furtum armorum* Barth. et Heinſ. e ſcriptis, quibus et editi libri priſci conſentiebant. Vulg. *furtim*. Pro *tutantibus* in ed. Rom. 1. et Mediol. *nitentibus*. 93. *coniecti* ex coni. Heinſ. edidit Lefeb. 95. pro *clare* Heinſ. coni. *late*. Sed Drakenborch. probabat Burmanni coniecturam *clarae*. 96. Interpretes fruſtra ſe torſerunt in hoc loco. Recte iudicat Lefeb. locum ſanum eſſe. vid. nott. Barthius offerebat *volucri flumine*, h. e. velut torrente. Deinde Dausqueius *ramos propellunt*. Burmannus ita *Et Poenos volucri propellunt flamine flammae*.

cipue *harundine textis ſtoreaque pars maxima tectis, paſſim nullo ordine, quidam ut ſine imperio occupatis locis, extra foſſam et vallum habitabant*. De *mapalibus* Numadum v. ſup. lib. III, 287. ſqq. — 91. 92. noctu aggreditur caſtra. Iam ſolita luxurie, notata etiam Barthio, ſingulis paene verbis noctis notatio inculcatur, *furtum armorum, umbrae, tacita nox*. cf. lib. VI, 70. et VII, 135. Sed luxuriantior adeo eſt ſequens locus, qui incendii imaginem habet. Videtur hanc inprimis adamaſſe poeta. Itaque aliquoties in ea artem ornandi et variandi exercuit. cf lib. IV, 679. ſqq. V, 512. VII, 353. ſq IX, 603. ſq. — 94 *pinguia pabula* igni nunc in genere ſunt arida, et quae facile flammam concipiunt, ut arundo, canna, mox *arida alimenta*. 95. *clare exſp* ut Virgil Aen. II, 569. *dant clara incendia lucem*. Et ſup lib. X, 557. in *auras actus apex claro perfundit lumine*

Auxilium invadunt flammae. Fluit undique victor
Mulciber; et rapidis amplexibus arma virosque
Corripit: exundat pestis, semustaque castra
Ardenti volitant per nubila summa favilla.
Ipsius ingenti regis tentoria saltu,
Lugubre increpitans, late circumvolat ardor:
Hausissetque virum, trepidus ni clade satelles
E somno ac stratis rapuisset multa precantem.
Verum, ubi mox iuncto sociarant aggere vires
Massylus Tyriusque duces, accitaque regno
Lenierat pubes infaustae vulnera noctis,
Ira, pudorque dabant, et coniux, tertius ignis,
Imma-

102. *furit undique* coni. Heins. Sed vid. nott. 105. *albenti* e Cod. Put. Oxon. Heins. et sic Lefeb. edidit, quia candentem favillam Virgilius dixerit Aen. III, 513. In caeteris libris *ardenti.* Iam vero *ardentes favillas* etiam Martialis dixit lib. I. epigr. 42. Ergo hae auctoritates nihil tuto praestant. 109. In Putean. *et somno* in ed. Parm. *et summo.* Heins. malebat *exsomnem.* 110. *sociarunt* coni. Heins.

flumine campos. Mox *frenos prop. fl.* obvia metaphora, dum tota vi et undique erumpunt. cf. sup lib IV, 683. — 102. *fluit*, exquisite ad copiam et celeritatem notandam, ut mox *exundat pestis.* Sic Claud Rapt. II, 316. *tortoque fluunt incendia vultu* cf Burm. ad Valer. Fl. IV, 660. Livius adeo l. c. *effusum late incendium* dixit. 110. seqq. *ubi mox* etc. Scilicet iterum epitomen scribit poeta, et in mediam scenam, omisso rerum gestarum ordine, nos abripit. Nam priusquam Syphax cum Hasdrubale copias iunxit, multa peracta sunt deliberando, legatis etiam ad Syphacem mittendis, quae accurate Livius XXX, 6. 7. 8. exposuit. Tamen in singulis Liviana vestigia pressit Silius. 111. *accita regno pubes.* Ita Syphax apud Livium cap. 7. *ostendit multitudinem agrestium Numidarum, quibus arma equosque dedisset, et omnem iuventutem affirmat exciturum ex regno.* Etiam *coniugem animos dantem* Livio debet l. c. *Quum uxor*, inquit, *non iam ut ante blanditiis satis potentibus ad animum amantis, sed precibus et misericordia valuisset, plena lacrymarum obtestans, ne patrem suum patriamque proderet, iisdemque flammis Carthaginem, quibus castra conflagrassent, absumi sineret.*

Immanes animos: afflataque barbarus ora
Castrorum flammis, et se velamine nullo
Vix inter trepidas ereptum ex hoste catervas
Frendebat minitans: sed enim non luce Syphacem,
Nec claro potuisse die, nec sole tuente,
A quoquam vinci. Iactarat talia vecors:
Sed iam claudebat flatus, nec plura sinebat
Atropos; et tumidae properantur stamina linguae.
Namque, ubi prosiluit castris, ceu turbidus amnis,
Qui

121. *properabat* edidit Lefeb. e coni. Heins. firmata edit. Benes. In Putean. erat *properarunt*, vel ut Lefeb. scripsit *properans*. E vulg. caeteris *properantur*.

114. *afflata — flammis*, locutione Liviana, qui duces *afflatos incendio* dixerat cap. 6. 117-20. Oratio Syphacis adumbrata iterum ex his Livianis: *Scire*, Syphax dicebat, *incendio, non praelio cladem acceptam; eum bello inferiorem esse, qui armis vincatur.* Sed quis non graviter exprobret poetae molestas et inanes tavtologias, *luce, claro die, sole tuente*, duobus in versibus cumulatas?

120. sqq. Syphax collectis copiis impetum in Romanos faciens, vivus capitur. Scena omnis ex Livii XXX, 11. 12. excerpta, et coloribus poeticis adumbrata. Vnde patet, quod Drakenborchius ad vers. 134. late demonstravit, Silium tria proelia a Livio distincta, narrando contraxisse. *claudebat flatus Atropos*, arrogantiae (v. lib. II, 288.) Syphacis, quam paulo antea declaraverat, finem imposuit fortuna, qua factum est, ut illa iactantia refelleretur, et ipse in hostium potestatem veniret. Nempe notum Parcarum munus est, fata hominum definiendi. (v. Homer. Odyss. η, 197. 98.) Ergo *properant stamina*, cum illa fata accelerant. Sed ambitiose quaesitum et durum ornatum agnosco, quo *properata tumidae linguae stamina* extulit, ut sententiam *clausi flatus*, h. e. finitae et refutatae iactantiae, variaret. Nam frequentior usus Parcarum in morte propinqua esse solet, ut cum apud Virgil. Aen. X, 814. *extrema Lauso Parcae fila legunt.*

122. sqq. Livius l. c. postquam Syphacis impetum in hostes, illiusque copias adventu legionum turbatas narrasset, *Ibi Syphax*, inquit, *dum obequitat hostium turmis, si pu-*

Qui ſilvas ac ſaxa trahens per devia praeceps
Volvitur, et ripas ſpumanti gurgite laxat,
Ante omnes praevectus equo, trahit agmina voce.
Contra nava manus Rutuli, celſuſque ruebat
Viſo rege procul raptis exercitus armis.
Ac ſibi quiſque, Videſne? videſne, ut in agmine primo
Maſſylus volitet, depoſcens proelia, rector?
Fac noſtrum hoc, mea dextra, decus! Violavit et aras
Coelicolûm, et caſti ductoris foedera rupit.
Sit ſatis hunc caſtris ſemel effugiſſe crematis.
Sic ſecum taciti, et certatim ſpicula fundunt.
Prima in cornipedis ſedit ſpirantibus ignem
Naribus haſta volans, erexitque ore cruento
Quadrupedem, elatis pulſantem calcibus auras.

125. *agmina prima* Putean. haud dubie ex oculis librarii in verſum 128. evagantibus. 126. *vana manus* in Put. Oxon. et aliquot editt. priſcis, pro quo Heinſ. coniiciebat *nava* probatum Drakenb. et a Lefeb. in textu expreſſum. vid. nott. Senſum tamen non mutabit, cui vulgata etiam lectio *ſana* placuerit. 128. *ut agmine* Put. Oxon. Tel. et aliquot editt. In vulg. *vides, ait, agmine primus,* vitioſe. Locum Heinſius reſtituit.

ſi pudore, ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet, equo graviter icto effuſus, opprimitur capiturque, et vivus ad Laelium pertrahitur. Haec, ut diximus, per varias ornatus poetici ambages diducuntur. De comparatione impetus bellici cf. ſimilis locus lib IV, 522. ſq — *ripas laxat* amnis, cum diſruptis ripis exſpatiatur. — 126. *celſum exercitum* malim de equitatu intellegi, qui saepe poetis ſublimis, celſus dici ſolet, quam de ferocia, vel animo militum excelſo. cf. Virgil. Aen. VI, 285 et ſup. IV, 219. *Nava* autem *manus* haud dubie eſt, quae non temerario impetu, quaſi Numidae, ſed conſiderato ordine pugnat. Vereor tamen, ne nimis conſiderati ſint milites, qui in limine pugnae conſtituti eiusmodi ſententiis vacant, quales verſſ 128-32. exhibent. Certe in his, ſi modo recte locum habeant, acutam brevitatem maxime requirimus.

134. ſeq. Non inique Barthius carpit unius equi tria nomina in paucis verſibus deinceps collocata, *cornipedis, quadrupedis, equi.* Sed moroſius indicium eſt, quo omnem ima.

Corruit aſper equus, confixaque cuſpide membra
Huc illuc iactans, rectorem prodidit hoſti.
Invadunt, vanamque fugam, atque attollere feſſos
Annitentem artus, revocato a vulnere telo,
Corripiunt: tum vincla viro manicaeque, pudendum!
Addita, et, exemplum non unquam fidere laetis,
Sceptriferas arta palmas vinxere catena.
Ducitur ex alto deiectus culmine regni,
Qui modo ſub pedibus terras, et ſceptra, patenſque
Litora ad Oceani ſub nutu viderat aequor.
Proſtratis opibus regni, Phoeniſſa metuntur
Agmina, et inviſus Marti, notuſque fugarum

Vertit

138. *vectorem* coni. Heinſ. 139. *vanumque fugae* Heinſius legebat et contra antiquos codices, ut ipſe dicebat. Leſeb. ex duobus antiquis, quos non nominat, eandem lectionem adſcivit. 140. *a vulnere* antiqui omnes. *e vulnere* primus Colinaeus edidit. 141. Ita iam ex Heinſ. coni. Leſeb. edidit pro vulg. *pudenda*, quod et Drakenborchio diſplicebat. 148. *at inviſus* Barth.

imaginem damnat et ridet. Praeter denſiores colores, qui ſollennem poetae luxuriem denunciant, nihil ineſt, quod magnopere offendat. Similem in elephanto percuſſo vidimus ſup. lib. IX, 594. ubi contulimus Virgil. X, 892. cuius et nunc memorem Silium fuiſſe credibile eſt: *Tollit ſe erectum quadrupes, et calcibus auras verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe ſecutus implicat, eiectoque incumbit cernuus armo*, ubi ſingula Heynius docte atque accurate excuſſit. — 138. *invadunt* Romani, quem? equum cui Syphax adhuc dum inſidebat, an Syphacem ſolum? Scena ambigue elata eſt verbis. Si Syphacem ſolum *corripiunt*, ad hunc quoque pertineat *revocatum e vulnere equi telum*. Nam ſolus equus vulneratus erat. *Feſſi* etiam *artus* magis equo, quam equiti conveniunt. Cogitari poteſt Syphax equum lapſum ad fugam excitaſſe; at eius ex vulnere et lapſu feſſos aegre *annitebatur attollere artus*. Ergo eum *corripiunt*, dum equum elevat extracto telo. Nam hoc vulnus in naribus profecto non letale erat, ſed equum tantum conturbabat. Itaque cum equo una etiam Syphacem facile ceperunt. 142. *exemplum — laetis*, h. e. in documentum fortunae inconſtantis, et ſpem hominum fallentis

tis

Vertit terga citus damnatis Hasdrubal ausis.
Stabat Carthago, truncatis undique membris
Vni nixa viro, tantoque fragore ruentem
Hannibal absenti retinebat nomine molem.
Id reliquum fessos opis auxiliique ciere
Rerum extrema iubent: huc confugere paventes,
Postquam se Superûm desertos numine cernunt.
Nec mora: propulsa sulcant vada salsa carina,
Qui revocent, patriaeque ferant mandata monentis,
Ne lentus nullas videat Carthaginis arces.

151. *uni innisa viro* edidit Lefeb. *uni innixa* Heins. 157. *patriaeque* e libris scr. et editis ant. pro vulg. *patrumque*, quod Nicander in Iuntina edidit, et *monentis* pro vulg. *monentes*. Post versum 158. in editione Nicandri legebantur duo versus hi: *tolle moras, patriaeque celer succurre cadenti, Hannibal, et nostris depelle a moenibus hostem.* Hos ante illum nullibi lectos Heinsius eiecit. 160. *En fera* ed. Lefeb.

is. Haec sententia mox vers. 144-46. explicatur. *sub pedibus terras* habet, nota metaphora, cuius illae potestati et imperio subiectae sunt. Ex locis a Drakenborchio laudatis suffecerit Virgil. Aen. VII, 99. et Liv. XXXIV, 32. παρὰ ποσὶν ἔχειν graeca formula est — 149 *notus fugarum.* Ter Hasdrubal, semel in Hispania, bis in Africa, in fugam coniectus fuerat. Vnde ducem *fugacissimum* Livius appellat lib. XXX, 28.

150. seqq. Cum proximo post castra Numidarum incendia proelio Syphax et Hasdrubal pulsi et in fugam conversi essent, Carthagini quidem ingens erat terror, et Scipionem ipsam hanc urbem repente aggressurum credebant. Itaque muri reficiebantur, propugnaculisque armabantur. Rara mentio erat pacis, frequentior legatorum ad Hannibalem arcessendum mittendorum. Haec sententia placuit, quippe Carthaginem ipsam qui tueantur, neque imperatorem alium quam Hannibalem, neque exercitum alium quam Hannibalis superesse. Deductae ergo postero die naves, simul et legati in Italiam profecti. — Haec Livius diserte tradit l. c. cap. 9. et Silius, ut poeta, tractat. — 152. *Hannibal abs. nomine*, h. e. absens etiam fretos illius virtute et ope Carthaginienses firmabat. Paulo antea autem in *truncatis membris* Carthaginis, exercitus superatos, duces profligatos, et Syphacem

Quarta Aurora ratem Dauni devexerat oras;
Et fera ductoris turbabant somnia mentem.
Namque gravis curis carpit dum nocte quietem,
Cernere Flaminium, Gracchumque, et cernere Paullum
Visus erat simul adversos mucronibus in se
Destrictis ruere, atque Itala depellere terra:
Omnisque a Cannis, Thrasymenique omnis ab undis
In pontum impellens umbrarum exercitus ibat.
Ipse, fugam capiens, notas evadere ad Alpes
Quaerebat, terraeque ulnis amplexus utrisque
Haerebat Latiae: donec vis saeva profundo
Truderet, et rapidis daret asportare procellis.
His aegrum visis adeunt, mandata ferentes,
Legati, patriaeque extrema pericula pandunt.
Massyla ut ruerint arma, ut cervice catenas
Regnator tulerit Libyae, letoque negato,
Servetur nova pompa Iovi: Carthago laboret

V

167. *capiens* ex Oxon. pro vulg. *cupiens*. 170. *rapem*
coni. Heins. *rapidum* aliquot editt.

cem etiam captum cogitandum esse, quis dubitet? — 158. *ne lentus*, h. e cunctatus et differens auxilium, *nullas*, deletas atque eversas *Carth. arces videas*.

159 sqq Somniantem Hannibalem phantasmati Siliano deberi, in promtu est. In cuius cogitationem forte deductus est verbis Livii cap. 20. ubi eum lamentantem de reditu ex Italia Hannibalem induxisset, haec addit: *Iam hoc ipsum* (scil se revocatum iri ad ruinam Carthaginis retinendam) *praesagiens animo*, *praeparaverat ante naves*. D argumento somnii, umbri interfectorum hostiliter Hannibalem infestantibus, v. qua notata sunt ad lib. II, 704 sq — 163. *terrae haereba Latiae*, velut aegre relictur solum hostile. Ita certe Livius l. l. *Raro quenquam al um patriam exilii caussa relin quentem, magis moestum abii se ferunt, quam Hannibale hostium terra excedentem: re spexisse saepe Italiae litora* etc.

175. *pompa Iovi*, pars tri umphi in Capitolium ducen

d

Vt trepidi Hasdrubalis (qui rerum agitarit habenas)
Non una concussa fuga: se, triste profatu,
Vidisse, arderent cum bina in nocte silenti
Castra, et luceret sceleratis Africa flammis.
Praerapidum iuvenem minitari, Bruttia servet
Litora dum Poenus, detracturum ignibus atris,
In quam se referat, patriam, suaque inclita facta.
Haec postquam dicta, et casus patuere metusque,
Effundunt lacrimas, dextramque ut numen adorant.
Audivit torvo obtutu defixus, et aegra
Expendit tacite cura secum ipse volutans,
An tanti Carthago foret: sic deinde profatur:
O dirum exitium mortalibus! o nihil unquam
Crescere, nec magnas patiens exsurgere laudes,
Invidia! Eversam iam pridem exscindere Romam,

 Atque

176. *agitarit* e scriptis et ed. priscis. Vulg. *agitabat* et sic Rom. 2. Lefeb. — *trepida* Cortius ad marginem libri sui notavit, coniecturam viri docti. 181. Post hunc versum apud Nicandrum sequebatur hic: *Omnia, et excidium extremum Karthagini adesse*, et post 182. hic: *commemorant, strages Italis quas fecerit oris.* Hos ut spurios Heins. et Drakenb. delerunt. Pro *detracturum* Heins. offerebat *depasturum.* 185. Lefeb. ex Cod. Tel. edidit: *et aegram expendit tacite curam, secum ipse volutans An* etc. — *tacito secum* vulg. probante Barthio. 188. *durum exitium* Putean. cum ed. Rom. 1. Parm. Mediol. et Mart. Herbip.

di. 177. *non una fuga.* v. sup. vers. 149. — 180. *praer. iuvenem* Scipionem *minitari*, se *detracturum ignibus*, consumturum *patriam* Hannibalis, ut non habeat, in quam se ex Italia redux vertat, et *in quam referat inclita sua facta*, h. e. gloriam rerum in Italia hactenus gestarum deportet.

185. sq. Livius l. l. *Frendens gemensque ac vix lacrymis temperans dicitur legatorum verba audivisse.* Iam ibidem sequitur oratio Hannibalis ad legatos, cuius praecipua momenta poeta in sequentibus poetica ratione expressit. Atque idonea arte Silium effecisse, ut acerbam Hannibalis indignationem, quam oratio Liviana habet, transferat, etiam Clemens Francogallus, non valde clemens alioquin poetae iudex, agnoscebat (Essai de critique pag. 81. sq.). De *invidia* Hannonis, qui Hannibali auxilia a Carthagine mitten-

Atque aequasse solo potui, traducere captam
Servitum gentem, Latioque imponere leges.
Dum sumtus, dumque arma duci, fessosque secundis
Submisso tirone negant recreare maniplos,
Dumque etiam Cerere et victu fraudasse cohortes
Hannoni placet, induitur tota Africa flammis:
Pulsat Agenoreas Rhoeteïa lancea portas.
Nunc patriae decus, et patriae nunc Hannibal unus
Subsidium: nunc in nostra spes ultima dextra.
Vertentur signa, ut Patres statuere; simulque
Et patriae muros, et te servabimus, Hannon.
Haec ubi detonuit, celsas e litore puppes
Propellit, multumque gemens movet aequore classem.
Non terga est ausus cedentum invadere quisquam,
Non revocare virum: cuncti praestare videntur,
Quod sponte abscedat, Superi, tandemque resolvat
Au-

200. *vertentur* e scriptis et editt. priscis. Vulg. *vertantur*. 203. *fremens* coni. Heins. 204. pro *cedentum* quod erat in Cod. Tell. Rom. 2. aliisque, nonnullae editt. *redeuntum*. Heinsius offerebat *cedenti*.

mittenda subtrahebat, saepe vidimus illum conquerentem. v. lib. XVI, 11. sq. et cf. lib. VIII, 22. s. XI, 609 sqq. — 198. Recte Clemens Villebrunium reprehendit, qui ita hanc Hannibalis vocem interpretabatur, ut is videretur se ipsum laudibus efferre. Enimvero acerba cum ironia legatorum laudes repetit hoc fere sensu: *nunc*, cum in angustiis est Carthago, me, diu spretum, unice requirunt, *nunc* ad me confugiunt, decus patriae, et spem unicam, scilicet quia ope mea indigent, appellant. Iam quae sequuntur vers. 201. *patriae muros et te servabimus Hannon*, eximiam gravitatem sonant, animo heroico mirifice dignam. Est is locus fere unus in toto carmine, in quo poeta Livianum acumen non solum assecutus est, sed feliciter superavit dicendo.

204. sq. Haec iterum variata sunt ex his Livianis l. c. cap. 21. *Romam per eosdem dies et Magonem et Hannibalem profectos allatum est, cuius duplicis gratulationis minuit laetitiam, et quod parum duces in retinendis iis (quum id mandatum ab senatu esset) aut animi*
aut

Auſoniam. Ventos optant, et litora ab hoſte
Nuda videre ſat eſt. Ceu flamina comprimit Auſter
Cum fera, et abſcedens reddit mare, navita parco
Interea voto non auras poſcit amicas,
Contentus caruiſſe Noto, pacemque quietam
Pro facili curſu reputat ſalis. Omnis in altum
Sidonius viſus converterat undique miles;
Ductor defixos Itala tellure tenebat
Intentus vultus, mananteſque ora rigabant
Per tacitum lacrimae, et ſuſpiria crebra ciebat.
Haud ſecus ac patriam pulſus dulceſque penates
Linqueret, et triſtes exſul traheretur in oras.
Vt vero affuſis puppes procedere ventis,

212. *ſatis* Heinſ.

aut virium habuiſſe videbantur: *et quod ſolliciti erant*, *omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata*, *quo evaſura res eſſet*. Sed huius orationis primam tantum partem excerpſit poeta, ut notaret, omnes diſceſſum Hannibalis optaſſe; *cuncti Superi videntur praeſtare*, h. e. divinitus, beneficio divino ita evenire Romanis videbatur, ut *ſponte abſcedat* Hannibal, et tandem *reſolvat*, liberet ab tam diuturna obſidione Italiam. De exquiſito uſu voc. *praeſtare* vel Geſneri Theſ. ſatisfaciet haeſitanti. 208. *Sat eſt nuda lit. videre*. Scilicet ſolo diſceſſu contenti ſunt, non poſtulant commodum aut victoriam ab hoſtibus. Hanc ſententiam inprimis illuſtrat ſequens comparatio, quam inter feliciſſimas numero; ita ſingula apte reſpondent, et ſobrio ornatu expoſita ſunt — *reddit mare* Auſter, cum remittit flatus, quibus undas abduxerat. — *pacem ſalis pro curſu fac. reputat*, h. e. contentus mari tranquillo et periculo naufragii ſublato iam non ſtatim poſtulat, ut leni et felici curſu utatur; in quo ipſo *parcum votum* cernitur.

214 - 18. Locum Livii, quem in his poeta expreſſit, ad verſ. 168. adduximus.

219 ſq. Inde ab hoc loco inprimis poetam noſtrum fingendi et colores epicos miſcendi libido invaſit. Livius quidem iter maritimum Hannibalis brevi narratione abſolvit. Primum claſſem ad Leptim appulit (cap. 25.). Deinde ad Adrumetum et Zamam

Et sensim coepere procul subsidere montes,
Nullaque iam Hesperia, et nusquam iam Daunia tellus;
Haec secum infrendens: Mentisne ego compos, et hoc nunc
Indignus reditu, qui memet finibus unquam
Amorim Ausoniae? Flagrasset subdita taedis
Carthago, et potius cecidisset nomen Elissae.
Quid tunc? Sat compos, qui non ardentia tela
A Cannis in templa tuli Tarpeia, Iovemque
Detraxi solio? Sparsissem incendia montes
Per septem bello vacuos, gentique superbae
Iliacum exitium et proavorum fata dedissem.
Cur porro haec angant? Nunc, nunc invadere ferro
Quis

225. Heinsius opinabatur *et totum cecidisset nomen Elissae*, vel *potius cecidissent culmina Elissae*, quia in ed. Parm. sit *numen Elissae*. 226. Lefeb. sine librorum auctoritate edidit *Quin! tunc sat* etc. Heins. ita putabat: *quid? num sat compos?*

mam contendit. (cap. 29.) Hinc nuntio ad Scipionem misso, colloquium petit. Colloquuntur ambo, (cap. 30.) et mox, re infecta, fit ab utraque parte proelium. (cap. 32. sqq.) Haec Livius, ut historicus. Quid autem poeta? Primum fingit Hannibalis consilium revertendi, cum iam in medio itinere esset, et Romam invadendi; fingit mare a Neptuno turbatum, Venerem huius iras sedantem, Iovem cum Iunone colloquentem et de Hannibale paciscentem; quae omnia ut historiae contraria sunt, ita non nisi epico ornatui explicando serviunt. Iam singula liceat perlustremus.

220. *subsidere*, minores fieri, ut fit, cum longius decessimus, vel decrescere, ut eodem sensu dixit Stat. Ach. II, 308. Claud. Rapt. I, 190. Contraria ratione, propius accedentibus res *crescere* dicuntur, ut sup. lib. XV, 215. cf. lib. III, 157. — Sequens Hannibalis oratio variata est ex simili loco Livii cap. 20. ubi illum narrat respexisse saepe Italiae litora, et Deos hominesque accusantem, in se quoque et suum ipsius caput exsecratum, *quod non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam duxisset*. 222. *hoc reditu*, scil. tam turpi. — 224. *subdita taedis* cf. lib. IV, 780. — 229. *bello vacuos*, praesidio destitutos, quia omnes milites Cannensi proelio

Quis prohibet? rursumque ad moenia tendere gressus?
Ibo, et castrorum relegens monumenta meorum,
Qua via nota mihi est, remeabo Anienis ad undas.
Flectite in Italiam proras, avertite classem;
Faxo, ut vallata revocetur Scipio Roma.
Talibus ardentem furiis Neptunus ut alto
Prospexit, vertique rates ad litora vidit,
Quassans caeruleum genitor caput aequora fundo
Eruit, et tumidum movet ultra litora pontum.
Extemplo ventos, imbresque, et rupe procellas
Concitat Aeolias, ac nubibus aethera condit.
Tum, penitus telo molitus regna tridenti
Intima, ab occasu Tethyn impellit et ortu,
Ac

232. *quid prohibet* coni. Heins. et sic Burm. ad Ovid. Heroid. X, 88. — 235. *age vertite* Heins. *ac vertite* coniecturam viri docti Cortius ad marginem notaverat. 241. *e rupe* vulg. *et rupe* antiqui libri. Mox pro *nubibus* in nonnullis *imbribus*.

lio consumti fuerant. Mox *Iliacum exitium dare* dixit, ut sup. lib. I, 115. *Romanos ferro ignique sequar, Rhoeteaque fata revolvam.* 231. *Cur — haec angant?* Cur haec cogitatio me in posterum etiam angat et vexet? Immo vero, quod hactenus non feci, nunc faciam; Romamque perdam. 237. Sequitur locus amplus de tempestate a Neptuno commota ad Hannibalem a Roma invadenda absterrendum, tam operoso ille ornatu, et denso colorum agmine instructus, ut ἐπιδείξεως poeticae studium, variandique consilium facile intelligas. Neque enim comparantibus dubium esse potest, quin nobilis locus Aeneidos I, 84. sqq. imitatione fuerit a poeta expressus. Sed qui ita versat et corrumpit historicam veritatem, ut atrocem tempestatem in mari ortam describat, ubi nemo historicorum ne adversi quidem ventus mentionem facit, admiremurne hominis poeticum quendam ἐνθουσιασμόν, quo inflammatus, ἰδέαν ποιητικήν exsecutus fuerit, an nunc quoque res ad ostentationem artis et doctrinae redibit? Sed haec alibi latius diximus. — 329. *quassans caput.* cf. lib. I, 298. et VI, 600. *eruit*, paullo fortius ad iram Neptuni declarandam, quam excitat. Frequentior imago, ut apud Virgil. Aen. II, 419. Aen. I, 125. — 242. *Aeolias*, noto epitheto, de quo v. ad lib.

Ac totum Oceani turbat caput. Aequora ſurgunt
Spumea, et illiſu ſcopulus tremit omnis aquarum.
Primus, ſe attollens Naſamonum ſedibus, Auſter
Nudavit Syrtim correpta nubilus unda.
Inſequitur ſublime ferens nigrantibus alis
Abruptum Boreas ponti latus: intonat acer
Diſcordi flatu, et partem rapit aequoris, Eurus.
Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare
Fulmina, et in claſſem ruere implacabile coelum.
Conſenſere ignes, nimbique, et fluctus, et ira
Ventorum, noctemque freto impoſuere tenebrae.
Ecce, intorta Noto, venienſque a rupe procella
Antennae immugit, ſtridorque immite rudentum
Sibilat, ac ſimilem monti, nigrante profundo,
Ducto-

250. *acer* Oxon. et Putean. Vulg. *ater*. 256. *a puppe* coni. Heinſ. quam et Drakenborch. probabat, edidit Lefeb. Vulg. *a rupe*. Sed laudati pro illa lectione loci Virgil. Aen. III, 130. Stat. Theb. III, 28. nunc non ſatis convenire videntur, inprimis ob ſequentia *antennae immugit*. Deinde cf. verſ. 241.

lib. I, 193. — 243. *molitus*, movens, turbans. v. quae diximus ad lib. V, 385. *regna* exemplo poetarum perpetuo, inprimis Virgilii, cf. Aen. I, 78. et 138. Et infr. verſ. 285. *rex maris* Neptunus. Sequitur recenſus et veluti catalogus ventorum, qui ad tempeſtatem conflandam conſpiraverint. Qui ut per ſe ambitioſum ſtudium ornandi prodit, ita, quod totus hic furor non parem ſibi eventum habuit, aliquid exinde vani tumoris ille omnis locus traxit, quo neceſſe eſt oſtendantur, quibus imago claſſis Aeneae ad litus Libycum tempeſtate adpulſae in recenti memoria haeret. *Auſtrum*, e Libya flantem, et in Syrtes ſaevientem perpetuo veluti attributo poetae inducunt. cf. Lucan. I, 498. et IX, 320. ſq. *Alas* Boreae vel e Silio novimus. cf. lib. I, 589. — 252-55. Singulis fere verbis poeta inculcat tempeſtatem cum grandine et procella, quo inprimis *ruptus polus*, et *ruens coelum* pertinet, ut alibi diximus. v. lib. I, 251. et III, 196. 97. — Mox verſ. 258. *ſimilem monti fluctum*, frequentata poetis omnibus imagine, dixit, ad exemplum inprimis Homeri, ut Odyſſ. γ, 290. κυματα τροφοεντα, πελωρια, ισα ὀρεσσιν. cf. Od. λ, 242.

Ductoris frangit super ora trementia fluctum.
Exclamat, volvens oculos coeloque fretoque:
Felix', o frater, Divisque aequate cadendo,
Hasdrubal! egregium fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit letum, et cui fata dedere,
Ausoniam extremo tellurem apprendere morsu.
At mihi Cannarum campis, ubi Paullus, et illae
Egregiae occubuere animae, dimittere vitam
Non licitum: vel, cum ferrem in Capitolia flammas,
Tarpeio Iovis ad manes descendere telo.
  Talia dum maeret, diversis flatibus acta
In geminum ruit unda latus, puppimque sub atris
Aequo-

259. *frementia* Heinf. coni. ne, si *trementia* legeretur, Hannibal pavidus fingeretur, quem Silius ubique impavidum finxisset. Sed vid. nott. a vers. 261. sqq. — 265. *ubi illae* Putean. et Rom. 2. Al. *et illae*. 268. *Tarpeio* Put. Oxon. et ed. Parm. pro vulg. *Tarpeii*.

242. Virg. l. c. vers. 105. et Ovid. Met. XV, 507. In *nigrante* autem *profundo*, nil nisi mare turbidum cogitabis, quos mox *atros aequoris agge-res* dicit. Conferunt Homer. Il. η, 64. *μελανει ποντος* et ι, 6. *ἀμυδις δε τε κυμα κελαινον κορθυεται*.

261. sqq. Locus variatus ex Aen. I, 94. seq. ubi similem Vlyssis orationem Odyss. ε, 306. Heynius comparat et Senec. Agam. 515. sqq. Sed suffecerit locum Virgilianum, unde totus nunc poeta pendet, comparasse. Nolim autem huc advocari opinionem antiquorum a Drakenborchio late expositam, qua mortem in undis vehementer exhorruerint, quod partim animam aqua extingui credidissent, partim sepulturae, quae naufragio absumtis raro contingat, iacturam pertimerent. Heroibus omnino proprium esse solet, mortem gloriosam, quae pugnando venit, et a magno heroe affertur, sibi optare. Vnde saepe *ingloria, iners mors* dicitur, quam quis extra pugnam moritur. v. lib. IV, 607. X, 303. Itaque etiam Hasdrubalem Hannibal felicem praedicat, cui *dextera fortis* (Claudii Neronis. v. sup. lib. XV, 786.) *letum peperit*. cf. sup. lib. IV, 673.

269-74. Navis Hannibalis a fluctibus correpta agitatur. Scena densis coloribus picta. cf. Virgil. l. c. 102. sq. ut intelligas, quanto hic castiore

Aequoris aggeribus tenuit, ceu turbine merſam.
Mox, nigris altae pulſa exundantis arenae
Vorticibus, ratis aetherias remeavit ad auras,
Et fluctus ſupra, vento librante, pependit.
At geminas Notus in ſcopulos atque horrida ſaxa
Dura ſorte rapit, miſerandum et triſte! biremes.
Increpuere ictu prorae. Tum murice acuto
Diſſiliens ſonuit, rupta compage, carina.
Hic varia ante oculos facies: natat aequore toto
Arma inter, galeaſque virûm, criſtaſque rubentes,
Florentis Capuae gaza, et ſepoſta triumpho
Laurens praeda ducis, tripodes, menſaeque Deorum,
Cultaque nequidquam miſeris ſimulacra Latinis.
Cum Venus, emoti facie conterrita ponti,

Tali-

272. *alte* Barth. 282. *duci* offerebat Lefeb. h. e. a duce *repoſta*.

re ornatu naturae veritatem ſervaverit. Nolimus tamen Silio doctrinae et acuminis laudem denegare, quod utrumque hoc inprimis loco commendatur. *diverſis fl.* contrariis ventis impulſa utroque in latere navis unda, ita ut navis veluti inter duos *aggeres merſa* teneretur. Ad verſ. 274. cf. Virgil. l. c. 106.

275-83. cf. Virgil a verſ. 108. Variationis conſilium et modus in oculos incurrit. Ibi *tres* naves in ſaxa torquentur: hic *geminae* ab eodem *Noto*. — 277. *murice* e Virgil. Aen. V, 205. ubi Servius: *murex*, *ſaxi acumen eminens per tranquillitatem*. — 281. *ſep triumpho* reſervata Hannibalis triumpho *praeda*, *Laurens*. De templo Feroniae ab illo ſpoliato inprimis nunc cogitandum eſſe, ſcita eſt Marſi adnotatio. v. ſup lib. XIII, 84. Iam enim non miraberis, quare *tripodes*, et *menſae Deorum*, et *ſimulacra* potiſſimum commemorentur.

284. Precum ſumma ad Neptunum: cohibe fluctus, ne Hannibal pereat. Sed ſcite a poeta cogitata ſunt, quae ſequuntur veluti praetextus loco, et digna Dea Poenis infeſta, *ne tollas*, extollat, efferat *Carthago hoc decus*, et honori ſibi ducat, quod *nullo bello ſuperabilem* heroem *progenuerit* Hannibalem, ad cuius funus et mortem Romani *undis egerint*, quippe quem non

Talibus alloquitur regem maris: Hoc satis irae
Interea, genitor: satis ad maiora minarum.
Cetera parce, precor, pelago: ne tollat acerba
Hoc Carthago decus, nullo superabile bello
Progenuisse caput, nostrosque in funera Poeni
Aeneadas undis totoque eguisse profundo.
Sic Venus, et tumidi considunt gurgite fluctus;
Obviaque adversis propellunt agmina castris.

Dux

290. *motoque* coni. Heins. 292. Quid de lacuna statuendum sit, quam h. l. Barthius, Heins. et Drakenborch. etiam suspicati erant, in Commentario diximus.

non alio modo conficere et superare potuerint. — 286. *genitor.* Venus enim mari orta, ἀφροδίτη, ποντογενεια, cf. Virgil. Aen. V, 800. 801.

291. seqq. Ecce grandem poetae saltum, qualem in toto carmine vix similem fecit! Fluctus considunt, Hannibal e regione castrorum Scipionis aciem collocat, et milites ad proelium excitat. Non miror Barthium et Drakenborchium de lacuna cogitasse. Difficile enim est, cum non penitus noveris morem et consilium Silii, a tali crisi te abstinere. Mihi persuasum est, hic lacunam non esse. At novi poetam scenas repente mutantem, narrationis emblemata, et fragmina conglutinantem. Haec ego non probo vel defendo, at in iisdem tamen non haereo. — *Adversa castra* itaque sunt Scipionis, ad quae iam Hannibal propius accesserat. Nempe versatur poeta in eo Livii loco, quo narratur Hannibal Zamam pervenisse lib. XXX, 29. Iam omissis caeteris, quae ibi de colloquio imperatorum late dicuntur, repente capitis 32. materiem occupat: *in castra ut est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent milites, animosque ad supremum certamen, non in unum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores* etc. *Anceps spes et metus miscebant animos; contemplantibusque modo suam modo hostium aciem, quum oculis magis quam ratione pensarent vires, simul laeta, simul tristia obversabantur, quae ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo, atque hortando subiiciunt. Poenus, sedecim annorum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occisos, et sua cuique decora, ubi ad insignem alicuius pugnae memoria militem venerat, referebat.*

Haec

Dux vetus armorum, ſcituſque accendere corda
Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu, decoriſque urebat pectora flammis.
Tu mihi Flaminii portas rorantia caeſi
Ora ducis: noſco dextram. Tu primus in ictus
Ingentis Paulli ruis, ac defigis in oſſa
Mucronem. Tibi pugnacis geſtantur opima
Mar-

296. Villebrunium offendebat in hoc loco, quod Flaminii caput nusquam inventum fuerit poſt pugnam, itaque fieri non potuiſſe, ut quis illud caput Hannibali portaret. Ergo ita verſum mutavit: *Tu mibi Flaminii portas te iu evantia caeſi ora ducis.* At in hoc loco omni non neceſſe eſt, ut hiſtoriae veritatem urgeamus, quam nec in caeteris partibus accurate ſecutus eſt poeta. Deinde in ipſa emendatione nonnulla ſunt, quae non commode Silius dixerit, ut *caeſi Flaminii ora evantia.* Quomodo quis ovat, cum caeſus eſt? et cur quis ſe portet, h. e. impetum faciat in ora *caeſi* ducis? Haec talia ſaltem contra dici poſſunt, ſi quis vulgatam lectionem plane damnare velit. Sed et haec leviſſima mutatione ita conſtitui poteſt, ut cum hiſtoria congruat Silius, et ſenſus ſit expeditiſſimus, et, ni fallor, unice verus. Lego: *rorantia caede ora.* Haec autem ora non ſunt Flaminii, ſed eius militis, qui Flaminium interfecerat. Tu mihi portas, h. e. offers ora ſanguine Flaminii quem olim caedebas, rorantia, ac veluti ex illa caede adhuc imbuta, h. e. tu is es, qui olim Flaminium confecit; eodem modo, quo mox alium alloquitur: *Gracchus cadens tibi proluit enſem.* Iam etiam ſequentia optime cohaerent, *noſco dextram.* Deinde recordemur oportet, ſup. lib. V, 645. Ducarium quendam diſerte nominari a poeta, qui inprimis impetum in Flaminium fecerit. Neque

Haec ultima verba arripuit inprimis poeta, atque ita per partes ſingulas eundo dilatavit, ut exinde orationem Hannibalis milites excitantis a verſu 293. usque ad 338 produceret.

293. *vetus armorum* diu bello verſatus, formula Siliana, cuius exempla vidimus ſup. lib. V, 505. VI, 010. — Hannibal laudibus excitat milites. Vide quam operoſa varietate eam ſententiam per tres verſus extulerit poeta. Si vis ſimilia, cf. lib. I, 345. ſq. VIII, 610. XII, 680 — *decoris urebat pect. fl.* Livius dixit, *ſua cuique decora referebat*: habes verſionem poeticam.

296. *Flaminii.* v. lib. V, 655. ſq. De ſenſu verborum vid. in Var Lect. — 298. *Paulli.* v. lib. X, 304. ſeq. De interitu *Marcelli* recurre ad

Marcelli: Gracchuſque cadens tibi proluit enſem.
Ecce manus, quae te pulſantem, belliger Appi,
Moenia ſublimis Capuae de culmine muri
Excelſo fuſa moribundum propulit haſta.
Ecce aliud fulmen dextrae, quo nobile nomen
Fulvius excepit non unum pectore vulnus.
Huc prima te ſiſte acie, cui Conſul in armis
Criſpinus cecidit. Me tu comitare per hoſtes,
Qui nobis (memini) ad Cannas laetiſſimus irae
Servili fers ora ducis ſuffixa veruto.
Cerno flagrantes oculos, vultumque timendum
Non ipſo minus enſe tuum, fortiſſime Poenûm
O iuvenis: qualem vidi, cum flumine ſaevo
Inſignis Trebiae complexum ingentibus ulnis
Merſiſſi fundo luctantem vana tribunum.
At tu, qui gelidas Ticini primus ad undas
Scipia-

que in verbis quicquam eſt, quod a conſuetudine Silii abhorreat. Sic de militibus obviam euntibus et ſe oſtendentibus lib. I, 312. *obvia quisque ora duci portat.* Et *caede rorantes dumi, rorantia ſpolia, rorantia ora* ſunt lib. V, 459. VII, 324. IV, 449. — 303. Cum in Oxon. et Putean. eſſet *protulit*, in nonnullis autem editt. *pertulit*, Drakenborchio videbatur forte legendum eſſe *perculit*, quod ipſe in ed. Nutii, et Heinſius in Gryphiana invenerat. 307. Lefeb. ex ed. Beneſſae obtulit: *Criſpinus cecidit, me tum comitante per hoſtes*; Nam *comitante* in libris etiam veteribus extabat.

ad lib. XV, 332. ſqq. de *opimis* variis in locis vt lib. I, 133. — 300. *Gracchus proluit tibi enſem*, adſperſit cruore ſuo, a te, vel iuxta te interfectus. Similes dicendi formas pete ex lib. IV, 168. et VII, 663. De Gracchi internecione cf. Livius XXV, 16. 17. et ſup. lib. XII, 477. — 301. Appium Claudium ſub deditionem Capuae occiſum Livius tradit XXVI, 16. — 307. *Criſpinus* collega Marcelli. v. lib. XV, 345. et Liv. XXVII, 33. — 309. *Servilium* a Viriatho quodam occiſum narravit poeta ſup lib. X, 223. cf. Liv. XXII, 49. *laetus irae* eſt haud dubie, qui laetatur hoſte interfecto, qui ſibi gratulatur eventum, quem ira et atrocitas pugnandi habuit. — 313. 14. Scena eſt, quae deſcribitur lib. IV, 591. *Hic hoſtem, orbatus telo, com-*

Scipiadae patris tinxisti sanguine ferrum,
Incepta exsequere, et nati mihi redde cruorem.
Horrescamne ipsos, veniant ad proelia, Divos,
Cum stetis turmae, vidi, certantia coelo
Quas iuga calcantes, summas volitare per Alpes?
Cum videam, quorum ferro manibusque capaces
Arsere Argyripae campi? num segnior ibis
Nunc mihi, qui primus torques in moenia telum
Dardana, nec nostrae facilis concedere laudi?
Te vero, te, te exstimulem, qui fulmina contra,
Et nimbos, tonitrusque, ac summi numinis iras
Cum starem, perferre ferox haec vana iubebas
Nubila,

318-21. Hunc locum ex auctoritate veterum librorum multo concinniorem edidit Lefeb. quam antehac factum erat. Ergo non dubitavi Drakenborchianam lectionem relinquere. *Cum stetis turmae* ex Cod. Oxon. Tel. Rom. 2. Mars. quod iam Heinsius probaverat, quanquam offerebat *stetis pro me*, quod non displicebat Drakenborchio, qui exhibuit lectionem a Nicandro in Iuntina inductam *Cum stetis prope me.* Deinde *quas iuga calcantes* etc. ex Putean. et Rom. hoc ordine et sensu: cum stetis turmae, quas vidi volitare per summas Alpes, calcantes iuga certantia coelo. Vulg. et Drak. *cum iuga calcastis.* 325. *ten' vero, tene exstimulem* coni. Heins. 327. *haec vana* cum Heinsio Lefeb. edidit pro vulg. *ac vana*, incommodo sensu. Neque contemnenda est coniectura viri docti, haud dubie Livineii, quam Cortius ad marginem Silii sui notavit *perstare ferox ad vana iub. n.* In Rom. 2. etiam erat *videbas* pro *iubebas.* Dausqueius offerebat *docebas* ex lib. XII, 629.

plectitur ulnis, *Luctantemque vado permixta morte coerces.* — 315. cf. lib. IV, 447. seqq. *nati redde cr.* vulnera mihi Scipionem filium, uti olim ad Ticinum patrem vulnerasti. Ad versf. 318 - 20. v. Varr. Lect. — 322. *Argyr. campi* tractum Cannensem designant. v. sup. lib. VIII, 243. sqq. *capaces* ampli, lati. *Arsisse* autem campos *ferro*, fortasse ita recte expedies, ut refulgentes armis cogites, ut apud Virgil. Aen. XI, 602. *campi armis sublimibus ardent.* Qui id nolint, cum Marso Apuliam ferro ignique vastatam cogitabunt. — 325 - 28. Recurre ad lib. XII, 605. sqq. ubi tempestate orta Hannibal a Roma abstrahebatur. Sed contemtus iste fulminum, quem nunc militi tribuit, ipsius Hannibalis fuit. Ita enim ibi vers. 627. *ambustis*

sed

Nubila, et ante ducem Capitolia celsa petebas?
Quid vos, quîs claro deletum est Marte Saguntum,
Exhorter, quos nobilitant primordia belli?
Vt meque et vobis dignum, defendite, quaeso,
Praeteritas dextrae laudes. Divûm ipse favore,
Vincendoque senex patriam post trina labantem
Lustra, et non visos tam longa aetate penates,
Ac natum, et fidae iam pridem coniugis ora,
Confisus vobis, repeto. Non altera restat
Iam Libye; nec Dardaniis pugna altera restat.
Certatus nobis hodie dominum accipit orbis.
Hannibal haec: sed non patiens remorantia verba
Ausonius miles, quoties dux coeperat ora
Solvere ad affatus, signum pugnamque petebant.
Haec procul aeria speculantem nube sororem
Vt vidit Divûm genitor, maestosque sub aeri

329. *deleta Saguntos* cum nonnullis editt. quae Wolfii Basileensem secutae sunt, Lefeb. edidit. Et sane Silius semper ita foemininum genus de Sagunto adhibuit. Sed omnes libri scripti et editi praeter illas editiones habebant *deletum Saguntum*. Sic et Livius saepe, ut lib. XXI, 15. et 18. — 341. *ad effatus* Vulg. 342. *speculantem* Oxon. et Rom. 2. pro vulg. *spectantem*.

sed enim ductor Sidonius armis Sistebat socios, et caecum e nubibus ignem, Murmuraque a ventis misceri vana docebat. — 330. *primordia belli*, quatenus in Sagunto expugnata omnis belli initium factum est. cf. lib. I, 271. 72. et inf. vers. 496. — 331. *defendite praet.* — *laudes*, h. e. tuemini gloriam pristina virtute partam. — 336. 38. Variata Hannibalis verba apud Livium XXX, 32. quae iam sup. ad vers. 291. latius descripsimus: *Roma an Carthago iura gentibus darent, ante crastinam noctem scituros: neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae praemium fore.* Itaque *certatus orbis* est, ob quem certatur.

339. seqq. Poeta, omissa Scipionis ad milites adhortatione, cuius Livius l. c. cap. 32. mentionem fecit, velut episodii instar Iunonem colloquentem inducit cum Iove, qui omnem belli eventum et Hannibalis fatum praedicit. — 348.

Obtutu vultus, ſic ore effatus amico eſt:
Qui te mentis edunt morſus, da noſcere, coniux:
Num Poeni caſus ducis, et Carthaginis angit
Cura tuae? Sed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios; gentem contra et fatalia regna
Teucrorum. Quis erit, quaeſo, germana, rebelli
Fractis foederibus populo modus? Ipſa malorum
Non plus Carthago tulit, exhauſitque laboris,
Quam pro Cadmea tu exercita gente tuliſti.
Turbaſti maria ac terras, iuvenemque ferocem
Immiſti Latio, tremuerunt moenia Romae,
Perque bis octonos primus fuit Hannibal annos
Humani generis. Tempus componere gentem.
Ad finem ventum: claudenda eſt ianua belli.
  Tum ſupplex Iuno: Neque ego, mutare laborans,
Quîs eſt fixa dies, pendenti nube reſedi:
Nec revocare acies, bellumque extendere quaero:
Quae donare potes, quoniam mihi gratia languet,
Et

344. *adfatus* Heinſ. et ſic ed. Lefeb. 345. *edant* coni. Heinſ. 352. *quam pro Cadmea toleraſti exercita gente* ex coni. Heinſii edidit etiam Lefeb. quia iam praecedenti verſu fuerat *tulit*. In Putean. *tuleris* in Parm. *tuliſti exercita gente*. Sed repetitio illius vocabuli hunc locum nunc neutiquam dedecebat. 357. Sic bene Lefeb. e Rom. 2. pro vulg. *et claudenda*. Heinſ. offerebat *occludenda*. 358. *neque ego hoc mut.* in Putean. 359. *pendenti in nube* Cod. Tel. Rom. 2. Parm. Med. Audacior eſt coniectura Barthii *Poeno duce nube reſedi*. 360. *bellumve* Putean. Tel. Rom. 2.

348. *fatalia regna*, quibus in fatis deſtinatum eſt, ut imperent.

356. *componere*, quietum praeſtare, pacem reſtituere.

358. ſq. Non ideo huc veni, inquit Iuno, ut mutem, quae fato deſtinata ſunt (*quibus eſt fixa dies*, vel ut mox *nil fila ſororum adverſus poſco*) Id unum peto, ut ne Hannibal moriatur, neve vivus capiatur ab hoſtibus. — Non ſine ingenio et acumine Iunonis character ſervatus eſt a poeta. Novimus Deae arrogantiam; iam videt omnia contra fieri quam optaverat. Itaque ad preces confugit vel invita; at quam invidioſe id facit, et quam plenae aculeorum iſtae ſententiae ſunt, *gratia mihi languet, cecidit primus*

Et cecidit iam primus amor, nil fila ſororum
Adverſus poſco. Vertat terga Hannibal hoſti,
Vt placet, et cineres Troiae Carthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et ſoror et coniux oro, tranare pericla
Magnanimum patiare ducem, vitamque remittas,
Neve ſinas captum Auſonias perferre catenas.
Stent etiam contuſa malis mea moenia, fracto
Nomine Sidonio, et noſtro ſerventur honori.
Sic Iuno, et contra breviter ſic Iupiter orſus:
  Do ſpatium muris, vt vis, Carthaginis altae;
Stent lacrimis precibuſque tuis. Sed percipe, coniux,
Quatenus indulſiſſe vacet. Non longa ſuperſunt
Fata urbi, venietque pari ſub nomine ductor,
Qui nunc ſervatas evertat funditus arces.
Aethereas quoque, uti poſcis, trahat Hannibal auras,
Ereptus pugnae. Miſcere hic ſidera ponto,

364. *cineres Troiae* e Putean. et Marſo Heinſius emendaverat. Sic et in Rom. 2. Vulg. *Latii.* 367. *vitamque* ſcripti et editi libri plures. Al. *vitaeque.* 371. *at breviter contra* ex coni. Heinſ. Lefeb. edidit. 373. In nonnullis editt. priſcis *praecipe.*

mus amor, nil — poſco. Sed ne ſic quidem magnam propriae artis laudem Silius tuebitur. Nam omnis loci forma deſcripta eſt e Virgil. Aen. X, 611. ſeq. ubi Iuno ſimili modo affecta pro Turni vita apud Iovem preces facit: *Si mihi, quae quondam fuerat, quamque eſſe decebat, Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares* etc. — *cineres Troiae* eadem cum acerba invidia appellat Romanos, ex Troiae veluti ruinis et cineribus oriundos. cf. Virgil. Aen. V, 787.

371. ſeqq. cf. Virgil. l. c. verſ. 621. — *do ſpatium*, ſalvam ad tempus et incolumem Carthaginem praeſtabo, ut precibus tuis cedam, *ſtent precibus tuis.* Quae ſequuntur, plane e verſu 625. Virgilii deſcripta ſunt. *Hactenus*, ibi Iupiter inquit, *indulſiſſe vacat.* — 375. *pari ſub nomine ductor*, Scipio Africanus minor, ſ. Aemilianus, qui Carthaginem et Numantiam delevit.

Et terras implere volet redeuntibus armis.
Novi feta viri bello praecordia: sed lex
Muneris haec esto nostri: Saturnia regna
Ne posthac videat, repetat neve amplius unquam
Ausoniam. Nunc instanti raptum avehe leto:
Ne, si miscebit latis fera proelia campis,
Romulei nequeas iuvenis subducere dextrae.
Dum statuit fata omnipotens urbique ducique,
Invadunt acies pugnam, et clamore lacessunt
Sidera. Non alio graviores tempore vidit
Aut populos tellus, aut, qui patria arma moverent,
Maiores certare duces. Discriminis alta
In medio merces, quidquid tegit undique coelum.
Ibat Agenoreus praefulgens ductor in ostro,

Excel-

380. *bella* e Put. et Oxon. Sic et Rom. 3. Lefeb. pro vulg. *belli*. 382. *posthaec* in Oxon. et Putean. 389. *patria* e scriptis pro vulg. *paria*.

delevit. — 378. *miscere sidera ponto*, novas turbas molietur, (cf. lib. XIII, 586.) et *terras impl. red. arm.* bellum restaurabit, advocato in auxilium Antiocho, ut iam supra Scipioni praedixerat Sibylla lib. XIII, 878. *rursus bella volet Macetûm instaurare sub armis*. — 380. *feta bello praec.* cf. lib. X, 14. — *lex muneris*, conditio sub qua precibus tuis concedo haec erit etc. *Romulei iuv.* Scipionis.

386. sqq. Sequitur ultimi proelii descriptio, nota varietate colorum epicorum, quos multoties in superioribus carminis partibus vidimus, operose instructa. Cave igitur ne hic accuratam collocatae ab utraque parte aciei recensionem expectes. De hac narratio historica Livii XXX, 33. sqq. sufficiet. Silius, velut ultima vice epicam doctrinam lectoribus declaraturus, in media repente arena collocat, pugnas et caedes pingit, deosque hominesque miscet. — *dum statuit*, destinat praedicendo. *Clamor*, quamvis omni pugnae principio solennis, tamen diserte memoratus est Livio l. c. cap. 33. — 388-91. Habes iterum mutata in sermonem poeticum verba ex his Livianis cap. 32. *ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum*

Excelſumque caput penna nutante levabat
Criſta rubens. Saevus magno de nomine terror
Praecedit, Latioque micat bene cognitus enſis.
At contra ardenti radiabat Scipio cocco,
Terribilem oſtentans clypeum, quo patris et una
Caelarat patrui ſpirantes proelia dira
Effigies: flammam ingentem frons alta vomebat.
Sub tanta, cunctis, vi telorumque virûmque,
In ducibus ſtabat ſpes et victoria ſolis.
Quin etiam, favor ut ſubigit pleroſque metuſve,
Scipio ſi Libycis eſſet generatus in oris,
Sceptra ad Agenoreos credunt ventura nepotes.
Hannibal Auſonia genitus ſi ſede fuiſſet,
Haud dubitant terras Itala in ditione futuras.

 Con-

400. *virorumque* e duobus ſcriptis et nonnullis ed. Heinſ. et ſic Lefeb. 402. *ſubigit favor ut pleroſque*. Hoc ordine edidit Lefeb. *et pleroſque* ex ſcriptis. In vulg. *plerumque*. Cortius irreptitium verſum dicebat. 404. *credunt* e Putean. Oxon. Rom. 2. Parm. Vulg. *eſſent*. Cortius notavit in margine coniect. viri docti *terrae*.

lorum duo longe clariſſimi duces, duo fortiſſimi exercitus; multa ante parta decora, aut cumulaturi eo die, aut everſuri. Ex ultimis inprimis patebit *diſcriminis merces* h. e. lucrum ex hac pugna in alterutram partem redundans, et veluti in medio propoſitum, *quicquid tegit undique coelum,* pro vulg. orbis terrarum imperium, de quo certabatur. cf. verſ. 342.

393. *excelſum cap. levabat criſta*, poetica ratio, altum in galea ornatum deſignandi. cf. inf. verſ. 525. *ſaevus terror*, ipſe Hannibal terrorem incutiens, *magno de nomine,* tanta erat virtutis memoria et fama. De *oſtro* perpetuo Hannibalis ornatu v. lib. IV, 326. locus ſimillimus. 396. In *ardenti cocco*, quod eſt purpurae genus, ſagulum vel paludamentum cogitandum eſſe, evincit Iunonis adſimilatio verſ. 527. declarata, ubi illa *humeris imponit honorem fulgentis ſaguli.* — 399. *flammam — vomebat* poetica imago ſplendoris ex galea corruſcantis, e Virgilio hauſta Aen. VIII, 620. *terribilem criſtis galeam flammasque vomentem*, ubi Heynius laudavit Homer. il. ε, 4. *δαιε οἱ ἐκ κορυθος τε καὶ ἀσπιδος ἀκαματον πυρ.* v. ſup.

Contremuere aurae, rapido vibrantibus haſtis
Turbine, ét horrificam traxere per aethera nubem.
Inde enſis, propiorque acies, et comminus ora
Admota, ac dira flagrantia lumina flamma.
Sternitur in medium contemtrix turba pericli,
Quae primis ſe praecipitem tulit obvia telis,
Gentilemque bibit tellus invita cruorem.
Fervidus ingenii Maſiniſſa, et fervidus aevi,
In primas Macetûm turmas immania membra
Infert, et iaculo circumvolat alite campum.
Caerulus haud aliter, cum dimicat, incola Thules
Agmina falcifero circumvenit arta covinno.

Graia

413. *bibit* Vulg. Marſ. Rom. 2. Beneſ. — Oxon. *vidit.* Aliae editt. *videt.* Deinde *invisa* ex antiquis, ut ait, ſervavit Leſeb. pro *invita,* quod Heinſius repoſuerat. In *tellure invisa* quicquid ſubintelligas, ſive Diis, ſive Romanis, ut Villebrunius exiſtimabat, ſententia ab hoc loco aliena videtur.

v. ſup. lib. IX, 449. X, 107. — 402-406. Vide, annon haec translata ſint ex his Livianis cap. 32. *Anceps ſpes et metus miſcebant animos, contemplantibusque modo ſuam, modo hoſtium aciem, quum oculis magis quam ratione penſarent vires, ſimul laeta ſimul triſtia obverſabantur.*

407. ſeq. pugnae confertiſſimae imaginem habes variatis coloribus deſcriptam, quorum ſimiles vidimus ad lib. IV, 353. ſeq. Etiam *flagrantia lumina* notum ardoris bellici et atrocitatis documentum habent: unde *flammatos, ardentes ira* paſſim heroes legimus. cf. lib. V, 275. X, 106. — 413. *bibit tellus cr.* nota formula, cf. lib. XVI, 216. et X, 268. *gentilem* Poenorum, qui in terra patria cadunt.

414. ſq. In ordine pugnae conſertae arbitrium ſuum poeta ſequitur. Maſiniſſam nunc inprimis cum Macedonum legione componit, quam Hannibal, auctore etiam Livio l. c. cap. 33 in exercitu habebat. Illius impetus, quo in hoſtes ferebatur, comparatur incurſioni Britannorum *covinno,* ſ. curru falcato agmina turbantium. Hos *incola Thules* deſignat, ut iam ſupra notavimus lib. III, 597. — *caerulus,* ex fuco caeruleo, quo ſe Britannos tinxiſſe Caeſar tradidit Bel. Gall. V, 14. *Omnes ſe Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit*

colo-

Graia phalanx patrio densarat more catervas,
Innexisque adstat nulli penetrabilis hastis.
Immemor has pacti post foedus in arma Philippus
Miserat, et quassam refovebat Agenoris urbem.
 Rarescit multo laxatus vulnere miles,
Atque aperit patulas prostrato corpore late
Inter tela vias. Irrumpit mole ruinae
Ausonius globus, et periuria Graia resignat.
Archemorum Rullus, Teucrum Norbanus, et ambo
Mantua labenti genetrix dimiserat aevo.
Obtruncat Samium bellacis dextra Caleni.
At Clytium Selius, Pellaeum et vana tumentem

420. *intentisque* Lefeb. edidit pro *innexisque*, quam lectionem suaserat Dausqueius, cum in vulgatis esset *innixisque*. In Oxon. *invitisque*. Neque tamen contemnenda erat lectio ed. Mediol. *immissisque*, pro qua miror Drakenborchium maluisse *immixtisque*, Neque sine sensu est nostra lectio, ut Villebr. opinabatur. Nempe *innexae hastae* sunt eidem etiam intentae, sed hac adiunctione, ut hastas, quo fortius resistant irruentibus hostibus, veluti oblique inter se iunctas et nexas cogitare possis. 423. *laxatus funere* offerebat Heins. nec id Drakenborchio displicebat. 425. pro *mole* Burmannus *more* coni. Male. 427. *Rullus* Heins. Al. *Rutulus*, *Ruilus*. Mox *ambo* e scriptis pro *ambos*. 428. Drakenborch. probabat Heinsianum *flaventi arvo*. Lefeb. defendit la-

colorem. cf. Mart. Ep. XI, 54. et Propert. II. El. XIV, 25. De illo vitro, herba, v. Salm. ad Solin. p. 180. De *covinno* curru Belgarum proprio, a quibus Britanni accepere cf. Scheffer. de re vehic. II, 22. — 419. 20. Designat phalangem Macedonicam, *densata caterva* et *hastis obiectis*. Nota res est, cuius multi scriptores mentionem fecerunt, cf. Liv. XXXI, 39. XXXII, 17. Curtius III, 2. Veget. II, 2. Polyb. XII, ext. De Philippo eiusque cum Poenis foedere facto cf. lib. XV, 286. sqq. — 425. *mole ruinae*, ceu ruina ingentis molis et ponderis. *resignat*, aperit, laxat phalangem Graecorum.

427. sq. Sequuntur ex more caedes singulares. *et ambo lab. aevo* ambo Romani senes. Hoc nempe virtutem auget et impetum arguit. — 430. *Clytium Pellaeum*, a Pella oriundum oppido natalibus Alexandri celebri; unde *vana tumebat* superbiebat illa patria sua.

Ad nomen patriae Clytium; ſed gloria Pellae
Haud valuit miſero defendere Daunia tela.
Saevior his Latios vaſtabat Bruttia ſigna
Laelius increpitans: Adeone Oenotria tellus
Deteſtanda fuit, quam per maria aſpera, perque
Inſanos Tyrio fugeretis remige fluctus?
Sed fugiſſe ſatis fuerit. Latione cruore
Inſuper externas petitis perfundere terras?
Haec dicens Silarum, meditantem in proelia, telo
Praevenit. Haſta volans imo ſub gutture ſedit,
Et vitae vociſque vias ſimul incita clauſit.
Virgilio Caudinus, acerbo Sarris Amano
Sternitur. Accendunt iras vultuſque virorum,
Armorumque habitus noti, et vox conſona linguae.
Quos ubi nudantes conſpexit Hamilcare cretus
Terga fugae, State, ac noſtram ne prodite gentem,
Vociferans ſubit, et convertit proelia dextra.

Qualis

labenti aevo ex lib. II, 325. ubi ipſe *lapſo aevo* edidit e Cod. Tel. cum in caeteris eſſet *laſſo aevo*. Drakenborchius illius locutionis exempla requirebat. At quis non rationem poeticam agnoſcat, cum *labi* dicantur, quae ad finem vergunt, pereunt? Sic lib. IV, 747. *prior exſtingui labique videtur gloria*; et X, 310. *lapſae ſpes.* 433. *late vaſtabat* coni. Heinſ. et ſic etiam Cortius notaverat ad marginem. 442. Variant libri *Satis*, *Sanus*, *Saris*. 444. Pro *conſona* in Rom. 2. erat *conſcia*, quod placebat Lefeb. 445. *nudantes* bene Heinſius reſtituit pro *nutantes* vulg. vid. nott. *mutantes* Wolf. in Baſil. edidit, non ſine ſenſu.

433. ſeqq. Laelius ex alia parte increpat et fugat Bruttios milites, qui Hannibalem ex Bruttiis diſcedentem, vi magis et neceſſitate quam ſua voluntate, ut Livius ait l. c. cap. 33. ſecuti erant. — 437. *fugiſſe ſatis fuerit*, h. e. condonandum vobis foret, ſi ſola fuga contenti fuiſſetis, ſed nunc *inſuper Latio cruore perfundere*, Latinos populares veſtros caedere in terra externa inſtituiſtis. — 440. 41. Obvium caedis genus, cuius multa exempla paſſim habuimus. cf. lib. IV, 172. IX, 569. et ſimile apud Virgil. X, 347.

445. ſqq. Hannibal fugientes Bruttios colligit, et in agmen Romanorum irruit. — nudan-

Qualis in aeſtiferis Garamantum feta veneno
Attollit campis ferventi paſtus arena
Colla Paraethonius ſerpens, lateque per auras
Vndantem torquet perſundens nubila tabem.
Continuo infeſta portantem cuſpide vulnus
Impedit antevolans Herium: cui nobile nomen
Marrucina domus, clarumque Teate ferebat.
Atque illi magnum nitenti, et laudibus hoſtis
Arrecto, capuli ad finem manus incita ſedit;
Quaerebatque miſer morienti lumine fratrem,
Cum iuvenis ſubit, et, leto ſtimulatus acerbo,

Ple-

453. *impetit* coni. Heinſ. 455. 56. Drakenborch. cum vulg. ediderat *Atque illi* — *manus incita fodit.* Iam non intelligebatur, quam partem corporis manus incita foderit. Igitur Heinſius poſt Barthium offerebat *Iliaque huic* etc. Lefeb. edidit: *manus incita ſedit*, quamvis nulla auctoritate adiecta. Probata haec lectio etiam fuit Hoeftio Batavo; ſed loci e Silio laudati lib. VI, 251. et hoc libro verſ. 440. non plane refutant, quae contra dici a ſubtilioribus poſſint. Nempe ibi *cuſpis*, vel *haſta ſedit.* Sed nunc *manus* ſedit, et quidem *capuli ad finem*, qui non commode de manu, ſed ſemper de enſe et gladio dicitur. Hinc etiam Cortius ad marginem notaverat *inguina.*

nudantes terga fugae pro vulg. fugientes dixit exemplo Virgil. Aen. V, 586. — *ne prodite*, ne deſtituite. v. ad lib. XV, 710. — 448-51. Hannibalem furentem pugnamque inſtaurantem comparat ſerpenti, qui virus effundit, inquit Marſus. At illius furoris ne mentio quidem facta erat, nec ad inſtaurationem pugnae comparatio pertinere poteſt. Quidni fateamur incommode adſutam hanc comparationem, obſcurumque eius cum antecedentibus nexum eſſe? Similem, at aptiore cum conſilio elatam, vidimus ſup. lib. XII, 6. ſqq. *Paraethonius* Libycus. cf. lib. III, 225. V, 556. Ipſius imaginis colores quis non memoria teneat ex lib. VI. variis locis, ut verſ. 185. 219. ſq. 275. — 453. *impedit antev.* praeoccupat telo Herium praevertens. De *Teate* v. lib. VIII, 522. — 455. *magnum nitenti*: cogita tibi Herium omnes vires colligentem, ut magnum facinus in Hannibale, tanto hoſte, caedendo exſequatur, veluti laudibus futuris inflammatus. — 457. Ecce iterum fratrem! Paſſim notavimus tales ſcenas amare Silium; ut vix in toto carmine una pugna narretur,

cui

Pleminius saevum mucronem ante ora coruscat,
Ac fratrem magno minitans clamore reposcit.
Huic proles Barcae: Germanum reddere vero
Si placet, haud renuo. Maneant modo foedera nostra,
Hasdrubalem revocare umbris. Egone aspera ponam
Vnquam in Romanos odia? aut mansuescere corda
Nostra sinam? parcamque viro, quem terra crearit
Itala? Tum manes inimica sede repellat

Aeter-

459. *Pleminius* e coniectura probabat Drakenborch. et Lefeb. in Rom. 2. et Benef. reperiebat expressum. In caeteris *Fleminius*, vel *Flaminius*. Notam gentem Pleminiam, etiam circa tempora belli Punici, et saepe Livio appellatam, iam Drakenb. adnotavit. 461. Lefeb. ex coniectura Heinsii cui vulgatum *vero* displicebat, ita edidit: *Germanum reddere, Averno si placet, haud renuo.* Miror sane Heinsio illud *vero* displicuisse, cuius vim quandam praecipuam non potuisset non agnoscere, si attendere animum voluisset. Vsurpari enim id vocabulum in lingua latina, inprimis a respondentibus, non sine aliqua emphasi solet, quae nunc potissimum in Hannibalis voce requiritur, quae tamen magis sensu interno percipi, quam verbis enunciari potest. Cogitabimus haec Hannibalem cum acerbo risu respondisse, e quo mox sola acerbitas et furor relinqueretur. 463. *revocari* coni. Heins. et sic Lefeb. edidit. Cortius ad marg. *revocate.* 466. Non ausus sum in contextu Drakenborchiano quicquam mutare, quamvis voces *inimica*, vel *aeterna* non sine mendo esse existimabam. Sed et auctoritas librorum veterum locum non adiuvabat, et coniecturarum, quae oblatae essent a viris doctis, difficilis delectus erat. Lefeb. edidit *aeternum*, ex Cod. Tel., ut ait, et ex coni. Heinsii. Drakenborchio placebat coniectura Cellarii *inimicus*. Cortius ad marginem notaverat *inimicos*. Aptissimam, meo quidem sensu, sententiam funderet locus, si evinci posset ita scriptum fuisse: *tum manes inimicos* (vel etiam *inimicus*) *sede repellat aeternum.* Si Romano homini parcerem, inquit Hannibal, dignus sim, quem frater meus ut inimicum e sede inferorum repellat, et societatem meam fugiat. Iam *inimica sedes* non intelligitur, quo pertineat: et *aeterna sedes*, ut Avernum notet, nunc valde incommode dicitur, et tanquam otiosum epitheton friget. In *sede* autem, etiamsi nude ponatur, non haerebimus, quia ex omni loco et sequenti *Averno* patet, de sede infernali, ubi Hasdrubal commoretur, sermonem esse.

eni non fratres, gemini, tergemini etiam, intersint. Nempe ita ornatus epici augentur; et in nostro loco, sine fratrum mentione, sarcasmorum occasio non fuisset. v. ad lib. IV, 357. sqq. — *quaerebat fratrem*, advocabat in extremo vitae halitu. — 461-63. Si tu mihi Hasdrubalem in

Aeterna, socioque abigat me frater Averno.
Sic ait, et clypei propulsum pondere toto,
Lubrica qua tellus lapsantis sanguine fratris
Fallebat nisus, prosternit, et occupat ense.
Extendit labens palmas, Heriumque iacentem
Amplexus, iuncta lenivit morte dolorem.
Tum Libys invadit mixtae certamina turbae,
Convertitque ruens per longum hostilia terga:
Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant, summique labat domus alta parentis,
Omne hominum in terris trepidat genus: ipsaque ab ora
Lux atrox micat, et praesens adstare viritim
Creditur intento perculsis Iupiter igne.
Parte alia, ceu sola forent discrimina campo,
Qua miscebat agens truculentus Scipio Martem,
Aspera pugna novas varia sub imagine leti

Dat

477. *ob ora* Barth. ex Oxoniensis libri vestigiis, ubi *ab ora*. Illo modo et Rom. 1. Mediol. Benef. Parm. Aliis *ab hora*, *ab-orta*.

in Italia caesum revocaveris, ego tibi Herium fratrem tuum reducam. Ad vers. 466. v. Var. Lect. — 471. 72. Scenam similem repete ex lib. IX, 408. sq. et cf. Virgil. A. IX, 444. Ovid. Met. V, 71. sq.

473. sq. Hannibalem terga hostium vertisse, nullibi Livius quidem diserte adnotavit. Vbique Poeni pedes referunt. Ego suspectum Silium habeo, ne illam scenam ideo finxerit, ut sequenti comparationi, quam apto ornatu et satis magnifice extulit, locus esse possit.

480. sqq. Livius Scipionis post Masinissam et Laelium intervenientis impetum ita expressit cap. 34. *Novum de integro proelium ortum est: quippe ad veros hostes perventum erat, et armorum genere, et usu militiae, et fama rerum gestarum, et magnitudine vel spei vel periculi pares. Sed et numero Romanus superior erat et animo: — multi circumventi in acie caesi hostes, multi per patentem circa campum fuga sparsi, tenente omnia equitatu, passim interierunt.* Manifeste hic locus, qui ratione historica universam scenam oculis offert, a poeta ritu epico et partibus singulis ornandis translatus est. — *ceu sola*

discr.

Dat formas. Hic ense iacet prostratus adacto;
Hic saxo perfracta gemit lacrimabilis ossa;
Atque hos (turpe) pavor fusos proiecit in ora;
Horum adversa dedit Gradivo pectora virtus.
Ipse super strages ductor Rhoeteïus instat;
Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum,
Et Geticas solvit ferventi sanguine Mavors
Laetus caede nives, glaciemque Aquilonibus actam
Perrumpit stridens sub pondere belliger axis.
Jamque ardore truci lustrans fortissima quaeque
Nomina obit ferro. Claris spectata per orbem
Stragibus occumbit late inter tela iuventus:
Qui muros rapuere tuos, miserasque nefandi
Principium belli fecere, Sagunte, ruinas;

Qui

485. *ast hos* Lefeb. ed. ex Oxon. Tel. Rom. 2. Parm. Ben. Al. *atque hos.* E scriptis etiam *proiecit* pro vulg. *deiecit.* 490. *actam* h. e. concretam, constrictam, Oxon. Put. Rom. 2. pro vulg. *auctam.*

discr. for. etc. Sententia Scipionis virtutem et impetum exaggerat, qui nunc demum pericula et extremam perniciem hostibus afferebat. Novum de integro proelium ortum, Livius dixerat. Eo quoque *novae leti formae* hactenus nondum visae, pertinent; *facies leti* alibi poeta appellat, ut lib. IV, 593. — 484. *saxo* Homerico fere exemplo priscae heroum aetati apto, qui saxis hostes petunt. Nisi forte de saxo e funda emisso et Balearibus, quorum copias Hannibal habebat, cogitare malis. 485. *proiectis in ora pavor*, qui turpi formidine fugientes caeduntur. *Virtutis est adversa pectora Gr. dare*, vulnera in pectore accipere. cf. lib. V, 594. Feracissima sententiarum brevitas in his duobus versibus monstranda est iis, qui haec apud tirones tractant. — 488. seq. Martem cum curru aliquoties vidimus in hoc carmine. cf. lib. I, 433. IV, 432. seq. — 493. *spectata iuv.* Livii locum laudavimus ad vers. 480. ubi ille *hostes usu militiae et fama rerum gestarum pares* appellabat. Sed haec poetae non sufficiunt. Ergo Silius in seqq. per partes enarrat documenta virtutis Poenorum militum variis belli Punici occasionibus probatae.

Qui ſacros, Thraſymene, lacus, Phaethontia quique
Polluerant tabo ſtagna; ac fiducia tanta
Quos tulit, ut Superûm regi ſoliumque domoſque
Irent direptum, mactantur comminus uno
Exitio; redduntque animas, temerata ferebant
Qui ſecreta Deûm, et primo reſeraſſe negatas
Greſſibus humanis Alpes. Formidinis huius
Plena acies propere retro exanimata ruebat.
Haud ſecus, ac tectis urbis Vulcania peſtis
Cum ſeſe infudit, rapiduſque incendia flatus
Ventilat, et volucres ſpargit per culmina flammas:
Attonitum erumpit ſubita formidine vulgus,
Lateque ut capta paſſim trepidatur in urbe.
Verum ubi cunctari taedet diſperſa virorum
Proelia

497. pro *qui ſacros* Cortius ad marginem poſuerat *quique tuos.* 498. *polluerunt* coni. Heinſ. quod probabat Drakenborchius, quoniam praeceſſiſſet *rapuere*, *fecere*, et ſequeretur *tulit.* Sed non tutum eſt, ita apud poetas argumentari. 500. *mutantur* Putean. Vnde Heinſius coniecit *multantur.* 502. *reſeraſſe* e ſcriptis libris et editt. priſcis reſtituit Heinſ. et iam Lefeb. edidit. Lectio vulg. *preſſere*, quam primus Wolfius in Baſ. dederat, a Drakenborch. ſervata eſt. 507. *culmina* e Cod. Oxon. Put. Rom. 2. pro vulg. *nubila.* 508. Rom. 2. *rumpit.* 510. *diverſa* coni. Heinſ.

496. *principium belli*, v. verſ. 330. — 497. *Phaethont. ſtagna.* v. ad lib. VII, 149. — 499 *quos tulit tanta fid.* Senſus eſt: qui auſi ſunt Romam invadere. Sed quanto fortius *Iovis ſolium domusque*, Capitolium cum templis poſuit, ut Romam deſignaret! — De ornatu verborum in verſſ. 501 - 503. paſſim diximus. cf. lib. II, 356. III, 499. ſqq. IV, 63. ſq. XI, 135. ſq.

503. ſeq. *formidinis huius*, cuius? num Scipionis, luſtrantis ſingulos et ferro obeuntis, e verſ. 492.? an *huius*, quam caedum adſpectus praebebat, e verſ. 494.? Alterutrum profecto cogitavit poeta; at languidius cogitata expreſſit. Illi formidini illuſtrandae ſequentem comparationem ſervire, quis dubitet? et quis, poſt tot variatae imaginis huius exempla, in ornatu verborum haereat? v. quae notavimus ad verſ. 93. ſq.

510. ſeqq. Scipionem taedet *diſperſa proelia ſectari* h. e. immo-

Proelia sectantem, et leviori Marte teneri:
Omnes in causam belli auctoremque malorum
Vertere iam vires tandem placet: Hannibal unus
Dum restet, non, si muris Carthaginis ignis
Subdatur, caesique cadant exercitus omnis,
Profectum Latio: contra, si concidat unus,
Nequidquam fore Agenoreis cuncta arma virosque.
Illum igitur lustrans circumfert lumina campo,
Rimaturque ducem. Iuvat in certamina summa
Ferre gradum, cuperetque viro concurrere, tota
Spectante Ausonia. Celsus clamore feroci
Provocat increpitans hostem, et nova proelia poscit.
Quas postquam audivit voces conterrita Iuno,
Ne Libyci ducis impavidas ferrentur ad aures,
Effigiem

515. *exercitus omnes* in vulg. 516. *profectum Latio*, sine voc. *est*, quod Nicander primum induxit, ex scriptis et editis antiq. Heins. et Lefeb. 517. pro *cuncta* Heins. malebat *iuncta*.

immorari caedibus militum fugientium, in quo est magna at inutilis opera, unde *leviorem Martem* dicit, cum vulgaribus militibus pugnam, ut sup. lib. IV, 266. *vulgum Martemque minorem hactenus et leto dedimus sine nomine gentem.* — 516. *non profectum Latio*, nihil iuvabit, non proderit Romanis.

523. sq. Livius XXX, 35. *Hannibal*, inquit, *cum paucis equitibus inter tumultum elapsus Adrumetum perfugit.* Iam poetam in carmine epico versanti fugere non poterat, quibus veluti machinis istam herois fugam perficeret. Persequitur itaque artificium, cuius fundamenta a versu 342. iecerat. Ibi cum Iunoni de Hannibalis vita sollicitae Iupiter condonasset, ut eum e pugna salvum seduceret, nunc, cum vitae periculo propinquus esset, illa Iovis venia utitur. In omni autem simulacro Scipionis conflando, quod fugiens dum Hannibal insequitur, a pugna abstrahitur, Silium ante oculos habuisse imaginem Aeneae, qua Iuno Turnum illudebat apud Virgil. Aen. X, 636. seq. in promtu est, atque ex totius loci perpetua imitatione intelligitur. Homerica phantasmata, unde similes machinationes traductae sunt a poetis,

Effigiem informat Latiam, propereque coruscis
Attollit cristis: addit clypeumque iubasque
Romulei ducis, atque humeris imponit honorem
Fulgentis saguli: dat gressum habitusque cientis
Proelia, et audaces adicit sine corpore motus.
Tum par effigies fallacis imagine vana
Cornipedis moderanda cito per devia passu
Belligerae datur ad speciem certaminis umbrae.
Sic Poeni ducis ante oculos exsultat, et ultro
Scipio Iunoni simulatus tela coruscat.
At, viso laetus rectore ante ora Latino,
Et tandem propius sperans ingentia, Poenus,
Quadrupedi citus imponit velocia membra,
Et iacit adversam properati turbinis hastam.
Dat terga, et, campo fugiens, volat ales imago,
Tramittitque acies. Tum vero, ut victor, et alti
Iam compos voti, ferrata calce cruentat

Cor-

529. *adicit* ex Oxon. — Rom. 2. *adiicit*. Vulg. *addit*. 536. *spirans ingentia* coni. Heinsii, qui loci sensum non satis adsecutus esse videtur. vid. nott.

tis, alii notarunt, Il. ε, 449. et φ, 599. sq. cf. sup. lib. X, 83. — 524. *ne — ferrentur ad aures.* Nempe haec heroi et viro forti apta sunt. Hannibal, si Scipionis provocationem audivisset, eam ut vir fortis accepisset, atque ita in periculum vitae venisset. cf. quae Heynius notavit ad Virg l c 633. — 525. *attollit* ornate, pro galeam cristatam capiti imposuit; ea autem veluti maiorem formam reddit. v. ad vers. 393. Sequentia, quae reliquum simulacri habitum describunt, singula variata sunt e Virgilianis vers. 638-40. Compara locum, et animum adverte, annon tibi se offerat Silius sollicitus, ne ad verbum describat, quae variare dicendo cupit.

536. *sperans prop. ingentia*, variata, et incommode quidem, sententia proxime antecedens, *laetus rectore Latino ante ora.* Hannibal laetabatur se Scipioni ita propinquum esse, ut eum cominus conficere posset, atque ita *ingentia sperabat*, h. e. magnae, inclitae caedis spem concipiebat. — 539. 40. Ecce loquacitatem poetae, quam variandi

Cornipedem, et largas Poenus quatit asper habenas.
Quo fugis, oblitus nostris te cedere regnis?
Nulla tibi Libyca latebra est, o Scipio, terra.
Haec ait, et stricto sequitur mucrone volantem,
Donec longinquo frustratum duxit in arva
Diversa spatio procul a certamine pugnae.
Tum fallax subito simulacrum in nubila cessit.
  Fulmineus ductor, Quisnam se lumine caeco
Composuit nobis, inquit, Deus? aut latet idem
Cur monstro? Tantumne obstat mea gloria Divis?
Sed non avelles unquam, quicunque secundus
Coelicolûm stas Ausoniae, non artibus hostem
Eripies verum nobis. ' Frena inde citati
Convertit furibundus equi, campumque petebat,
Cum subito occultae pestis collapsa tremore
Cornipedis moles ruit, atque efflavit anhelo
Pectore, Iunonis curis, in nubila vitam.

Tum

549. *numine caeco* e coni. Heins. quam firmatam videbat edit. Rom. 2. edidit Lefeb. Sed vid. iterum nott. nostrae. 554. *citati equi.* Ita cum Heins. et Lefeb. Vulg. *citatis equis.* Etiam Cortius ad marginem notaverat *citato equo.* 556. *cum subito occultae.* Ita ex Cod. Oxon. et Put. Heinsius emendaverat, et edidit Lefeb. quos sequi malui, quam vulg. *subitae occulto* a Drakènborchio propagatum.

riandi necessitas produxit. Virgil. vers. 646. *illa dato vertit vestigia tergo.* Ad vers. 541. v. sup. lib. VII, 696. — 547. *diversa* distita, remota ab acie. Sed quam operose hoc porro inculcat poeta, *longinquo spatio, procul!*

549. *fulmineus,* iratus, furens indignatione. cf. lib. IX, 393. — *lumine caeco* h. e. imagine ignota, obscura, quae me illusit et fefellit. Hoc modo supra formulam extulerat Silius lib. I, 495. *postquam propior vicino lumine fulsit.* Id mox *monstrum* vocat, veluti larvam, falsum Scipionis simulacrum. Similis usus est, quo terrores et phantasmata furentis animo obiecta *monstra* Virgilius dixit Aen. VII, 376.

554. sq. Quemadmodum in omni Hannibalis oratione poeta bene et cum indicio hominis arrogantiam et ἀσέβειαν quandam expressit, ita quoque nunc aptius illuso Hannibali furor videtur, quo converso

Tum vero impatiens, Veſtra eſt haec altera, veſtra
raus, inquit, Superi: non fallitis. Aequore merſum
Γexiſſent ſcopuli, pelaguſque hauſiſſet et undae!
ınne huic ſervabar leto? Mea ſigna ſecuti,
Quîs pugnae auſpicium dedimus, caeduntur; et abſens
ıccipio gemitus voceſque et verba vocantum
Iannibalem. Quis noſtra ſatis delicta piabit
Γartareus torrens? Simul haec fundebat, et una
pectabat dextram, ac leti fervebat amore.
Γum Iuno, miſerata virum, paſtoris in ora
Vertitur, ac ſilvis ſubito procedit opacis,
ıtque his alloquitur verſantem ingloria fata:
Quaenam te ſilvis accedere cauſa ſubegit
ırmatum noſtris? Num dura ad proelia tendis,
Iagnus ubi Auſoniae reliquos domat Hannibal armis?

Z 2 Si

erſo equo campum petit, ubi
erum Scipionem offendat.
allor, an id conſilium ma-
s heroicum eſt, quam Tur-
i apud Virgilium l. c. qui
imo *nunc huc nunc fluctuat*
uc, An ſeſe mucrone ob tan-
m dedecus amens induat, flu-
ibus an iaciat mediis etc.

559. Deiectus iterum de
nſilio revertendi Hannibal,
m apta furoris progreſſio-
e, deſperationis documenta
odit: optat, ut ſe *texiſſent*
opuli, et hauſiſſent undae,
as tamen ſupra valde dete-
tus erat, verſ. 265. ſq. at-
e nunc demum de morte
i inferenda cogitat. Verſus
62 - 65. adumbrati ſunt e
rgilianis 672 - 73. — An
ro etiam ſatis congrua ſint
annibalis animo, quae ſe-
untur, *quis noſtra haec de-*
licta piabit Tart. torrens, ad-
dubito: quamvis non ineptum
ſit exiſtimare, hominem et-
iam immanem et arrogantem
ita calamitatis extremae ſen-
ſu frangi et emolliri poſſe, ut
haec talia in mentem recur-
rant.

568. Cum poeta Hanniba-
lis animum ita affectum fin-
xiſſet, ut reverti in aciem cu-
peret, vel ſpe reditus fruſtra-
tus vitae finem circumſpice-
ret, non ſatis erat, ut, exem-
plo Virgilii verſ. 686. Iuno-
nem induceret moriendi con-
ſilium impedientem. Nam
tum in Hannibale cupiditas
revertendi iterum valuiſſet.
Itaque novam Iunonis frau-
dem nectit, qua Hannibalem
ſpe revertendi fallens eo ab-
duceret, unde reverti non
poſſet. 570. *verſantem in-*
glor.

Si velox gaudes ire, et compendia grata
Sunt tibi, vicino in medios te tramite ducam.
Annuit, atque onerat promiſſis pectora largis
Paſtoris, Patreſque docet Carthaginis altae
Magna repenſuros, nec ſe leviora daturum.
Praecipitem et vaſto ſuperantem proxima ſaltu
Circumagit Iuno, et, fallens regione viarum,
Non gratam invito ſervat celata ſalutem.
Interea Cadmea manus, deſerta pavenſque,
Non ullum Hannibalem, nuſquam certamina cernit
Saevi nota ducis; pars ferro occumbere credunt,
Pars damnaſſe aciem, et Superis ceſſiſſe ſiniſtris.
Ingruit Auſonius, verſoſque agit aequore toto
Recto

574. pro *gaudes* in Putean. *audes.* 579. *vaſti ſaltus* co
Heinſius. Eius lectionis ſenſum Lefeb. ita tuetur, ut dicat *ſal*
poſitum eſſe pro *ſaltui*, de ſylva. Sed vid. nott. In voc. *ſup*
rantem, quod et in Tel. Cod. Rom. 2. Ben. reperiebat Lef
caeteri libri variabant, *properantem*, *praeparantem.* 581. p
celata, quod otioſum h. l. opinabatur Heinſius, coniecit D
laeta.

glor. fata, cogitantem de morte ſibi inferenda. Nempe heroi mors omnis inhoneſta et turpis eſt, quae non in proelio et ab hoſte affertur. v. ad verſ. 261. ſeqq. — 576. *onerat*, accumulat promiſſa, multa promittit, nihil amplius. — 579. *vaſto ſuperantem ſaltu*, fortaſſe rectius iungas, ut ſit poetica notatio praecipitis curſus, quo Hannibal contendebat. Ita equos *ſaltu ſuperare viam* dixit Virgil. Georg. III, 141. commodius quidem, quia ſaltus proprie dici de equis poteſt. At ibi quoque de celeri curſu, *acri fuga*, ſermo eſt. Si-

millima etiam dicendi for
eſt ſup. lib. XII, 456. de
gride: *immani per proxima*
tu evolat; et mox: *ſaltu*
mittitur alite Ganges. v. Va
Lect. — 581. *celata*,
cultato numine ſuo, ſub e
gie paſtoris latens.

582 - 97. Interea, d
Hannibal abeſt, copiae Pu
cae fugantur. Haec ſent
tia poetico cultu inſtruit
quem facile a veritate hi
rica diſtinguent, qui anim
attendunt. Livius in h
partem nihil adnotavit,
cap. 35. *multos hoſtium*
paventem circa campum f
ſparſos. At poetae erat,

.ector, iamque ipſae trepidant Carthaginis arces.
npletur terrore vago cuncta Africa pulſis
gminibus, volucrique fuga ſine more ruentes
endunt attonitos extrema ad litora curſus,
c Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.
ars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.
ic ubi, vi caeca tandem devictus, ad aſtra
vomuit paſtos per ſecula Vesbius ignes,
t pelago et terris fuſa eſt Vulcania peſtis,
idere Eoi (monſtrum admirabile!) Seres
anigeros cinere Auſonio canefcere lucos.
At feſſum tumulo tandem regina propinquo
ſtit Iuno ducem, facies unde omnis, et atrae
pparent admota oculis veſtigia pugnae.
ualem Gargani campum, Trebiaeque paludem,

589. *ſine morte* Putean. et Oxon. pro quo Heinſius ſcribebat *ſine more*, h. e. ἀκοσμως, ut ſup. X, 31. in ſimili fugae notatione. Idem quoque in mentem venerat Bentleio ad Horat. Od. I, 13. 17. et Drakenborchio probabatur; nec dubitavi in contextum recipere, pro vulg. *ſine Marte*, quod ſi non nullum, tamen incommodum, ne dicam ineptum, ſenſum habet. 591. *Hi Tarteſſiacas.* Ita Villebrunius. „Male, inquit ille, Drakenborch. *ac Tarteſſiacas*, ut libri antiqui.“ O ſingularem et bellam criſin!

s definitius enunciandis ar- m exercere. — 582. *Cad- va manus*, Carthaginienſes. . lib. I, 6. — 585. *dam- ſſe aciem*, h. e. ſponte et edio adverſae fortunae actum gna exceſſiſſe; quod mox riat *Sup. ceſſiſſe ſin.* — 590. avit ſedulo poeta, ne quis m fugam vere extitiſſe ar- tretur: ita ad miraculum que eam exaggerat, auctum iam illud comparatione cum neribus Veſuvii in Indiam que delatis, qua iam uſus erat Valer. Fl. IV, 507. *vix dum ignea montem Torſit hiems; iam Eoas cinis induit urbes.* De *Batti domibus*, quae Cyrenaicum tractum deſignant cf. ſup. lib. VIII, 57. et XI, 382. *flumina Lagi*, Aegyptum. v. lib. I, 196. De *Seribus* et *lanigeris lucis* dictum eſt ad lib. VI, 4.

598 - 618. Singula haec, quae de Hannibale narranda reſtabant, epico cultu inſtructa extulit, quorum nihil veritas hiſtorica agnoſcit. — 601.

Et Tyrrhena vada, et Phaethontis viderat amnem
Strage virûm undantem; talis (miserabile visu!)
Prostratis facies aperitur dira maniplis.
Tum superas Iuno sedes turbata revisit.
Iamque propinquabant hostes, tumuloque subibant,
Cum secum Poenus: Coelum licet omne soluta
In caput hoc compage ruat, terraeque dehiscant,
Non ullo Cannas abolebis, Iupiter, aevo.
Decedesque prius regnis, quam nomina gentes
Aut facta Hannibalis sileant. Nec deinde relinquo
Securam te, Roma, mei: patriaeque superstes
Ad spes armorum vivam tibi. Nam modo pugna
Praecellis, resident hostes: mihi satque superque,
Vt me Dardaniae matres atque Itala tellus,
Dum vivam, exspectent, nec pacem pectore norint.
Sic rapitur, paucis fugientum mixtus, et altos
Inde petit retro montes tutasque latebras.

Hi

603. *strage virum* vulg. lectionem etiam Cod. Tel. et edi Rom. 2. a Villebrunio adhibita firmabat. In aliis libris *stra* *fera*, vel vitiose *vera*.

601. *Gargani campum*, Appulum, Cannensem, obvia montis illius notatione. cf. lib. IV, 563. — 607. sq. Poetae hoc institutum est, quod etiamnum arroganter et cum minis loquitur Hannibal. Apud Livium XXX, 35. *Hannibal quum Adrumetum refugisset; accitusque inde Carthaginem rediisset, fassus in curia est, non proelio modo se, sed bello victum, nec spem salutis alibi quam in pace impetranda esse.* Sed nec inepte fecit Silius, quod ex animo Hannibalis nunc ea veluti praemonstravit, quae sequenti tempore contra Romanos moliebatur, postquam se ad Antiochum contulerat. — 60 *non Cannas abolebis*, non d lebis memoriam victoriae Ca nensis, quae simul virtut meae memoriam conservabi v. lib. I, 61. 62. — 61 *modo pugna praecellis*, *res. h stes*; sententia cum acerb contemtu dicta: profecto, i quit, hodie hostes tui *residen* quiescunt, cum pugna pr cellas, et devictos in fuga convertisti: Sed mihi sat est, a Roma metui. 617. poeta rerum ab Hannibale g starum filum abrumpit,

ca

Hic finis bello. Reserantur protinus arces
Ausonio iam sponte duci. Iura improba ademta,
Armaque, et incisae leges, opibusque superbis
Vis fracta, et posuit gestatas belua turres.
Excelsae tum saeva rates spectacula Poenis
Flammiferam accepere facem, subitaque procella
Arserunt maria, atque expavit lumina Nereus.
Mansuri compos decoris per secula rector,

625. pro *lumina* Heins. coni. *fulmina*.

carminis finis esse possit. Hannibal iam veluti evanescit. Praeterea in fuga Hannibalis ne consentiebant quidem scriptores historici. Nonnulli Adrumetum refugisse, et inde Carthaginem accitum tradebant (v. Liv, XXX. 35. fin.) Alii ex acie ad mare pervenisse, inde praeparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum narrabant. (v. Liv. l. c. cap. 37. f.)

620 - 25. Sequuntur pacis conditiones Carthaginiensibus a Scipione concessae. Inter has apud Livium l. c. cap. 37. sunt: *ut liberi legibus suis viverent, naves rostratas, praeter decem triremes traderent, elephantosque, quos haberent, domitos: neque domarent alios.* Itaque, ut Drakenborch. notavit, Silius a Livio suo discrepare videtur, dum *iura ademta*, et *incisas leges* dicit. Nisi quis rationem probet Dausqueii, qui leges pacis intelligit columnis aut tabulis incidi solitas. Villebrunius, qui itidem hanc sententiam tuetur, laudavit Leonh. Aretinum de bel. Pun. primo pag. 31. — *Vis* autem *fracta opibus* eo haud dubie pertinebat, ut, Livio auctore, *frumentum, stipendiumque auxiliis praestarent; decem millia talentum argenti descripta, pensionibus aequis, in annos quinquaginta solverent.* — 623. Livius l. c. cap. 43. *Naves* (quas Carthaginienses ex pacto tradidissent) *provectas in altum incendi iussit Scipio. quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam tradunt: quarum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Poenis, quam si ipsa Carthago arderet.*

626. sqq. Livius de Scipione libri 30. cap. ult. *Pace terra marique parta, in Siciliam Lilybaeum traiecit. Inde Romam pervenit, triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus* etc. Hunc triumphum itaque

Devictae referens primus cognomina terrae,
Securus ſceptri, repetit per caerula Romam,
Et patria invehitur ſublimi tecta triumpho.
Ante Syphax, feretro reſidens, captiva premebat
Lumina, et auratae ſervabant colla catenae.
Hic Hannon, clarique genus Phoeniſſa iuventa,
Et Macetûm primi, atque incocti corpora Mauri,
Tum

628. *ſecurus coepti* id. coni.

itaque poeta, per partes fere ſingulas easque ornatu poetico inſtructas, perſequitur. 627. *primus cogn. terrae dev. referens*, dum Africanus dictus eſt. Nam ante Scipionem fuerunt, qui a populis vel civitatibus devictis appellati ſunt, ut Coriolanus, Fidenas. Ab univerſa terra primus Scipio nominatus. Hoc itidem Livius: *Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victae a ſe gentis eſt nobilitatus.* — 628. *ſecurus ſceptri*, h. e. certus de ſummo imperio Romae parto Poenis devictis. Bene Villebrunius: après avoir aſſuré l'empire a Rome. Falſo Dausqueius ad titulum regis a Scipione repudiatum e lib. XVI, 279. ſententiam refert.

630. Videntur mihi argutari, et doctrina ſua abuti, qui non vivum Syphacem, ſed eius effigiem a poeta deſcribi exiſtimant, in ſolo *ferculo* haerentes, quae ſimulacrorum tantum machina fuerit. Quis probet poetam, et Silium inprimis, ita in ordinem cogi? Et cui non, *Syphax reſidens, premens lumina, catenis* indutus, vivum potius, quam pictum perſuadeat? Nec rara eſt conſuetudo Silii a Liviana ſententia diſcrepandi, ubi omnis hiſtoria diſſentit. Igitur cum Livius tradidiſſet, *morte ſubtractum ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae, Syphacem eſſe; Tibure haud ita multo ante mortuum; conſpectam tamen eius mortem fuiſſe, quia publico funere ſit elatus*, in his non alia niſi haec ſententia erat, Syphacem in triumpho prorſus non fuiſſe ductum. Sed idem Livius illico addit: *hunc regem in triumpho ductum Polybius tradit.* Hanc igitur ſententiam poeta arripuit et expreſſit. v. Polyb. XVI, 12. Valer. Max. VI, 2. et cf. ſup. lib. XVI, 273. ſq. — 633. *incocti* aduſti ſole, nigri. Lib. VIII, 269. *aduſtus corpora*
Mau-

Tum Nomades, notuſque ſacro, cum luſtrat arenas,
Hammoni Garamas, et ſemper naufraga Syrtis.
Mox victas tendens Carthago ad ſidera palmas
Ibat, et effigies orae iam lenis Hiberae,
Terrarum finis Gades, ac laudibus olim
Terminus Herculeis Calpe, Baetiſque lavare
Solis equos dulci conſuetus fluminis unda.
Frondoſumque apicem ſubigens ad ſidera mater
Bellorum fera Pyrene, nec mitis Hiberus,
Cum ſimul illidit ponto, quos attulit, amnes.
Sed non ulla magis menteſque oculoſque tenebat,
Quam viſa Hannibalis campis fugientis imago.
Ipſe, adſtans curru, atque auro decoratus et oſtro,
Martia praebebat ſpectanda Quiritibus ora.
Qualis odoratis deſcendens Liber ab Indis
Egit pampineos frenata tigride currus:

645. Rom. 2. *ſubientis.*

Maurus. cf. lib. II, 439. — 635. *ſemper nauf.* v. lib. II, 63. — 637. *effigies orae Hib. iam lenis*, veluti vultu declarans ſe victam et bello fractam. 639. *terminus Hercul. laud.* quo Hercules poſt longos labores ſe contulerat. *Herculeas metas*, et *columnas* in eodem tractu ſaepe poeta memorat. v. lib. IX, 549. I, 142. — *Baetis ſolis equos lavat*, ut ultimus fere Hiſpaniae Occid. fluvius in ſinum Gaditanum influens, noto et perpetuo poetarum phantaſmate, de quo vidimus lib. VI, init. et X, 39. ubi *ſtagna in Tarteſſiaca Phoebus mergit equos.* — 641. *mater bellorum Pyrene*, quatenus eius accolae inprimis feroces bello fuerunt. cf. lib. I, 190. — 642. *non mitis Hiberus*, ambiguum eſt, utrum accolas deſignet bellicoſos et feroces, an fluvii ipſius amnibus multis aucti vim et impetum, quo in mare Mediterraneum infertur. — 646. *Ipſe* Scipio victor. 648. De Bacchi in India expeditionibus et triumpho nota res eſt e Diodor. Sic. II, 38. III, 62. ſq. Strab. XV, pag. 687. ſq. Apollod. III, 5. Macrob. I, 18. Martial. VIII, 26. cui inprimis frequentata ad Bacchi Herculisque triumphos alluſio eſt. Nec minus notus e monumentis antiquis currus Bacchi a tigribus vectus. v. in-

Aut cum Phlegraeis, confecta mole Gigantum,
Incessit campis tangens Tirynthius astra.
Salve, invicte parens, non concessure Quirino
Laudibus, ac meritis non concessure Camillo.
Nec vero, cum te memorat de stirpe Deorum,
Prolem Tarpeii mentitur Roma Tonantis.

650. *confecta lite* Putean.

v. interpr. ad Virgil. Ecl. V, 29. et Aen. VI, 802. sqq. quem locum nunc Silius in comparationis utriusque delectu in mente habuisse videtur. — *odorati Indi* ex aromatibus, quorum India inprimis ferax; v. Strab. l. c. pag. 695. — 650. De *Phlegraeis* campis diximus ad lib. IV, 277. et IX, 305.

INDEX

INDEX

IN SILIVM ITALICVM.

A.

Aetne

Ardeſcit

C.

callide

Conven-

D.

Detur-

E.

Fremitu

G.

H.

Ieiunis

Irata

M.

Marmo-

N.

O.

Sedere;

Tempus;

Vaga

CORRIGENDA.

Vol. I. p. 239. in nott. lin. 1. leg. *contracti.* p. 259. l. 1. leg. *magna.* p. 287. in notis l. 16. leg. *tegebat.* p. 302. in Var. lect. l. 5. *secutus sum.* p. 341. l. 3. *fumant.* — Vol. II. p. 43. l. 10. leg. *Romuleae.* p. 64. l. 4. leg. *hebetatur.* p. 331. in nott. l. 7. leg. *venti.*

3